Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CENTRE INTERNATIONAL DE TOURS
4850

IOANNIS

BRECHAEI

TVRONI IVRE-CONSVLTI

AD TITVLVM PANDECTARVM

De verborum & rerum significatione,

COMMENTARII.

Cum Indicibus Legum ac sententiarum Insignium.

N. B. εἰς τὸ τῶν βρεχαΐων ἐγκώμιον.

Θνητοῖς ἀεὶ βλέπετε τὸν μορφῶν σκοπόν·
ἀνθρώπου τῶν ἀρετῶν ἐστὶν εἰκόνες.

LVGDVNI,

APVD IOANNEM TEMPORALEM.

1556.

Cum priuilegio Regio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Extrait du priuilege du Roy.

IL est permis à Monsieur maistre Iean Breche aduocat à Tours, dimprimer ou faire imprimer, vendre & distribuer par telz Libraires & Imprimeurs que bon luy semblera les Commentaires sus, *De verborum & rerum significatione*, par ledit Breche. Et est defendu à tous autres de quelque estat & condition qu'ilz soyent de n'imprimer, faire imprimer, ou apporter vendre, ny distribuer, aux païs, terres & seigneuries du Roy, dautres que ceux qui seront faitz du gré & consentement dudit Bréche, & ce iusques au temps & terme de six ans prochainement venans, à conter du iour & date que le liure sera paracheué dimprimer : & ce sur grands peines, Comme plus à plein est contenu & declairé es lettres sur ce données à Fontainebleau le huytiéme de Ianuier, mil cinq cens cinquante trois. Et au dessoubz est escript.

Par le Roy. Le Comte, Maistre des Requestes de l'hostel Present. Signées,

Burgensis.

Et séellées sur simple queüe de cire iaune du grand séel.

En vertu duquel Priuilege cy dessus, ledit de Breche a donné permission & congé à Iean Temporal de Imprimer & vendre le present liure tant de fois que bon luy semblera.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IOANNES BRECHAEVS

D. BARTHOLOMAEO FAIO,

Consiliario Regio in suprema Curia Parisiorum, viro amplissimo S. P. D.

ETsi nihil adhuc constitueram literarum ad te dare, tum quòd scribẽdi argumentũ omne reiiciebam in id temporis, quo meos ad te *De rerum & verborum significatione*, Commẽtarios mittere iamdudum meditor, tum quòd raptim & in transcursu, propter hominis has ad te perferentis festinationẽ, oporteret me scribere, & sanè non ignores quantum ex Latini sermonis copia laborem, & ego mihi planè conscius sum, quanta difficultate, potissimùm ad graueis & doctos homines, tuique similes scribã: præterea & cùm nihil hoc tempore haberem quod literis meis scriberem, quàm vt de tua erga me beneuolentia gratias tibi agerem, & id non tam bene quàm vellem assequi me posse crederem: tamen cum subinde facta mihi esset potestas hominis istius, cui rectè darem, tẽperare mihi equidẽ nulla ratione potui, quin aliquid scriptorũ ad te meorum perferret, ac inde tui meo nomine salutandi causam aliquam nactus, tuas quoque ad me literas aliquando efflagitaret. Nihil enim est quod magis in votis habeo, quàm vt de tua valetudine per literas tuas certior fiam: tametsi in dies singulos diligenter percontari soleam ab his qui è Lutetia ad nos redeunt, quid agas, vt valeas. Absolui penè Commentarios illos meos ad titulum, *De verborum & rerum significatione*, & quidem, vt spero, non minus feliciter quàm luculenter. Sed quoniam forensia negotia, quibus districtior sum quàm optem, studiorum meorũ cursum sæpius intercipiũt, vix ad vltimum operis peruenire queo. Eos ego statim vbi absoluero, habebis. Interea, si ocii aliquid rebus tuis suffurari poteris, & id pace liceat tua, aliquid homini nostro literarum tuarum, quæ quo in statu se res habeant tuæ, significent, ad nos dabis. Amicitiam autem nostram, quæso, tuebere amanter. Salutem dices mei causa D. And. Tiraquello, & D. Stephano Florido, collegis tuis dignis. Bene Vale. Turoni, pridie Id. Martias.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Eidem D. Bartholomæo Faio,

Ioan. Brechæus S. P. D.

Agna vis est, Mi Faï, & quidem magna inueteratæ inter nos amicitiæ, quæ te grauissimis reipub, negotiis occupatissimum etiam conquiescere minimè permittat. Nempe ego qui nuper adhuc literis te meis inuitaui, scriptis meis, forsan ineptissimis, aureis tuas iterum obtundere nequaquam pertimescã. Sed quid facias? Impudentem amicum potiùs quàm importunũ habes. Amicum inquam: quia me sic nominare candidum istud tuum pectus nusquam pertæduit. Mitto igitur ad te Commentarios meos ad titulum, *De rerum & verborum significatione* in Pandectas. Hos autem, si id pace liceat tua, explorata fide & diligentia, qua soles cætera, peruestigabis. Ac si quid dignum obelisco, quódque iudicio isti tuo acri & exactissimo non faciat satis, deprehendas, animaduerte, quæso. Nostro itaque huic operi aliquid horarum, ex tantis negotiorum fluctibus, quibus penè obrueris, atque ex ocio studiorum tuorum suffurari velis. Tantum quippe oneris tibi imponere nec audeo, nec debeo. Sed tamen vt id audeam, genuinus ingenii tui propemodum diuini candor, & amicitiæ erga me tuæ fides effecit. Addam quòd his temporibus multùm conducit nunquam pudescere, & nihil non audere. Accidit sanè mihi, quod & bonis omnibus accidere solet, vt consilium alienum sequerer magis, præsertim prudentis cuiusdam animi, cuiusmodi ab omnibus meritò existimaris, quàm meo me tantùm iudicio, eidémque fragili & exiguo temerè credam. Qua ratione, non prius hos meos Commentarios, πυνθάνει τὰ κολούμενα studiorum meorum, edere constitui, quàm tibi, simul & Domi. Andr. Tiraquello probari cognouero. Vos nanque duo literarum lumina adhibeo lubens in consilium rei literariæ: vestram verò familiaritatem ad præsidium ornamentúmque mihi assumpsi. In legendis nostris, condonabis aliquid exercitationi dicendi parum expeditæ. Sed & mihi non licuit rem ita ἀπαγρίσαι, vt nulla ἄμωμα explorator ἀκριβὴς nusquam deprehendat. Quis enim tam subacto est ingenio? Hoc igitur laboris meâ causâ cum Do. Tiraquello suscipies, vt liber eat in publicũ non existimatior & ornatior tantùm: sed & luculẽtior, & eruditior. Neminem equidem vidi vnquam tam laboriosum & exercitum, quàm te. Quæ res planè effecit, vt liberiùs vrgerem. Breuiorem à me fortasse habes hoc

temp

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tempore epistolam, quàm pro amici officio: sed id ex professo commisi, ne velut importunus anser obstrepere magis quàm scribere viderer. Cæterùm, si visum erit, me multùm commendabis D. Andr. Tiraquello, & D. Stephano Florido optimis collegis tuis. Vale Turoni, pridie Nonas Iun.

EIDEM D. BARTHOL. FAIO,

Ioan. Brechæus S. P. D.

Vanto amore & studio videndi tui tenear, Fai præclarissime, conscium mutuæ charitatis pectus agnoscit. Itaque, nisi amicorum atque aliorum negotia permulta, eáque expeditissima districtum huc me tenerent, eram propediem ad te migraturus, tantùm vt pauculis isthic diebus suauissimo sermone tecum exactis, expleto demum tui fruendi desiderio, patriam subinde repetam. Quid, rogo, sanctius pulcherrima illa & maximè naturali amicitia, solo virtutis studio contracta conciliatáque, ac animorum coniunctione obfirmata? Hoc vnum certè inter cætera anxium me & inquietum habet, quòd & quid agas, & quid acturum te putes, qualiter etiam tu, omnísq; egregia tua familia habeat, planè ignorem. Quo fit, vt nihil duxerim antiquius, quàm si ad te scriberem, quod & te mei commonefaceret, & te sponte sanè currentem incitaret, ac tantùm non hortaretur, vt vicissim aliquid de rebus tuis ad me perscribas. Magna enim literarum tuarum lõgáque expectatio est, quam frustrari adhuc & differre te, si modò idipsum per ocium & negotiorum grauiorum cessationem aliquando liceat, ne patiare, quæso. Vereor vt quàm par sit, arrogantior videar. Sed quid facias illi qui totus ardore animi flagrat, & in amici imagine bonam noctium partem vigilem exigit? Quo me putas desiderio amplecti tuas ad me literas, aut si quid mihi de te auidè percunctanti, vel internuncio quodam, felix faustúmque adferatur? Quod eò ego lubentiùs facio, qui planè sciam non minùs me abs te amari, suspici, coli. Optem equidem vehemẽter, mi Faï, præclaras illas tuas, atque etiã doctissimas Iuris lucubrationes iam edidisses, quæ mihi quotidie tui absentis loco essent. Est nunc, opinor, nec falsò, perfectum opus & absolutum, quódque lima exactiore splendescit: nisi forsan, præter consuetudinem, neglexeris, aut maxima te Reipub. munia à scribendi ocio penitus auocarint. Sed quæ tanta tibi religio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

est publicare opus, quod tãdem summa omnium expectatione edi oportet, si non communem vtilitatem inuideas. Qua in re tui esses longè dissimilis, hac de caussa, patere, oro, legi, teri doctorum manibus, in omnium animis summa admiratione versari, & docta per ora virũm volitare. Per te licet hoc bono fruamur, Iuris & disciplinarum liberaliũ studiosi. Magna inde tibi laus, magna inquam gloria futura est: cuius ad me pars aliqua prò nostra necessitudine redundat. Efflorescet enim nomen meum literis illustratum & celebratum tuis sempiterna memoria, & de quibus ætas nunquam conticescet. Quod reliquum est, Commẽtarios meos perlegisse te gaudeo vehemẽter, & habeo gratias. Expecto tuam sententiam, vt, quia à me diutius efflagitantur, liberum sit vel publicare, vel continere. Ero nanque posthac vel constantior in edendo, vel cautior in continendo, si huc vel illuc authoritas tua accesserit. Petrus Galterus, vir ingenuus, & ob virtutem multa commendatione dignus, ordinis militaris censor, καὶ ἀστιγραφὼν impensè me obsecrauit, vellem vt has meas ad tè perferret, quibus salutandi tui argumentum aliquod nancisceretur. Cui ego lubens acquieui. Est enim mihi intimus & perquàm familiaris. Illũ ego tibi valde commendo. Saluta mihi D. Tiraquellum. Bene vale. Turoni, septimo Idus Iulii.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IOANNES BRECHAEVS

D. Ioanni Imberto Rupellano, Iureconsulto viro doctissimo S. P. D.

Rancisci Burellius homo tibi notus, mihi verò amicissimus, & qui has ad te perfert, nuper à te profectus, cùm domum meam aduentasset, & multa mihi de te egregia narrasset, sed inter alia testaretur quòd studiosè & diligenter de mea sis valetudine percunctatus, quódque dudum literas nuncijs ad me dedisses, ego sanè mihi maiorem in modum gratulatus sum, quòd scribendi ad te aliquod argumetum inde nactus (nondum enim literæ tuæ ad me peruenerunt) prouocare te in quoddam veluti certamē scribendi iam liceat: in quo planè vinci me haud facilè patiar, vbi primùm cognouero hoc ipsum tibi fore gratissimum. De rebus meis quòd tanto studio scire desideres, facis id tu quidem pro tua in me humanitate & beneuolentia, qua in omneis suffusus es: & ego tibi vicissim eo nomine gratias ago lubenter. hic tibi sanè omnem status mei rationem exponerem, nisi te ex Burelli nostri sermone ea omnia tibi iam comperta esse existimarem. Cæterùm, peregi proximè Commentarios meos ad titulum De rerum & verborum significatione, *Quo ego in opere multùm impendi laboris: sed ita, vt in eo laus quædam proposita mihi esse videatur, nisi permulti mei amici, hique doctissimi, nimis blandiri mihi visi sint. Vtinam, antequàm edam, ipsum meum opus perlegisses, & tuam rogare liceret sententiam, in qua planè acquiescere iucundum esset. De calumniatoris tui impudentia nihil est, quod latius hoc tempore ad te perscribam. Qui tantum abest, vt de tua ille laude quicquam delibarit, vt eo facto & impudentiâ prorsus suam prodiderit, & virtutem tuàm, claram illam omninò & sponte nobilem, sed illustriorem tamen reddiderit. Indignus est me hercule, quem scripta tua respondendo commemorent. Est enim minimè gloriosum strenuo militi cum tyrunculo confligere. Satis erit nostra Apologia, quam aduersus eius ineptias, penè ex tempore & in transcursu scribere non puduit. Quod cùm sponte mea, & pro meo in te amore egerim, tu verò hortatu incitatus omnium hominum nostri ordinis, qui eum ob id in nefario crimine atque in fraude capitali ponendùm censuerunt, non est quod mihi magnoperè gratuleris. Nam id quidem pro officio feci, & maiora (si licuisset) præstare tua gratiâ debui. Eo siquidem in te, vt in reliquos omnes de literis, & re forensi bene meritos, sum animo. Expecto in dies singulos vberiores tuas literas: atq; vt quàm primùm ad nos redeant, dabis (si placet) operam. Bene vale. Turonij tertio Calendas Martias.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EIDEM IOAN. IMBERTO

Ioan.Brechæus S. P. D.

Xpectabam à Francisco Burello, vt meas ad te literas perferret: quod & dudum ipse facturum se mihi receperat. Sed longè expectationem meam fefellit. Redijt enim tacitus ad te: neque discessus ille sui me prius commonuit. Itaque, scriptæ quidem meæ literæ, & obsignatæ hactenus apud me resederunt, istius Burelli negligentia. At verò, vbi primùm eas, cui rectè darem nancisci licuit, effeci, vt quàm diligentissimè tibi redderentur. Poterus autem baiulo isti meo tuas fideliter credere. Est nanque mercator nostrâs, & mihi valde familiaris ac intimus. Ad reliquum, accepi tuas literas III. Id. Aprilis scriptas, sed longiore multò, quàm par erat, interuallo, si ad diem, quam eisdem tuis literis adscripsisti, attendendum sit. Neque sanè vsquam vidi aut cõueni tabellarium, qui eas attulit, tametsi tum ego domi essem cum adferrentur. Quod scribis eundem tuum tabellarium dudum tibi cõfirmasse priores tuas literas apparitori cuidam regio vicino meo ad me se dedisse, graui ter commotus sum. Omnino enim reditæ mihi non fuerunt. Quare videto posthac cui tuas des: proximas etenim tantùm accepi. Scribis item non mediocriter te expetere Iuris Axiomata à me edita. Memini certè librum Aphorismorum Iurisprudentiæ ab hinc me biẽnio edidisse: quem & castigatiorem, & longè auctiorem postea feci. Plenus nanque erat mendorum: & librarij incuria negligentiùs excusus typis. Quare secundam editionem iam cogito. Quod reliquum est, gratulor abundè causidico isti Nyortensi, qui te mea, vt scribis, caussâ salutarit. Is autem est (vt coniectura ducor) Iacobus Riuierius, vir multos iam annos magna mecum necessitudine coniunctus, idem quoque candidus ac multùm eruditus, & mihi literarum facius: nisi tu fortasse intelligas Iacobum Bartholinum Nyortensem, sed nunc apud Castellerandios Regium Procognitorem. Is quoque vir est egregius & valde literatus: quocum iam inde ab ipsa ineunte ætate maxima mihi familiaritas intercedit. Ille equidem redeuntem me ex agro Sanctonum, hospitio humanissimo excepit penè adflictum & prostratum morbo, quo in itinere interceptus, parum abfuit quin propemodum perirem. Torquebar enim inflammatione renis dextri, dolórque ad pectinem & τὴν πάνσειον protendebatur, & inde in coxam desauiebat. Contraxeram autem eum morbum ex redundantia humoris biliosi. Unde κεφαλαλγία, καὶ ἔμετος ἐκπαροξύνων, καὶ ἀνορεξία. Quæ vna fuit caussa quòd te non inuiserim. Postremò hoc restat, quòd Remigius Ruffus vir doctrinâ & fide clarissimus, ad te scribit, cuius ego literas mitto: negotiáque eius, & quæ illic expedita habet, tibi valde commendo. Raptim Turoni quarto Nonas Maias.

Bene vale.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IOANNES IMBERTVS
IOANNI BRECHAEO S.

QVI has ad te perfert, meas apparitori cuidam Regio vicino tuo literas ad te dedisse dudum mihi confirmauit, quoniam tum domi non fuisses. Quare an illæ tibi fuerint redditæ, quæso per hunc me certiorem efficias. Sed & scias velim me tuis verbis à causidico Nyortensi qui te nuper hospitio excepit, fuisse salutatum: quo gratiùs nihil mihi potuit contingere: nisi tu etiam domum nostram diuertisses, si id per negotia tua tibi licuisset. Nam me meáque omnia vsui tuo exposita semper fore cupio, maiorem in modum, vt intelligas. Cæterùm nolim prætermittere: vt quæ causidicus ille Nyortensis nobis nunciauit à te nuper edita Iuris axiomata, per hunc tabellarium ad me mittenda cures, non mediocriter me expetere. Ego vicem me tibi repensitaturum quamprimum noui aliquid ex officina nostra prodierit, spondeo. Vale vir humanissime, & mutuam inter nos amicitiam vt colere perpetuò optarim, ita per te idem mihi rogo præstari. Fontenaij tertio Idus Aprilis. 1555.

IOANNES IMBERTVS
Ioanni Brechæo Iurisconsulto eloquentissimo S.

VENERVNT nuper in meas manus nostras Adnotationes Antonij Perionij in forensia nostra: quarum ex frontispicio non tam eas suo nomini congruere quàm libellum quendam famosum in me editum redolere perspexi. In animum tamen induxi huiusce ferocientis impetum à carcere vsque ad metam cõtemplari. Sed posteaquam hoc totum ὥστις πουθέστερον καταφθίνει deuoraui: quod mentem primore aspectu nonnihil commouerat, bilis deferbuit. Succurrit enim mihi idem summis & præstantissimis ferè omnibus accidisse. Inde Homeromastiges, Vergiliomastiges, Ciceromastiges, nominis infamia adhuc flagrantes, quos inter Rufus cuius Iuuenalis meminit: *Rufum qui toties Ciceronem Allobroga dixit.* Itaque cõstitui alto id silẽtio præterire & consopire: tum quòd responsione eum indignum iudicaui: tum quòd Dei dominíque nostri Iesu Christi, qui pro calumniantibus & interficiẽtibus eum vixdum animam retinẽs patrem deprecatus est, præceptum institutúmque proposui amplectendum, ipsiúsque diui deinde

protom

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

protomartyris Stephani exemplũ.Sed Deus optimus ſtatim cum cumulatiſsimo laudis fœnore hanc compenſauit contumeliam : quippe qui te veluti ſtrenuum quẽdam Gedeonem excitauit:vt vindicares probra illa gratis in nos effuſa: & ab eo quidem iuuene, qui de nomine & de facie mihi ignotus erat,& de quo nihil vnquam fui commeritus : ſcilicet homuncionem in priuatum & iniuriæ opportunum inferendæ ſomniauit, & totius expertem præſidij. Sed Numinis curam in inſontes à calumnia aſſerendos propenſam non intellexit, nec formidauit. Quare primam Deo beneficẽtiſsimo, deinde tibi ob grauiſsimam atque elegantiſsimam illam tuam pro me aduerſus illius calumnias apologiam, gratias quàm qui maximas ago & immortales. Si quid autem tibi amiciſque noſtra poſſit opera vſui eſſe,eam ſemper promptam fore & paratam recipio. Quî enim tibi in referenda gratia queam ſatisfacere, cùm non rogatus tam libẽti acríque animo,noſtri ſuſceperis defenſionem?Deum verò obteſtor,vt te etiam in Neſtoris ſecula tueatur incolumem.Nam magnam ex eo ſpem concipimus: vberrimum ex te ſructum reipublicæ literariæ præſertim iri comparatum,quòd literarum ſtudioſos tanta animi contentione ab iniuria omni tutos ſanctóſque cures. Vale eximium togæ Tironicæ decus,& nos vt facis ama, idémque à me perpetuò expectes velim.Cæterùm fermè mihi accidit, vt ab arrogantiæ illius flagitio, quod ille mihi exprobrat,apud te purgarem,me nimirum prædicare quicquid huiuſce ætatis homines teneant praxeos, id à me profectum, ſéque à familiarjbus accepiſſe. Quæſo vnum aut alterum edat à quo acceperit, atque id conſtanter negauerim : quin iſti plura me peccare pro ingenij humani conditione non diffitear .Mores tamen noſtri ab animi elatione ſemper fuerunt Dei beneficio alieni , idque paulò plus quàm rei noſtræ familiari amplificandæ par fuit.Potuiſſem enim poſt ſecundam Inſtitutionum noſtrarum editionem ad curiæ ampliſsimæ forum conſcendere, ibíque inter Togati ordinis principes aliquo nomine cẽſeri : & copioſiorem quæſtum & auræ popularis plurimùm licuiſſet exorbere. Verùm quam hymmenæorum principio nactus fui Spartam , hanc duxi colendam atque ornãdam.Nec me vrbis Rupellanæ, ex qua ortus & oriundus ſum, reuocauit celebritas,ne iſthuc ſtudiorum auocamenta à propoſita dudum ſententia diducerent. Seceſſum enim otio literario accommodum inueſtigare,quàm diligentiſsimè mihi ſemper in animo fuit.Vale etiam atque etiã. Vale vir vt noſtri amantiſsime,ita nobis amiciſsime. Non enim poſſum ſcribendi ſinẽ facere:Nam videor mihi tanta inter ſcribendum affici voluptate,quanta,ſi inter nos ſermonem cõferremus. Fontenaij pridie Id.Decembris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NICOLAVS HVXIVS D. BRE-
chæo I. C. causidico, apud Turones, doctissimo S. P. D.

Quame fronte, quóue ore iam arbitreris esse in amicorum cultura, mea permulcùm referre existimes, velim, doctissime Brechæe, tuáque item haud multò minus: ne si vel per somnium tibi in mentem venerit, me toties abs te prouocatum nihil omnino rescripsisse, ita sensisse te interpreter, ὃν ὅστε ὅτι μὴ τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι. Egóne in hoc officij genere, & scribendi vicissitudine cessarem, ab homine excultissimo, meique studiosissimo lacessitus? apud quem me gratiâ flagrare, non, opinor, falso mihi persuasi: adeo vt propius nihil factum fuerit, tot tuis, pauculis diebus, acceptis literis, quàm vt mihi totus displicerem & sorderem: veritus, ne quid tibi de me secus oboleret: & meæ erga te beneuolentiæ & obseruantiæ rationem non satis habuisse viderer. Verum quémnam alium, quæso, cum tui admiratione, tum etiam amore altiùs imbutum putes, cùm à tuo Nicolao Huxio discesseris? Vtinam verò, quanti te istic faciam, insigni aliquo documento possem ostendere: qui sic politiorn, literarum studio deuotus & addictus sis, in isto vitæ genere tot negotijs perplexo & maleferiato, vt neque mansuetioribus Musis nuncium remiseris, neque salutem earũ cultoribus vnquàm dixeris: facinus proculdubio palmare & laureatum, si sua satis literis, literatisque præmia constarent. Quod si mihi negligentiùs cauere institerim, vereor certè, ne quid secus in mei existimationẽ admittens, in hac literarum palestra longè te à tergo reliquisse dictiter. Τὸ γὰρ ὄνομα σε μετεστὶν καὶ ἀλὶ ἔνοιχον ἐν τῇ ἔμφρονι νῷ τε καὶ φρεσὶν ἀμείνων. Sed tua me, & aliorum magnitudine consolabor: facessere iussa omni inuidentia, quæ alienis procesibus non solùm marcescit, vt inquit ille, sed etiam contabescit. Iam verò tempestiuum, de quibus rebus mecum tuis literis egisti, eodem fermè exemplo & argumento, dicere aliquid & respondere: si tamen in te nonnihil priùs velitatus fuero: & reus prior actus, reum iam mox peregero: ne quid posthac tale vnquã in insontes moliaris malitia suffarcinatos: è quorũ numero, si te exemeris, grex iste noster ad paucissimos recidet. Iam igitur in te inquirã, ne auribus, mente, & adnimaduersione securiùs ferieris: ea sis cõfidẽtia canẽs, me tibi statim triumphũ deberi somnies, si amiculũ quemdam tuũ suo præsidio præcipitẽ actũ, omni tua aduocationis patrocinio frustreris. num, si ex iure manum manu consertũ: nihil moror consertã velimus, vel potius ex amicitia sacrosanctã legẽ, causæ quicquam dicas, quin te æquiore vti debuerim: etiam si Dianæ fanũ me incẽdiario conflagresset? Sic solent, quibus rariore ingenij dote contigit esse, fucum imposturámque factitare crassioribus & stupidis. Tũne ille Brecheus, qui tuum Huxiolum, qualem qualem, tueri, fouere, amplecti & præstare integrum & illæsum deberes necessitudinis iure, nunc dicas impingis, & destomacharis, æstate summa, cùm bilis incandescit? cui totius tuæ criminationis gratiam semper sum habiturus. vt sitis, ita per me licet æstati imputetur iracundia, dum de me sinistri suspiceris

nihil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nihil, & de tot epistolarum plaustris (quas tibi ad me curasse lubens dono) me absoluas. Debent enim celeberrimi quique, obscuriores vel eo nomine reformidare, quòd ad scopum tenebricosum & delitescentem collineare vix quisquam possit, ac ne ferire quidem: verùm quæ paulò splendidiora sunt, ea omnibus omnium ferè ictibus obuia sunt: ac sua luce, velut sorex suo iudicio, pessimè multantur. In dicio fortasse fuerit vespa illa Prulliana, quæ hominem doctum pupugit: quia solet florentem gloriam inuidia lacessere & prosequi: & captata laus ex aliena laude delibata, ignominiam multam effundere. Cuperem maximè, illum non se ridendum propinasse: & suas nænias in annum, tantùm millesimum pressisse, ne quemquam se alieno negotio admiscere coëgisset: aut quia ille iecerat aleã, & in iactu damnosam caniculã sortitus erat, satis pænarũ dedisse nominis dispendio visus fuisset, sua ipsius conscientia & iudicio: cuius, inter scribendum, deliquio interceptus fuit. Verum hæc nulla cuiusquam maleuolentia suffusus dixerim. Iam ad seria hactenus tecum iocatus quamdiu mihi vacat εἶναι ἐστουδαλτοῶν. Porrò, cum vestratibus nuncijs, si videbitur, experire. Ego enim literarum nihil à te iãdiu acceperã: quod nolim ioco scriptũ interpretere, vel excusationes ludicras nõ minus debere procedere, quàm ambitiosas & elaboratas. At enim dices, mearum fuisse partium anteuertere, & priorem lacessere. Quid si tuus Nicolaus, in summam religionem semper verterit, quemquam vel mediocriter doctum prouocare: nedum Brechæum, multis operibus editis nobilitatum & celebrem? Iam verò, multò tuis primis literis responsum tulisses maturius, nisi Vascosanus & Poncetus morantes me dies permultos, vterque aliud atque aliud respondissent. Vascosanus se certum quendam ex suis isthuc missurum, qui de rebus omnibus tecum ageret: Poncetus, valetudine propè deplorata sese conflictantem, quominus rescribat, impediri. Sudo profectò non mediocriter apud te me excusans: quantum certè in tua Apologia per aërem clementiorem non sudaueris. Quid autem sim apud te hominem & oculatissimum & nasutiss. profecturus nescio: vereor vt meas rationes satis tibi probare queam: nisi fortè τῶν ἀνοῦ θοῦ ἐωμῶν καὶ πρόφιλῶν habuero. Quod nisi tandem harum mihi gratiam feceris, vide ne idẽ tibi reponam. Recuditur Columella Gallicus, apud Keruerum, typis sanequàm elegantibus & dilucidis. Is à me plurimam salutem tuis verbis accepit, & lubens: quam tibi itidem me internuncio, refundit vberrimé. Saluta mihi cõmunes amicos: in hisque dominũ Podianum, quem ego nunquam obscurè tuli, de me meritum esse egregié. Placa eum mihi, quem audio iamdiu mihi nonnihil succensere: ad quem scribere religio est: ne grauius offendam virum, quem semper colui & suspexi multis nominibus, & priuatim sua erga me beneficentia obseruaui, qua quidem in re, mei dissimilis reperiat nunquam. Bene vale vir Doctiss. & amantiss. Parisijs tertio Calendas Iulij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ΠΡΟΣ ΤΟΝ

ΒΡΗΧΕΑ ΠΕΤΡΟΣ
ΜΕΡΚΙΡΙΟΣ.

Γραῖα μὲν πολύμορφον ἐθαυμάζοντο παλαιοὶ,
Ποικιλόφρων ἴδαχθ' πεζρίδι θαῦμα πέλειν.
Οὐ παρίσω μόνον ἃς καὶ Τερώνων παραδόσω.
Κελῆσ' ἐυδόκιμον πάτρισιν ἀλλὰ σέβας.
Νῦν ἀπόρε πθρὶ τῶν τυχῶν ἐξίκετο βελῆς
Μῆτίς α βρυχεῖν ὧν πολύτυχε βρέχως.
Η δικοπραγμοσυνῆς πρὸς κείνας τὸν φύσιν ἰατρῶν
Τοῦτο χαριζομένῳ ἐκ ἀχάρις θ' ἐγώ.

Δεξίωσαι φιλοφρονεμένως.

P: BVGNONII

I. C. Matiſconenſis decaſtichon.

Galla viris caruit doctis ſanctiſsima quondam
Terra diu: ſed nunc, quos cupiebat, habet.
Itala gens inter populos celeberrima cunctos
Concedit Gallis γράμματα πάντα βροτῶν.
Et quorum eſt ſibi viſa parens, nunc extat alumna:
Cernimus ô quantas maximo in orbe vices!
Quid referam, quid laudem aliud, quàm tempora Regis
Henrici, ſub quo θ'ὅπλα νῦν τι valent?
Brechæum ſummis efferrem laudibus, inter
Tot niſi laudatos eſſet honoris apex.

Βέλλωθ' καὶ ἐλπίζω.

bb

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NICOLAI EDOARDI, CAMPANI, ad Ioannem Brechæum, Turonens. Iureconsultum clarissimum Epigramma.

Vt nebulæ primo fugiunt oriente per astra
Lumine, quas sursum nox odiosa tulit:
Candidior cœli tum fulget lenis imago,
Sparsaque per terras crescit amica dies:
Sic postquam, κακοῦς totum grassante per orbem,
Astręa hinc secessit, petitura solum
Natiuum, varii legum subiêre perinde
Errores contorti: virgula sacra deûm
Sublata è medio, Iuris mens pressa per atros
Intellectus, vt toxica melle tegi,
Misceri fucum veris, & sacra prophanis
Est solitum, ἀς ζωπῆφίσοις ἄκρατα λακκιά.
Ast hominum diuûmque sator demisit olympo
Γνησίῳ ἐρχῶν ἀνθρ ὢν ἀθῶν.
Qui quæcunq; tulit, seu quę latura per æuum
Est Natura, λόγοις, πρόγματα, πάντα τολῶ.
Quid? Num te viridi lauro, denisque coronis
Et Charites, & c rinitus Apollo dabunt?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PRAEFATIO IOANNIS BRECHAEI IN SVOS COMMENTARIOS,

De verborum & rerum ſignificatione,

Ad Reuerendiſsimum in CHRISTO *patrem, & dominum D. Simonem de Maillé, Turonenſem Archiepiſcopum digniſsimum.*

QVi vitæ hominum ſortem conditionémque aliquando ſunt commentati, Pontifex ſanctiſsime, illi ſemper proculdubio iudicauerunt beatiores eſſe eos, quorum inſtitutum, aut in rerum diuinarum contemplatione poſitum eſſet, aut in Republica, rectè atque ordine conſtituenda: alterum quidem, ad Philoſophiam: alterum autem, ad Iuriſprudentiam pertinens. Et hoc item magnorum Regum curæ & authoritati accommodum: Illud verò ſacrorum Pontificum religioni ac dignitati neceſſarium. Eſt enim longè omnium poſtremum, atque à ſumma animi dignitate & virtute alienum, negotiatoriis ſe ſtudiis & quæſtoriis totum tribuere. Nam quantò præſtantior eſt corpore animus, hoc magis expetendi ſunt fructus hi qui ab excelſa animi dignitate proficiſcuntur, quàm à viliſsimi corporis actionibus. Potior itaque habenda fuerit animi cura quàm corporis, quem quidem animum ἰσοπαῖς alimento refici & recreari maximè oportet. Eſt ſiquidem (vt cum Cicerone loquar) animorum ingeniorúmque naturale quaſi quoddam pabulum, conſideratio contemplatióque naturæ. Vnde Eurillus Zenonis auditor, ſummum bonum in rerum cognitione & ſcientia collocabat. Quod Eretriatici in mente & mentis acie, qua verum cerneretur, poſitum aſſeuerabant. At quamuis naturâ generata ſit vis hominis, vt ad omnem virtutem nata factáque eſſe videatur, vnde parui virtutum quaſi quibuſdam ſimulachris ſine doctrina mouentur: veruntamen, quoniam illa quidem & cum Deo, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cum brutis animantibus communionem habet, nisi literis & studiis ingenuarum artium excolatur ipse animus, velut ignis quidam erroris atque ignorantiæ cinere sopitus ac sepultus, desinet tandem homo in brutum: quando id longè à se posuit, quod illi cum Deo potissimùm commune est. Scitè igitur ac præclarè à Diogene & Demosthene dictum: quorum alter ignaros & indoctos quãtumlibet Fortunę copiis instructissimos, oues aureo vellere onustas appellabat: alter eos dicebat similes esse ficis arboribus in præruptis locis stantibus, quarum fructus, non homines, sed coruos & graculos carpere sæpius contingeret. Qua ratione, qui summa ope & vigiliis laborarunt, vt hanc mentis & intellectus exactam constitutionem, quam sapientiam vocamus, consequerentur, & liberalium artium consummatam cognitionem, non solùm cum summis hominibus comparandi sunt, sed diis quoque simillimos eos censeri fas est. Et quid, rogo, his artibus est præstantius, quæ non solùm ad summi Dei, suique ipsius cognitionem, sed & etiam ad immortalitatis gloriam viam homini faciunt? At quid turpius est quàm spretis iisdem artibus ingenuis, solo diuitiarum & rei faciendæ studio teneri? Quæ inquam, vita beata esse potest, imò potius immanis & fera, quæ bonarum literarum humanitate, quasi sale mercuriali, condita non sit, nec communi prudentia perpolita? Quæ cum bono cuique, tum vel maximè Iurisprudentiam professo, quantum expetenda & perdiscenda sunt, nemo est aliqua iudicii parte prędituS, qui apertè non videat & sentiat. Quid enim (si Marco Tullio credimus) aliud est Iurisconsulti domus, quàm oraculum ciuitatis? Necesse est igitur Iuris-peritos, qui (vt Papinianus ait) in consilium Principum assumpti sunt, & circa eorum latus agunt, id est administrandæ Reipub. præfecti, bonarum artium & Philosophiæ esse calentissimos. Quibus, vt omnia soluta & libera, sic in respondendo & dicendo iure prompta & expedita esse debent. Sed nunc (proh scelus indignum) res eò rediit, vt qui iudicãdi munus ambiunt, potiùs quàm obeunt, maxima ex parte ac paucissimis exceptis, ἀφιλόκαλοι sint prorsus, & illiterati: Quo fit, vt cùm ineundum est illis de causa instructa consilium, quo se vertant, aut quid agant omnino nesciant: & cùm interim suæ sortis & muneris non meminerint, iura omnia, prece & precio, simul etiam gratiâ exæquare non dubitant. O pestem teterrimam, & maximam toti Reipub. internicionem adferentem! hæc facit ignorantia, non prohibet auaritia. Possum ego sanè cum M. Cicerone, sed id tamen

ægrè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ægrè, nunc dicere, quod inueterauit iam opinio perniciosa Reipub. & omnibus periculosa, quæ non modò in Gallia, sed apud exteras nationes omnium sermone percrebruit, his iudiciis quæ nunc sunt, pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Est enim pecunia sceleratis, in corrumpendis iudiciis, maximum auxilium, nihílque tam sanctum esse credas, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia posit. Porrò, sceleratæ cognitorum pragmaticorúmque mentes, miris incautos litigátes technis ac modis pelliciunt, & velut naphtha ignē ad sese attrahunt, tum demum prædam inhiantis instar Crocodili exhaustis, ac propemodum exuctis loculis, hos quadam veluti tabe confectos, præuaricatores iniquissimi, potentioribus aduersariis tradunt, noctem peccatis suis & nubem fraudibus offundentes, dum omnia ex Aduocatorum consilio, & bonâ illorum veniâ agere se prætexunt. Quare, illi quidem ἀλλότριοι apponunt sibi ὁμωμόχοτ συλλογίτοτ patronos, frigidos sanè & infantes, sed tamen qui doctrinę & eruditionis simulachris superbi, & emētita Iurisprudētia, callida istorum Cognitorum commendatione & ambitiosa, auras populares aucupari frequentiùs soleant. Dum verò ad causas agendas accedunt, nihil amplius nec aptius, quàm χορτομῶν & mirandas gladiatorum ἐπιτηδεύσεις præferre norunt. Quid enim aut didicerunt, aut scire potuerunt, qūi antè ad agendūm quàm ad cognoscendum venerunt? Itaque, plus illi authoritate & opinione hominūm in respondendo iure, quàm ingenio, doctrina, & æquitate valent. Isthac autem arte conantur doctorum bonorúmque luminibus obstruere. Qūæ, malum! res indigna animum meum eò vsq; contorsit & exulcerauit, vt iam penè cōstituerim τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ δικαστηρίου ἀφίστασθαι. Iam verò cùm morbo huic dudum obfirmato obsisti à me nequit, cur ego tantoperè in ea re laboro, támque studiosè, ac veluti ambitiosè? Ergo pernicie hac omni valere iussa, consolor me ipse bonarum disciplinarum studiis, & his artibus in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio. Potior namque mihi videtur exercitatio pecuniæ contemnendæ, quàm rei faciendæ & augendæ. At quamuis patrociniis & officiis forensibus aliquatenus distringor, succisiua tamen tempora occurrunt, quæ ego perire non patior. Itaque ἀπονομῶμαι νυκτός τι ἢ ἡμέρας πάντα, dum ad optatum studiorum meorum cursum contendo. Quo fit, vt hos in titulum, *De rērum & verborum significatione*, Commentarios scribendos susceperim, tum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vt ad rem propositam vtilissima ratione exercitarem, & ad senii obliuionem, vt inquit Plato, tum vt si qua mihi literarum cognitio esset & disciplinarum, in quibus me non inficior mediocriter esse versatum, veri Iuris studiosos labore meo & industria adiuuarem. Quid, quæso? Tantúmne mihi temerarius arrogo, vt supra magni illius Alciati vires & conatus egregios moliri aliquid me posse putem? Et profectò non ea fuit vnquam animi mei intentio, neque institutum. Multa etenim ac eadem luculēter scripsit Alciatus, sed non ita quidem omnino absoluta, vt post eum quædam adhuc inueniri non potuerint, quæ vel ipse forsan consultò prætermisit, vel scribendo memoria exciderant, quæ tamen ad rem maximè pertinerent. Ea ego pro ingenii mei quantumlibet exigui captu studiosis vt traderem, obnixè elaboraui. At cùm amicorum rogatu suasúque edere propoluissem, priusquàm obtrectatorum inuidiæ obiectum dem me præcipitem, bonos & prudentes, eosdémque doctissimos viros in consilium editionis assumpsi, vt admonerer si quid me, velut meum fallit. Probauerunt illi supramodùm, & lectione atque auribus eruditorum dignum censuerunt: nisi quòd illorum nonnulli, ingenii sanè & candidi, id in me reprehendi voluêre, quòd allegationes legum, Commentario interseruissem. Tum demum allegationes ipsas potius ad oram lineæ minusculis literis adscriptas esse, ne videlicet continuus didacticæ orationis tenor, longo eiusmodi allegationum hyperbato interpolatus, confunderetur. Quibus gratulatus sum me, & rectè & amicè admonentibus. Sed tamen nonnihil ab ipsis ea in re discedo. Proponunt autem mihi Alciatum, & Duarenum, quorum exemplo, vt quia sunt duo veluti Reipublicæ literariæ lumina λαμπρότατα, commoueri aliquando debueram. At propositi mei rationem quando illis probaui, nullo mecum negotio conuenerunt. Proferam quippe ex aduerso magnum illum And. Tiraquellum, Zasiū, Francis. Connannū, Conrardum Lagū, Corrasium, Oldemdorp. Carolum Molinæū, ac propemodum alios innumeros excellenti ingenio doctrináque scriptores, quos enumerare immensi esset operis, nostra tempestate eximios, quorum ego si vestigiis hæreo, aberrasse non credam. Quod reliquum est, Latini sermonis puritatē, quoad fieri potuit, diligenter obseruaui. Si quæ autem parum Romana καὶ ἄωρα deprehendat delicatissimus lector, id de industria factū à me fuisse credat. Sunt enim in ea, qua versamur, arena, voces aliquot receptiores quàm vt loco moueri possint: nisi planè obscurus haberi velim, cū

tamen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tamen interim & docere, & interpretem agere instituissem. Plus igitur in scribendo industriæ ponendũ fuisset, si aut res serias grauiter tractarẽ, aut doctis tantùm non omnibus scriberẽ, aut ad ingenii commendationẽ aliquid commentarer. Hos siquidem Cõmentarios scripsi, nõ vt quidam magister atque artifex, sed quasi vnus è Togatorum numero, atque ex forensi vtu homo mediocris, neque omnino rudis videar ipse aliquid non à me prõpsisse, sed omnia ex authorum abdytis desumpsisse. At quia Rumusculus quidam studiorum meorũ exierat & iam percrebruerat, permulti vehemẽter à me cõtenderunt, Cõmentarios meos, magno (inquiunt) Iuris studiosorũ bono & adiumẽto, vt edam publico. Et quod præstare possum, ingenuè negare nõ audeo. Cui autẽ opus ipsum rectè consecrem, multũ sanè diúq; apud me cogitans, hæsitaui. Tum demum subitò venit in mentem, quòd is esses, quem inter alios & colere & venerari debeo, cùm ob dignitatem pontificiam, & summi pastoris munus, quod in præclarissima nostra Turonia, magna omniũ gratiâ & applausu obire te circunspicio, tum verò ob elegantiam doctrinæ, summam fidem, probitatem, & virtutem quibus mirè inter tuos splendescis. Verumtamen, restiti aliquandiu huic velut temerario consilio & conatui. At cùm tandem rogarem amicorum de hac re sententias, primus omnium velut è superiore amicitiæ loco Remigius Ruffus, vir ex tuo sacro sodalitio doctissimus, & multarum rerum cognitione percelebris, censuit ideò tibi dicandum esse, quòd & magnoperè incœptum nostrum promouere possis, & gratissimum tibi foret literarium munus: vt cui præter purgatiores literas atque disciplinas, quibus ab ineunte iam ætate deditus sis, nihil tibi propemodùm in votis esset. Hoc ipsum mihi testimonio locupletè conformauit Stephanus Papilio, è Sammartiniano sodalitio, cùm Iuris & literarum scientia præstantissimus, tum verò tui obseruantissimus, & mihi multos iam annos familiaris. Ad extremum, Franciscus Custellarius Turonicæ præfecturæ legatus amplissimus, ac summus vicarius, vir quoque optimus, & præclaris ingenii dotibus insignis, ac idem variè eruditus, Iudex autem (si quis est alius) æquitatis amantissimus, plurima mihi de summis tuis virtutibus dixit. Quibus ille commemorandis & celebrandis expleri sanè non potest. In summa te dignissimum

antist

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

antiſtitem, & vitæ integritate purum, ſtudioſos amare, colere, fouere, prouehere, cum meo Papilione eſt mihi vehementer obteſtatus, & inter præcipua ſeculi ornamenta numerandum. Quæ omnia in te ſumma cùm perſpicerem, facilè cum viris illis egregiis, & mihi equidem amiciſsimis acquieui in ſententia dedicando tibi opere. Quæ res demum effecit, vt intrepidus ad te acceſſerim. Te igitur ſupplex oro atque obteſtor, Pontifex clariſsime, vt meum hoc munuſculum quantulumcunque eſt, & ſi minimum eſt, lubens & placidè accipias. Sic enim & ornatior, & aduerſus Sycophantarum calumnias tutior euadam. Bene vale vir præſtantiſsime. Turoni, Idib. Aprilis

M. D. LV.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ELENCHVS ALPHABETICVS LEGVM, QVAE HOCCE TITVLO, DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE CONGLVDVNTVR.

Absentem 396
Actionis verbo 107
Aedificia Romæ 302
Ager 86
Alienatum 187
Alienationis verbum 89
Aliud est 173
Aliud est fraus 284
Aliud est promittere 338
Amiculus amittitur 292
Amiculus, non statim 296
Appellatione parentis 144
Appellatione rei 174
Armorum 127
Assignare 247

B

Bonæ fidei 243
Bona ciuitatis 42
Bonorum appellatio 142
Bonorum appellatio 422
Boues 209

C

Carbonum 331
Cætera 134
Cæterorum 322
Censere, est 250
Cedere diem 427
Cepisse quis 302
Cognoscere 115
Collegarum 338
Commendare 343
Conditionales 84
Coniunctionem 94
Creditor 153
Creditores 25
Creditorum 28
Cui præcipua 156
Cùm prætor 190
Cùm stipulamur 222
Cùm Bissextus 222
Cùm in testamento 402

D

Debitor 247
Dedisse 177
Delata hæreditas 313
Derogatur 242
Detestatio 125
Dimissoriæ 246
Duobus negatiuis 447

E

Etiam nummos 319
Etiam ea mulier 302
Eum, qui 45
Ex illa parte 440

F

Facere non oportere 370
Faciendi verbo 339
Familiæ appellatione 390
Ferri proprè 444
Fragem 178
Fugitiuus est 439
Fundi appellatione 424

G

Generi appellatione 300

H

Habere duobus 367

Hæc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Hæc verba 171
Hæc verba 174
Hæc verba 268
Hæc adiectio 381
Hæc verba, quanti 383
Hæc stipulatio 399
Hæc enunciatio 441
Hæredis appellatio 166
Hæredis appellatione 336
Hæreditatis appellatio 260
Hæreditatis appellatione 301
Herennius 266
Hominis appellatione 313
Hostes 259

I

Id apud se 304
Illa verba 171
Illa verba 323
Impensa 181
Indicasse reum 390
Intelligendus est 314
In itinere 13
Inde Tabernacula 352
Instratum 137
Instructam 363
Inter diuortium 376
Inter hæc verba 347
Inter donum 383
Inter publica 4
Inter illam 435
Inter stuprum 232
In vulgari 324
Interdum 182
In lege censoria 412
In conuentionibus 436
In vsu iuris 318
In generali 190
Intestatus 165
Iusta interpretatione 400
Is, qui natus 425

L

Labeo 37
Labeo libro 56
Lata culpa 438
Lege obuenire 283
Liberationis 140
Liberorum appellatione 436
Liberti appellatione 337
Licet inter 159
Licet capitalis 243
Litis nomen 109
Littus publicum 254
Littus 221
Locus 160

M

Magna negligentia 440
Maiore parte 317
Marcellus 24
Masurius 305
Meorum 215
Mercis appellatione 421
Mercis appell. 166
Mille passus 315
Minus 106
Modestinus 246
Morbus Sonticus 253
Mulieris appellatione 31
Mouentium 219
Municipes 441
Munus 57
Munus propriè 430

N

Nam quem 311
Natorum appellatio 245
Natura cauillationis 340
Nepos Proculo 271
Neratius 195
Nihil aliud 68
Nomen filiarum 325
Nominis 18
Non est sine liberis 310
Non est pupillus 324
Non potest 258
Non tantum 335

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Notionem 226
Nurus 144
O
Ostentum 113
P
Pali & perticæ 335
Palam 106
Paterfamiliâs 352
Patroni appellatio. 148
Partum 83
Paulus respondet 437
Pecuniæ 14. 15
Pecuniæ nomine 438
Pecuniæ Verbum 343
Penes te 165
Peruenisse 337
Plebs est 446
Plus est 65
Portus 159
Potest 220
Potestatis 431
Pratum 105
Præuaricatores 425
Princeps 63
Probrum 129
Pronuntiatio 385
Pronuntiatum 138
Propemodum 208
Propriè bona 192
Proximus est 217
Proximi appellatione 316
Prouinciales 374
Pueri appellatio 415
Pupillus est 448
Q
Quantum ad iuris 317
Quæret aliquis 298
Quæstio 255
Quæstione 255
Qui fundum 419
Qui in continentibus 369
Qui mortui 278
Qui neque 141
Qui venenum 445
Qui vti 214
Quid aliud 206
Quisquis 257
Quod dicimus 441
Quos nos hostes 443
R
Rectè dicimus 75
Rei appellatio 14
Rei appellatione 66
Restituere 108
Restituere 177
S
Satisdationis appell.
Sæpe 149
Sciendum est 172
Sequester 247
Signatorius 175
Si calumnietur 441
Si ita stipulatus 351
Si cùm fundum 273
Si quis sic 295
Si cui 29
Soceri & socrus 309
Soluendo 254
Solutionis verbo 339
Spadonum 275
Speciosas 231
Sponsio 19
Subsignatum 119
Sylua 68
T
Tabernæ appellatio 352
Ter enixa 300
Tigni appell. 163
Transacta 441
Triplici modo 303
Tugurij 348
V
Verbum 6
Verbum reddendi 219
Verbum illud 351
Verbum Oportebit 21

Ver

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Verbum erit 266
Verbum exacta pecunia 366
Verbum, Qportere 111
Verbum amplius 190
Verbum facere 435
Verbo victus 131
Verba 62
Verbis legis 261
Verum est 433
Venisse 326
Vestis appellatione 274
Vinaria vasa 420
Vinculorum appellat. 439
Virilis appellatione 307
Urbana prædia 392
Urbana familia 326
Urbis appellatio 7
Ut Alphenus 207
Ut sunt iudicio 441
Usura 262

Finis Indicis Legum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IOANNIS BRECHAEI TVRONI IVRECONSVLTI CLARISSIMI COMMENTARII, AD TITVLVM PANDECTARVM.

De verborum & rerum significatione.

IN RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1 Ius versatur circa res, personas & actiones.
2 Verba ad animi conceptus proferendos inuenta.
3 In dubio, Mens testatoris, potius quàm verba attendi debent.
4 Propriæ verborum significationi quando adhærendum.
5 Verba secundum communem vsum loquendi intelliguntur proptiè.
6 Nothus intellectus est, qui vulgi auribus, & captui non conuenit.
7 Verbum à teste prolatum intelligi debet secundum communem loquendi formam.
8 Vsus loquendi omni regulæ & constitutioni derogat.
9 Vsus loquendi est facti non iuris.
10 Ambigua secundum communem vsum interpretanda.
11 Communis vsus loquendi de idiotarum sermone censeri debet.
12 Verba statutorum, & dispositionis ciuiliter intelligenda.
13 Contractuum, ac pactorum verba distinctione adiuuanda.
14 Contractum naturæ verba seruiunt, non natura verbis.
15 Verba contractus bene sunt attendenda.
16 Verba quæ non intelliguntur in aliqua ciuitate, debent vt in aliis ciuitatibus exprimi.
17 Rescriptum Principis obscurum ad alterius Principis rescriptum est conformandum.
18 Etymologia verbi quærenda deficiente iuris interpretatione.
19 Verba secundum loci consuetudinem interpretanda.
20 Verba de frequentatis actibus in statutis sumenda.
21 Communi intellectui testatoris standum.
22 Re & verbis obligationes contrahuntur.
23 Multùm prodest in vnaquáque scientia scire voces, & terminos artis.
24 Significare ἐκφέρειν καὶ προαιρεῖσθαι, est rei essentiam exprimere.
25 Significatio apud Iurisconsultos propria intelligitur.
26 Consignificare, est cum rerum actu circunstantias quoque temporis & loci significare, Aliæ quoque eiusdem verbi significationes.



CVM omne ius quo vtimur (inquit Paulus iureconsul.) aut ad personas pertineat, aut ad res aut ad actiones, atque circa hæc quidem sæpe existãt permulta perplexa, sinuosa & ambagiosa in verborum ac rerum interpretatione significationéq; censenda, sed & quæ disceptationis sunt minimè expeditæ & iuris ambigui, certè non sine causa collocatus est hic suo ordine titulus DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE. Verba etenim ideò recepta sunt, quibus conceptum animi homines aperirent, proferréntque Bal. in

L. j. de stat. ho. & §. fin. Insti. de iure nat. gen. & ci.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

l.si non conuicij.C.de iniuriis. Qua ratione debent vt plurimùm menti conuenire,& ad eius intentionem adæquari.l.Labeo.§.idem Tubero.de suppellect.leg.& l.librorum.§. quod tamen Cassius. de leg.iij.tex.est in cap.si requiras.in prin.extrà de appella.not.Bal.in rub.Si cert.pet.ff.quapropter.non verborũ ratio tantùm attendi debet,sed mens ipsa,animíq; voluntas.l.scire oportet.§.si aliud.in fi.de excusa.tut.No.in l.in venditione.C.commu.pręd.Sed nec tam verborũ habenda erit ratio quàm mentis:cùm nunquam tanta sit verborum,quàm sensus ac mentis ipsius facultas:potissimùm autem in supremis hominum mandatis & vltimis voluntatibus, in quibus cùm dubia ancépsque fuerit verborum significatio, mens magis voluntásque testatoris conseruanda est,quàm verba,tẽx.in l. cùm virum.C.de fideicommiss.& in eundem locum Alber.scribit,verba nunquam ipso sensu atque intellectu potentiora censeri, secun.l.iij.C.de libe.præteri.& Ange.consil.xxvij.

Quando autem proprię verborũ significationi adhærendum sit,quando verò non,videbis apud Vlpia.in l.j.§.sed si sciente.ff.de exercit.vbi gl. & docto.Bal.in d.l.cùm virum.C.de fideicommiss.& in l.fi.C.de codicil. in l.non dubium.C.de legib.in l.si quis seruo.C.de furt.& ser.in l.voluntatis.in prin.C.de fideicom.Barto.& docto.in l.non aliter.de leg.iij.

Quintilia. Instit.orato. libr. pri.capit. decimo.

Sanè verba propriam significationem accipiunt à vulgari & communi loquendi vsu.Solent enim verba plerunque ætatis lapsu mutari,& alia renouari. Quod eleganter Horatius in arte poët. docuit his versibus.

Vt syluæ folia pronos mutantur in annos,
Prima cadunt:Ita verborum vetus interit ætas,
Et Iuuenum ritu florent modò nata,vigéntque.

Et paulò post.

Multa renascentur quæ iam cecidêre,cadéntque.
Quæ nunc sunt in honore vocabula,si volet vsus,
Quem penes arbitrium est,& vis & norma loquendi.

Propterea admonet Quintilia.lib.j.vtendum esse verbo, vt nummo cui publica forma sit. Vnde fit,vt à propria verbi significatione recendendum esse contendant nostri doctores propter vulgarem loquendi vsum. Quæ est opinio Iacob.But.in authen.sacramenta.C.si aduers.vend.& in l.j.ff.de fid.instru.Cuius quidem opinionem citat Ant.eámque sequitur in procemi. Grægoria.atque huic conuenit quod scribit Bart.in l.j.C.de iuram.calum. & in d.l.Labeo.de suppel.leg.Qua ratione eleganter dicit Bal.in titu.de pace constan.§.sententia.extraneum nothúmque eum esse intellectum, qui vulgi auribus & captui minimè conuenit.Citat in hanc rem cap.ex literis, de constitu. Idem quoque sentit Ioan.And.in nouell. cap.fundamenta.de elect.in vj.Et Bart.in rub.de noui ope.nuncia. & l.j. de suis & legi.glo.singu. in l.stipulatio ista.§.hoc quoque.de verb.oblig. quo loco Bart.scribit,verbum à teste prolatum accipi debere secundum communem loquendi modum.Quod ipsum etiam sentit Inno.in c.cùm causam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

causam.& in cap.cùm clamor. in fi.de testib.Sed & solus loquendi vsus,
8 omni regulæ,omni ité constitutioni derogat in exaudiendis sermonibus.
9 Quia cùm magis sit facti,nulla iuris ratione potest mutari. Glo. aurea in l.librorũ.§.quod tamẽ Cassius.de leg.iij.Bar.in l. omnes populi.ver.iuxta prædicta quæro.de iusti.& iur.Cõuenit l.cùm de lanionis.§.asinã.de fun. instru.& ibidẽ Bar.qui equidẽ Bar.multùm expẽdit.d.§.quod tamẽ Cassius.aitq; rectè conuenire interpretandis statutorũ verbis, maximè verò
10 ambiguis,& ancipitis variéque significationis:vt secũdùm vulgarem sermonem ac communẽ loquendi vsum debeant interpretari cap.& literis. de sponsa.glo.in ca.statutum.§.omnium autẽ.de reg.iur.lib.vj.& Ancha, in rub.de offi.delega.Sed quid?An vulgaris hic loquendi vsus,de vulgari sermone vernaculòque idiomate censeri debeat?Cum rude hominũ vul-
11 gus de verborum exactiori interpretione & significatione non magnopere laborare soleat.Glo.& Bal.in l.quod si nepotes.de testa.tute.respondẽt censeri.Non enim rude vulgus,legum capit verba,neque differẽtias ambagiosas.Nihilominns tamen in cõtraria est sentẽtia.ipse Bal.in l.ij.C.de successi.edic.quo loco de cõmuni & vulgari, Prætori sermone & loquẽdi vsu intelligendum censet:propterea quòd vulgaris loquendi vsus eorum qui sunt omnino ἀγράμματοι,ἀπαίδευτοι,ἰδιῶται,seu literarũ expertes nõ soleat ad statutũ transferri & protendi.De hac reuideto Panor.consi.lxxv.inci. Primò est videndũ.& cõsi.lxxix.cuius initium est.illud de iure quæritur &c.

Tu interea animaduerte verba statutorũ,& dispositionis ciuiliter esse
12 intelligenda,sic vt iniqua conditione non censeantur,néve iniquitatẽ videantur continere.l.pen.de exhibit.reo.l.si cui.de seruitu.l.nã &absurdũ. de bo.libe.ff.glo.in l.damni infecti stipulatio.§.si is qui vicinas.in verb, Pompo.de dam.infe.quam legem in hanc rem citat Bal.in l.quinque.C. de ser.fugi.Quid de verbis pactorũ ac cõtractuum?sanè sunt semper di-
13 stinctione adiuuanda, ne forsan in varietatem captus,ac controuersi facti,iurisque ambigui formales,inconsultò incidant contrahentes partes. Bar.in l.fi.§.item quæsitum est.de condi.indeb.Ang.in l.eum debere.de seruit.vrba.præd.Alberi.in l.fi.C.de in ius vocan.Cy.& Bal.in l.cùm facta.C.de iuris & fa.igno.vnde Alex.consi. clxxxvj.& cxcviij.& xcviij.in ij.vol.Ang.consi.ccxxv.inci.Reperitur Paul.Cast.consi.clv.inci.in præsenti causa.Saly.in l.cùm precum.C.de libe.cauf.Bal.in l.scripturæ.C.de fi. instru.Bar.in l.de ætate.ff.de mino.in l.Labeo.de suppel.leg.iamverò na-
14 turæ cõtractuum potius verba seruiũt,quàm natura verbis ipsis.hoc Bal, in l.ij C.cõmodati.vbi citat literã.in l.insulam.de præscrip.verb.singula
15 igitur contractus verba diligenter sunt expendenda ac discutienda. Nostrum enim nõ est neq; addere,neque detrahere.l. fideiussores.§.Pro Aurelio.de fideiuf.& l.sancimus.ad fi.C.e.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus. in fi.de ver.oblig.Bal.in l.lecta.si cert.pet.in l.si duo.§.si quis iurauerit.de iureiur.c.cũ olim Abb.in fi.de offi.deleg.Inno.in c.cùm clamor.de testi.

Quorum autem verborũ significatio vel ambigua est , vel quę omni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

no captum hominum fugit,&in ciuitate aliqua nõ comprãhenditur, ac- 16
cipienda quidem erit ſecundũ vicinarum ciuitatũ intelligentiam & ſen-
ſum.Glo.in c.certificari.de ſepult.Sic obſcurum Principis reſcriptum,à 17
reſcripto principis alterius interpretationẽ debet accipere.Bal.in rub.de
reſcrip. Ad hãc rem facit glo.in c.ex parte.in verb.Fedrum.de iur.præ-
tor.quo loco explicat illud,Fedrũ,vulgari & idiomatico Longobardorũ
ſermone:quamuis Angliæ epiſcopis Papa ibidẽ videatur ſcribere. Sed ad 18
Etymologiæ auxiliũ confugimus,quandocunq; ſignificandi modus non
erit à iure traditus.Nam à verbi etymo,plerunq; propriã ſignificationem
ducimus.Bal.in c.adhæc.de poſtu.prælato. Verbum quippe ſemper de-
bet agere,atq; aliquid operari in ea,qua ſitum erit,materia:oportet enim
ſermones rebus ipſis,quarum gratia reperti confictiq; ſunt,cognatos eſſe. 11
Bar.in l.j.§.poteſtatis.de peti. Bal.in c.cauſam quæ.de reſcri.Neque verò 19
abſurdum fuerit,vt verba ſecundũ loci mores & conſuetudinẽ interpre-
tationem accipiant etiã aduerſus propriũ & germanũ ſignificatũ.Panor.
citans Inno.& Bal.in c.certificari.in prin.de ſepult.Verba autẽ ſtatuti,de 20
repetitis & frequẽtatis (vt noſtri doc.loquũtur) actibus ſunt intelligẽda:
l.quod autẽ.& ibidem Bar.de iur.dot.& ſecundum quod hactenus obſer
uatum fuit.Bal.in l.rem nõ nouã.§.Patroni.per glo.ibid.C.de iud.& in au
then.oẽs peregrini.verſ.ſed pone.C.commu.de ſucceſ.ſic quoq; teſtato-
ris verba accipimus,vt frequẽtior ac potior illi mens fuerit & magis com 21
munis intellectus:cui ſtandũ erit.Bar.in l.hæredes mei.§.cũ ꝓponeretur. 1
ad Treb.Bar.in l.ſuus quoq;.§.ſed iam mortuo.de hære.inſti.Vnde ſcri-
bit Bal.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſti.rationi eſſe conſentaneũ;
verba ad cogitatũ referri.Eodẽ fere pertinet, vt in legũ capitibus inter-
pretandis verborũ argutias nõ ita ἀκριβῶς & exactè expendamus, quin ve- 1
rum earũ ſenſum rectè conſideremus.Non enim ſubſunt iura vocabulis:
l.omne verbum.C.commu.de leg.Bal.in authen.defuncto.C.ad Tertul.
Quare ſolet dici ſcire leges,non eſſe illarum verba tenere.Vnde iurecon
ſultus dixit longè τὸ ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, verbum ſcilicet à ſententia,diſtare.

Cùm igitur compertiſsimum ſit his duobus,re ſcilicet & verbis obli-
gationes omnes,pacta,& contractus,contrahi, actionéſque concipi,ope- 22
ræprecium erat poſt infinita iuriſprudentum reſponſa, illi etiam ingenti
Pandectarum moli hunc titulum, DE RERVM ET VERBO-
RVM SIGNIFICATIONE adiicere: quo quidem titulo interpre-
te,& veluti natatore aliquo Delio, quæ in his iuriſprudentum reſponſis 1
ambigua forent,perſpicua ſtudioſis redderẽtur. Et profectò multùm in-
tereſt quantùm exactè quis teneat nomina & appellationes cuiuſque di- 23
ſciplinæ.Quando aliter Terminum iureconſultus accipit,id eſt,limitem
vicinum agrum diſterminantem : aliter Dialecticus, eum ſcilicet in
quem reſoluitur oratio. Traditur quippe non aliter Labeonem iure-
conſul.ius vetus enucleaſſe,quàm vocum verborúmque interpretatione.
Chryſyppus (vt author eſt Gellius) dicebat omne verbum ambiguum

natura

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

natura esse,quoniam duo vel plura ex eodē accipi possent. Diodorus autem,cui cognomentū Crono fuit,nullum asserebat esse verbū ambiguū, debere aliud dici.Nec debere aliud videri dici,quā quod se dicere sentit is qui dicit.Aduertere igitur oportet animū obuiæ speciei eorū quę varia significatione sub voce æquiuoca efferuntur,ac etiā considerare quid vna quęque loquētis dictio & quomodo significet.Si quis enimverbū aliquod aliter quā pro animi nostri mentisq; captu pronūciet, ipsumq; sermonē reprehendimus,nō illū sanè qui dicit (si re vera id fateri velimus) reprehendisse videbimur,sed nostrā potiꝰ suspitionē opinionémve. Quæ quidē verba sunt Galeni in li.j.Aphorismorū Hippocratis

Aul. Gelli. lib.xj.capit. xij.noct.attica.

Gal. in comment. Aphor. Hipp. lib.j. Apho. xiij.

πρόσεχε τὸν νοῦν τοῖς ὁμοιουμένοις ἢ σκοπεῖν τί ποθ' οὗ εἰρηκὼς τὸ λόγος ἐστὶν βούλεται τὸ λεγόμενον. ἐν γὰρ ἑκάστῳ σημαινομένῳ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν καθίστησι διξῶμεν τὸν λόγον ἐνδιώκομεν, ὃ τὸν ἀρχαῖοι δὴ τὸν καλοῦσι τῶν ἀνθρώπων ἀντὶ τοῦ λεγομένου: ἀλλὰ τοῦ ἡμετέρου ὑπόνοιαν. SIGNIFICATIONE. Quia verba significandis rebus inuenta sunt,oportet ipsum significare,id esse quod rei ipsius essen-
24 tiam,veluti picta quadā in tabella ἀκριβῶς exprimit,& ponit ob oculos.hoc Græci *συμάσσειν* & *προσημαίνειν* significatiuū. vt *ῥῆμά ἐστι μέρος λόγου χρόνον ἀναφέρον προσημαντικόν*, id est, verbū est pars orationis cum actione etiā tempo rum significatiua. *προσημαίνειν* etiam Budæo teste,significat dare signū & rē oculis obiicere.Significare igitur est rē,de qua quæstio est,repræsentare. Sed id quidē variis modis.Nam modò strictius,modò latiùs,nūc propriè, nunc autē impropriè & *παλαιστικῶς* res ipsa significatur,ac secundū subiectam materiā,vt in l.certum.Si cert.pet.Feli.c.j.de summa trin.Alciat.in
25 d.l.certum.Iam verò quādocunq; de verbi significatione inter iureconsultos agitur,de propria solet intelligi:nisi aliud testatorē sensisse deprehendamus.Vt si Titius vestem legauerit,de veste nondum texta sensisse non putandū est,nisi quoq; non textam nuncupatis & expressis verbis adiecerit.sic quilibros suos studioso alicui legauit,chartas puras legasse nō cēsebitur, qui & chartas puras,& libros scriptos,aut typis excusos simul in scriniis haberet reconditos.hoc est in l.librorum.§.quod tamen Cassius. de lega.iij. Est etiā SIGNIFICARE, aliquādo iudicare & prædicere aliquid venturū,vt cū dicimus de signis pluuiam,vel ventos,vel quid aliud significātibus.Cice.in oratio.pro Sex roscio Ameri.Anseribus(inquit)cibaria publicè locātur,& canes aluntur in capitolio,vt significent si fures venerint,& fures internoscere nō possunt,significant tamen &c.Sed & si-
26 gnificare,præter summū principis significationis caput est aliquid demōstrare & repræsentare.Qua ratione,dicūtur verba consignificare,quādo præter ipsorum verborū naturam & actum,tempus etiam verbi indicāt. l.in dilectis.§.si extraneus.de noxal.acti. Dicitur etiam consignificare verbum, quando confirmationis gratia cùm alio significat.vt l.Aurelius.§. testamento. de libe.lega. Quàm variè SIGNIFICARE apud iurecons. accipiatur, eleganter hic Alcia.tractat. Sed hic admonitum te velim,vt si Latinus loqui velis,ad significare potius quàm consignificare (quod Barbarum est) dicas.hoc Græci etiam *προσημαίνειν* dicunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

VERBVM hoc, SI QVIS, tam masculos, quàm fœmininas cõplectitur.

SVMMARIVM.

1 SI QVIS, apud iureconsultos masculum, & femellam complectitur.
2 Intellectus huius legis.
3 Verbum Plerunque, regulariter interpretatur.
4 Plerunque est, idem quod non semper.
5 Limitationes huius legis, per quas indefinitum nomen Quis, non comprehendit vtrumque sexum in criminalibus, & odiosis.
6 Turpissimum est fœmineo vocabulo masculos appellari.

VERBVM. Non apud ireconsultos tãtùm, masculinum enunciatum, fœmininum complectitur, vt l. ait Prætor. §. hæc verba. ff. de neg. gest. l. j. §. ait Prætor. ff. de consti. pec. verumetiã aqud antiquos Poëtas & Oratores, ac Comicos, tũ Græcos tũ etiam Latinos. Quod videre est apud Plautum in vidularia. Dic mihi (inquit) si audes, quis ea est quam vis ducere vxorem? Et apud Terentiũ in Eunucho. hunc oculis suis nostrorũ nunquã quisquã vidit Phędria. Quæ quidẽ antiqua locutio est & ἀρχαϊσμὸς, teste Donato. Et Ouid. 1

Terent. in Eunuch. Scen. iiij. Actu. iiij.

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Me legat, & lecto carmine, doctus amet.

Hic per hoc verbũ, SI QVIS, tam fœminas quã viros intelligi voluit: cùm 2
verisimile sit ipsum Ouidiũ, sexus vtriusq; lectoribus scripsisse, & consulere voluisse. Iam verò quod hic dicitur masculinũ complecti & cõprehendere fœmininũ, accipiendum erit vt generaliter & regulariter id cõcipiatur, sicuti colligimus ex l. pronunciatio. infrà eo. In qua continetur, 3
pronunciationẽ sermonis ad vtrunq; sexum plerunq; porrigi. Quo loco verbum, PLERVNQVE, interpretatur regulariter, vt §. fi. instit. de legit. patrono. tute. & glo. ibidem. Tex. in l. cum virum. & ibidem etiam glos. C. de fideicom. in l. iij. versi. quia plerunque. de offic. præfec. vrb. Not. Sal. 4
in l. post sententiam. C. de senten. & interloc. om. iud.

De hoc vide etiam in l. pronunciatio. infrà eo.

Ego quidẽ dixerim, plerunq;, significare id, quod non semper. Vt cum Galenus in lib. j. Aphoris. Hippocratis dicit maiorẽ ἐς τὰ πολλὰ cõmitti errorem in victu tenui, quẽ ἀφορίζουσι ἀλιγοσίτῳ, hoc ipsum ἐς τὰ πολλὰ id est, vt plurimùm & plerunq;, nõ semper intellexit: quoniã non omnino nec semper victus tenuis, id est, λιτὴ τροφὴ οὐ ἀλίγα egrot. intibus nocet, sed è contrario nonnunquã prodest. At verò regulariter est periculosus victus tenuis magis quã paulò plenior, seu ἀυρὰ τροφὴ, vt Galeni verbis vtar. 5

Gale. com. iij. Aphor. Hippo. lib. j.

Sic masculinũ plerunq;, id est nõ semper neq; passim cõplectitur fœmininũ: non enim semper habet locũ hæc regula: maximè in pœnalibus & odiosis: nisi delictũ sit ἀδιάφορον, & quod perinde posit à fœmina, atq; à viro perpetrari. de qua re diffusius Bar. hic, & Ias. in l. à iudice. C. de iudi. Nã si aliam esse pronuntiãtis mentẽ captũmq; animi compertũ sit, fallet hæc regula. vt l. Lucius. §. quæsitũ. de leg. iij. Tex. cum glo. in c. hæc imago. xxxiij. caus. qõ. v. inverb. in homine. c. intelligentia. de ver. sig. extrà. Innumeras

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

meras alias huius reg.limita.diffusevidebis apud Bar.Cy.et reliquos doc. quas immēse propemodū esset operis hic reponere:& Accur.nōnihil hoc loco exequitur.Concludemus igitur verbū hoc, SI QVIS, tam masculos, quàm fœminas complecti,nō ex sermonis proprietate, sed κατὰ χρησιν, aut translatitia legis interpretatione. De hac re aliquid videbis apud Baldū in authen.quicunq;.C.de episco.& cleri.per tex.in l.quicunq;.de ser.fugit.vbi quoq; Bal.no.& Inno.in cap.Graue.de senten.excom.quibus locis scribitur verbum quicunq;,tam masculinū quàm fœmininum comprehendere.At è contrario,turpissimum est fœmineo vocabulo masculos contineri,ait Pomponius in l.si ita scriptum.de lega.ij.cuius quidem rei eam esse rationem Accurs.tradit, quòd minus dignum dignius ad sē nō attrahat:quam sententiā Accursij probat Alciatus,sed eam extra captum mentémq; Pomponij iurecons.esse contendit,ac ipsius verba aliud significare.Sciendum est,(inquit lib.ij.παρέργων) veteres solitos fuisse, quoties aliquē tanquam mollem & effœminatum carperent,fœminino eum vocabulo irrisionis gratia appellare.Quod Aristophanes in nubib.ostendit Sostratum Cleonymúmq; mordicus carpens,atque etiam Amyniam ἐρᾷς γυναῖκα τὴν ἀμυνίαν καλεῖς. Cui respondet Strepsiades ἀκούω Δικαίας ὄντας ὁ τρῶξ(inquit). Fœminámue vides quam Amyniam dicis?Rectè sanè quisquis non militet,

Intellectus verbi huius l.j.

Alcia. lib. ij. Parerg. cap.lviij.

PAVLVS LIB. I. AD EDICTVM.

LEX. II.

VRbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur: quod latius patet. Cuiusque diei maxima pars horarum est septem primarum diei,non supremarum.

SVMMARIVM.

1 Vrbis,& Romæ diuersa est appellatio.
2 Vrbis,quàm Romæ latior est appellatio.
3 Vrbs pro ipso tantum loco mœnibus concluso accipitur, quando rei in vrbe designatæ qualitas extra porrigi non patitur.
4 Qualitas rei ipsam rem sequitur.
5 Quod de vrbe dicitur,locum habet in castro,& villa.
6 Per loca insigniora eorum quoque appendices intelligimus.

1 VRBIS. Appellationem quàm Romæ nón tam patere docet hic Paulus iurecons.in vrbe autem esse dicuntur, qui intra murorum ambitum agunt: qui verò in suburbanis & vrbi adhærentibus ædificiis,Romæ.Vnde & centuriata comitia, teste Liuio,non in vrbe haberi dicebantur, sed Romæ: propterea quòd nephas erat intra vrbem procinctum esse exercitum.Sed & in sortitione magistratuum, ratio haberi solebat eorum tantùm qui in vrbe erant. Vrbis siquidem appellatio, per excellentiam seu κατ' ἐξοχὴν, Romam complectebatur.Vnde si quis iùs ciuile ἁπλῶς atq; absolutè enūtiasset, ius ciuile Romanorum intelligebatur.vt institu.ciuil.de iur.natu.gen.& ciuil.§.ij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Qualiter autem accipiatur Romam primùm fuisse quadratam, & vt dicit Plutarchus, ἑώμιω τετράγωνον, atq; etiã πρὸς τὴν λοιμόμαχον id est, ad æquilibritatem, compositam, eleganter Petrus Crinitus libro quarto declarat. At verò quæ sit vrbis significatio, *quid villa*, & quàm varia, atque vnde dicta, quid item villà, luculenter scripsimus in nostris Commentariis ad statuta municipalia Turonensis præfecturæ: quod diligenter animaduertisse, minimè pœnitebit.

Crinit. de honesta. disciplis. li. xiij. cap. xx.

Ioã. Brech. Cõmẽta. in consuetudi. Turonensis. ad titulum generalem. in verbo. Villé.

Est igitur Romæ latior appellatio, & significatio, quàm vrbis. Vnde si legauero quodcunq; in vrbe habeo, videbor sensisse tantum de his bonis quę intra vrbis mœnia sita sunt. l. Nam quod liquidè §. si ita. vers. Et quidem vrbem. de pœnu lega. & l. vt Alphenus. infr. eo. sed in ea re, testatoris mentem captúmq; vt discutiamus atq; expendamus oportet. Ecce enim si de loco sensisse tantum comperiatur, accipienda sanè sunt ea solũ quæ intra mœnia vrbis ac murorũ ambitum tẽpore legali habebat: vt iurib. suprà citatis. Sed si rei legatæ qualitas attendatur, videndum erit, nũquid ea etiam extra vrbẽ porrigatur. Vt quia dixerit Titius, vrbanam meam omnem suppellectilẽ do lego: censebitur dixisse de omni ea suppellectile quã & in ciuitate, & in suburbiis, & vsq; ad centesimũ lapidẽ habet. Tex. est in l. j. §. cùm vrbem. de offi. præfec. vrb. Nã qualitas suppellectilis ea est, vt & ruri & in ciuitate haberi possit. Quòd si bona, quę vrbis habitationi tantùm cõmoda & destinata sunt, quis legauerit, non ad ea quidem quæ extra vrbis mœnia sunt, protrahentur: cũ id qualitas rei legatæ non patiatur, quæ rem ipsam, veluti vmbra corpus, quocunq; ingrediatur loco, sequitur not. glo. in l. Frater à Fratre. de condic. indeb. & argu. l. Iulianus. §. sed & si quis. & quæ ibidem no. ad exhiben. cum similibus.

Sanè eadem causa censetur castrum, villa, & metrecomia, qua & vrbs. Quæ sententia est Bartoli hîc. per l. quicunque. de fund. limitro. libr. xj. C. & cap. si ciuitas. de senten. excom. lib. vj. itaque per loca insigniora, eorum quoque appendices intelligemus.

SVMMARIVM.

1 Dies est Solis excursus ab oriente in occasum.
2 Varia diei etymologia, & deriuatio.
3 Dies apud Græcos vnde.
4 Dierum septem ordo, & ratio, à Planetarum numero, & ordine.
5 Dies cum ornatu cœli maximè conueniunt.
6 Variæ dierum appellationes secundum varia media.
7 Horarum inuentores primi.
8 Varia horologiorum nomina.
9 Horæ Iouis, & Themidis natæ, & portarum cœli præsides.
10 Horæ à gentibus, pro deabus cultæ.
11 Horæ vnde dictæ, & varia earum significatio.
12 Sol vnde, & eius vis ac dignitas.
13 Dies naturalis, & artificialis seu ciuilis.
14 Noctis ratio.
15 Dies apud antiquos duodecim horarum semper fuit.
16 Explicatur dubia Pauli iureconsulti sententia.
17 Hora mortis. D. N. IESV CHRISTI, & tempus.

Tenebræ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

18 Tenebræ super terram, moriente Christo.
19 Interpretatio, & sensus huius paragraphi.
20 Planetæ diebus & horis dominantur.
21 Dies supremi seu longi.
22 Supremæ horæ, & non supremæ.
23 Cuiuscunque temporis dies duodecim horarum veteribus erat.
24 Operas non nisi diurnas nemo præstare tenetur.
25 Non supremæ horæ sunt, quæ à meridie ad vesperum trahuntur.

SCVIVSQVE DIEI. Diem D. Basilius Magnus in hexœmero, dixit illum esse aërem quem Sol illuminet, cùm est in eo dimidio globo, qui super terram est collocatus. Aristoteles autem scripsit esse Solis excursum ab Oriente in Occasum. Va- *D. Basil. in hexame. cõcio. ij.*
1 riè autem diei etymon autores classici discutiunt. Quidam enim dixe-
2 runt ἀπὸ τοῦ διΐου diem dictum, quòd Iupiter diei sit Dominus & rector. Alij verò quòd Dei opus sit, dici existimãt. Nonnulli à dio tractũ volũt, quod lumen sub cælo esse dicimus. Vt sub dio esse, id est sub tegmine cœli. Sed M. Varro diẽ ex Deo dictũ asserit. Græci ἡμέραν appellãt, quam nos, diẽ pro-
3 pterea quòd (vt autor est Plato) ἡμέρωσιν, id est, lumẽ è tenebris emicuit hominib⁹ summoperè desiderãtibus ac cõgratulãtibus. Qua de causa prius veteres (ait ipse Plato) ἡμέραν scripserũt. Posteritas autẽ ἡμέραν ac tãdem ἡμέρας, nonnulli verò quasi ἥμεραν, id est, mansuetã dici crediderunt. Dierum sanè rationẽ atq; ordinem à septem vagis errantibúsque stellis, quos Planetas
4 appellamus, Gentes dixerũt: quod etiam ab Indis obseruatum Philostra. in vitam Apollonij Tyanęi tradit, Iarchã scilicet septem annulos Apollonio dedisse stellarum septẽ nominibus cognominatos: quorũ singulos diebus singulis gestabat Apollonius. Quod & recitat & ridet Eusebius Pamphil. in libris παραστλοῦντα ἐναντίωσις. Hoc ipsum etiam Dion histo. lib. vij. & xxx. & ex ipso Dione Io. Xiphilinus in vitã Pompeij tradit & prosequitur, referens eam, quæ à Græcis διὰ πασῶν appellatur, harmoniam, quà
5 Musices totius rationem ac firmamentum contineri antiqui crediderũt, ad eas stellas, quibus vniuersus cœli ornatus & compositio distinguitur, & ad eum ordinem quo earum singulæ feruntur, sumpto deinde principio ab extremo orbe Saturni, proximis duobus relictis quarti orbis principem enumerans, post duobus aliis prætermissis, ad septimum perueniendo, sícque has ipsas stellas earúmque principes deos in orbem recensendo, ad dies adaptat adæquãtque: vnde eos dies cum musica ratione quodammodo conuenire asserit. Hoc autem inuentum
6 Aegyptiorum esse creditur. Dies siquidem diuersis appellationibus, *Plin. libr. xviij. natu. ra. histo. capi. xxv.*
à rerum effectis cognominarũt veteres. Nam quosdam nominabat intercisos, alios, statos, profestos, festos, quos Plutarchus ἀπρόσλυτα dicit: quemadmodum à Suda ἃ τοῦς πράξεις ἀνεπιτήδεια ad actiones minimè idonei & conuenientes, Præliares, Communicarios, pandiculares, nundinarum, intercalares, lustricos, & quos Medici κρισιμοὺς καὶ κριτικοὺς appellant, id est, decretorios & iudicatorios: & iustos à decemuiris, qui numero tri-

ginta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ginta dabantur iudicatis confessi æris ac debiti conquirendæ pecuniæ causa, quâ dissoluerent:erátque veluti quoddam iustitiũ,id est iuris inter eos cessatio quædam:quibus diebus nihil cum his iure agi posset,vt testatur Gellius lib.xx.magnum quoq; diẽ appellamus qui finem longis laboribus imponit.Quod Alcia.latius dixit lib.viij.Parerg.& libr.iij.eosdem etiam in naturales & artificiales diuidebant:de quo paulò pòst dicemus.

Alcia.libr. iiij. Parerg. cap.xj.& li. viij. capi. viij.

MAXIMA PARS HORARVM Scribit Plinius,& post illum Censorinus, horarum vsum noménq; diuturnis temporibus latuisse apud Romanos: & id quidem ccc.& eo amplius annis:nec vsquam xij.Tabul.leges,de horis fecisse mentionẽ.At primùm quidem Aegyptios,pòst deinde Græcos horologia composuisse tradunt:quæ etiam ab antiquis Solaria dicta sunt 7
ἡ σκιοθήρα & horaria,atq; horographia. Vocauerunt etiam hydrologia, & 8
Clepsydras,ob id quòd ex aquæ cõmensuratione aliquando cõponerentur.Plinius quoque horoscopa vasa appellauit. Fabulantur poetæ horas summi Iouis,& Themidis esse filias. Quod Orpheus in hymno docet his verbis. Ὥραι δυναστεῖαι θέμιδος καὶ Ζηνὸς ἄνακτος, σύνοικόν τε, θύκτε τε, καὶ ὀφέλη τοκόνοιδε, ἀκέρσαι. &c.

Sed Homerus scripsit horas cœli foribus præsidere: quem imitatus 9
Ouid.li.j.Fastorum,cũ ipsis horis dixit Ianum cœlestibus Ianuis pręcesse.

Præsideo (inquit) *Foribus cœli cum mitibus horis.*

Fuere itaq; horæ ab antiquis pro deabus cultæ:templáq;, teste Pausania,in earũ honorẽ à Gentilibus cõstructę.Qua ratione Hesiodi Scholia- 10
stes dixit horas ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν dictas,quòd & Iouis custodes sint, & hominum obseruare acta soleant.Nam ὁρὸς custodem significat.Et (ait Etymologicus author) λέγεται παρὰ τὸ ὁρᾶν τὸ φυλάττειν. ἔστι γὰρ ὥραν ἐφίστασθαι ἢ ἀρχᾶσθαι ἐν ταῖς νυξὶν. ἢ ἀπὸ τοῦ διορίζειν τὰς διαστήματα τῶν ἡμερῶν.
Plato in Cratylo testatur horas attica priscáq; voce 11
appellandas διὰ τὸ δίειν, quia finiunt hyemis & æstatis tempora, & flatus, & eos fructus qui ex terra obueniunt.Nam etiã hora hoc temporis punctum significat,quo omnia cõsistunt,& sunt ἐν τῇ ἀκμῇ,id est in summo,& vigore proprio,Suida authore.Vnde Claud.Gale.libro.ij.de alimentorum facultatibus scribit ὥρᾳ Græcos appellare eam anni partem,& tempus,in cuius medio caniculam exoriri contingit.Hinc ὡράιος fructus dicunt tempestiuè collectos.Galenus igitur fructũ ὡραῖον dixit, quod nos fructũ maturum,& sua tẽpestate collectũ τοῦτο, δὲ πέπονον. Ad hæc videtur hora dici à pulchritudine & elegantia.Nam ὡραῖος formosum pulchrúmq; significat: & ὡραιότης formæ elegantiam ὥρα (inquit Etymolog.) σημαίνει τὴν μορφὴν καὶ τὸ κάλλος.
Qua ratione coniicio horã apud Latinos iuuẽtutis deã dictam, & Quirini vxorẽ.Quod reliquũ est,rectè quidẽ arbitramur horas à Sole dici,hac 12
mehercule de causa, quòd Sol ab Aegyptiis, ὥρος dictis sit ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν ὁρᾶν καὶ ὁρᾶν,
cuius motu horarum temporúmque distinguantur interualla:vt qui non temporum modò,sed & terrarum etiam,ac syderum cœlíque totius rector sit & moderator:quem ideò adorabant Aegyptij.

Iam verò vt ad interpretationem huius §.deueniamus,vbi Paulus dixit,cuiusq; dici maximam partem esse horarum septem primarum diei

non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

non ſupremarum,primùm quidem operæ precium fuerit non ignoraſſe à Mathematicis diem dupliciter diuidi,in naturalem ſcilicet,& artificialem ſeu ciuilem.Naturalem appellarunt,quando motu rapto Sol mouetur &circumagitur primo mobili:quod quidem fit in dies ſingulos, ab ortu ipſius Solis in ſequentem ortum , cum particula illa æquatoris quæ coaſcendit particulæ Zodiaci,quam Sol interea perficit:& eius diei natu
13 ralis horas ῥομαῖας,id eſt,æquinoctiales appellant & æquidiales: quæ quidem vbique terrarum æquales feruntur. Artificialis autem ſeu ciuilis dies nihil aliud eſt quàm mora Solis ſupra horizontem:quo mouetur ab ortu in occaſum.Huius diei ὥρας καιρικὰς vocantur à Græcis:nos verò temporales & vulgares appellamus. Hic autem dies artificialis, perficitur in æquinoctio horis xij.quibus Sol moratur ſupra horizontem , totidémq; ſub horizonte:vnde nox efficitur.Itaque cum xij.horarum ſpatio is circumſcribatur dies,conſequitur ſanè vt aſſeramus maiorem eius diei par
14 tem,eſſe horarum ſeptem.Hoc ſemper apud veteres obſeruatum fuit , vt dies xij.horis terminaretur.Quod videre eſt ex Euangelio Ioãnis.Nónne duodecim ſunt horæ diei?Bona igitur ratione videtur Paulus iureconſi dixiſſe,maximam cuiuſq; diei partem,ſeptem horarum eſſe.Sed mirum
15 eſt quòd indefinita oratione ſit vſus,ſcilicet , *cuiuſcunque* , quæ vniuerſali æqui pollet.Et ſic tam de naturali quàm ciuili die ſenſiſſe videtur:cùm tamen longe diſpar ipſorum dierũ ſit ratio.Nam dies naturalis xxiiij.horarum eſt æqualium.Artificialis xij.tantùm horas continet , eáſque in-
16 æqualeis,vt prædiximus. Quo fit vt diei naturalis maxima pars ſeptem horarum non ſit. Hunc facilè nodum diſſoluas,vbi antiquam horarum rationem intellexeris.Iuriſconſultus enim horas ſecundum antiquorum morem hîc accepit.Antiqui autem ſextam ab ortu Solis horam meridiẽ dicebant,cùm Sol iam incaleſceret:vt l.Titius.§.Lucius Titius.de liber. & poſth.hæred.Vnde tertia hora in actis Apoſtolorũ D.Petro Apoſtolo matutina fuit : conſequens eſt ſextam,in meridiem inclinaſſe.Propterea coniectare licet Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM hora ſexta crucifixum fuiſſe,hoc eſt ipſo meridie:nam bonã diei partem Iudæi actionibus & accuſationibus,tum etiam cõtentionibus exegerant ante quàm
17 morti IESVM traderẽt.Quod ſine cõtrouerſia eſt cõpertiſsimũ. Etenim quantò maior eſt parallelꝰ cuiuſcunq; latitudo ab Aequatore,tãtò maior eſt dierũ noctiúmque in vniuerſum æqualitas. Quod ſi hora nona, qua expiraſſe animã viij.Calen. April .CHRISTVS dicitur,périnde , vt hoc tẽpore à nobis à meridie enumerari ſolet,acciperetur,vmbra illa exorta ſuper terra ex Solis deliquio,naturalis quidẽ,ac extra miraculũ fuiſſet.Atqui admirationi omnibus hoc fuit, quòd pręter tẽporis rationem, Sole ſcilicet vmbilicum cæli occupãte,id accidiſſet:& deliquiũ ſecũdum
18 naturalem ſyderũ curſum minimè obligaſſet.Tum enim Luna,decima quinta,hoc eſt plena,erat,atq; ex diametro Soli oppoſita:nec impedimẽto erat vmbra terrę,quę diuerſum ſemper & oppoſitũ viæ Solis ſemicir-

Act.ij.

culum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

culum occupat. Hora igitur nona tum erat, quã nos à meridie tertiã nũc enumeramus: quo tẽpore æquinoctij Sol non ita profundè est occiduus. Quod Ioachimus Vadianus Mathematicus peritissimus eleganter annotauit. Media itaque diei pars, sextâ horâ, à Solis ortu, erat: septima igitur hora, maiorem diei partem distinguebat. Vnde censebant veteres Roma 19
ni eum bonam diei partẽ obeundis negotiis consumpsisse, qui ad sextam vsque horam laborasset, quę melior pars diei erat. Quod ipsum Virgil. ostendit hoc versu.

Nunc adeò melior quoniam pars acta diei.

Quapropter, Inquit Paulus, horarum primarum, vt accipies non ab horarum numero absolutè & simpliciter, sed ab ea diei parte, quę tractandis oportuna rebus, & conficiendis negotiis incipit esse: postquàm humentem vmbram polo dimouit aurora. Sed quare addidit, non supremarum? An non sat erat dixisse, horarum primarum? Certè cùm horę 20
diebus seruiant, & singuli Planetę diebus & horis singulis (vt testantur Astrologi) dominari dicantur, oportet à dierum ipsorum potestate & nomine, horas denominationem recipere. Quando igitur supremos dies appellamus, licebit etiam ipsorum supremorum dierum horas supremas appellare. Dies autem supremos à Sole supremo vocant Astrologi, Sole 21
scilicet existente in Cancro, in Leone Solstitio: cúmq; Sol ipse ascendit summum Zodiaci, & est cursus eius ἐν τῇ ἀκμῇ. Quo tempore septem horæ maximam diei partem non conficerent. Tunc enim quatuordecim horarum numero maior est dies. Quandoquidem æstiuo Solstitio, sunt ho 22
ræ tertia parte productiores, vincúntque hibernas duabus quartis: Iunio scilicet & Iulio mensibus, quibus horæ diei sunt longissimæ. Quod videtur innuere Virgil. in Buccolicis his verbis.

- Sæpe ego longos.
Cantando puerum memini me condere Soles.

Non supremæ itẽ horæ dicũtur existẽte, Sole ingresso Capricornum, & existente in Aquario, piscibus, & fine Sagittarij. Sed vt tandem totam rẽ ἀναλυτικῶς concludamus, dicendũ arbitror Paulum iureconf. bîc de quo- 23
cunq; die, seu naturali, seu artificiali intellexisse: idque secundum veterum morem qui cuiuscunque temporis diem xij. horarum spatio terminabant: non autem de eo die qui à media nocte incipit, & noctis sequẽtis media parte finit: vt l. more Romano. de feriis. ff. qua ratione in conficien dis atque obeundis tum familiaribus & priuatis negotiis, tum etiam forensibus vel publicis, diem eum horarum duodecim accipiemus, quem pulsis aurora tenebris aperit, & vesper concludit occiduus: secundum hymnum illum Prudẽtij qui quotidie in tẽplis ab ecclesiasticis canitur.

Diei Romano more.

Qui manè iunctum vesperi,
Diem vocari præcipis &c.

Sic operas nemo, nisi diu, præstare tenebitur: cùm opera, diurnum sit 24
officium. l. j. ff. de oper. liber. Continuus enim nec debet, nec potest esse stipu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſtipulantis actus, vt quis dies noctéſque ſimul teneatur laborando exigere. l. continuus. §. cùm ita. de verb. oblig. Aliter autē interpretabimur hoc verbum, non ſupremarum, vt dicamus iuriſconſultum ſenſiſſe, de his horis quæ à meridie ad veſperum trahuntur. Quapropter dixit, non ſupremarum, id eſt non poſtremarum: vt diem ſupremum mortis, & ſuprema mandata ſolemus dicere. Maxima nanque diei pars, quæ eſt ab ortu Solis ad meridiem, eſt magis oportuna peragendis rebus & conficiendis negotiis ſicuti ſuperius diximus: & hîc Alciatus eleganter docet.

VLPIANVS. LIB. II. AD EDICTVM.

LEX. III.

IN itinere faciēdo xx. milia paſſuum in dies ſingulos peragēda, ſic ſunt accipiēda, vt ſi poſt hanc dinumerationem minus quàm xx. milia ſuperſint, integrum diem occupent: veluti viginti vnum milia paſſuum ſunt, biduum eis attribuetur. Quæ dinumeratio ita colligenda erit, ſi de die non conueniat. Eius qui apud hoſtes deceſsit, dici hæreditas non poteſt: quia ſeruus deceſsit.

SVMMARIVM.

1 In itinere faciendo viginti mille paſſus, æſtimandi ſunt ſecundum circunſtantias ſexus, ætatis, conſuetudinis & valetudinis.
2 Paſſuum dinumeratio locum non habet in pacto expreſſo.

N ITINERE. Conuenit maximoperè hæc lex nodo ancipiti explicando diſſoluendóque: videlicet cùm quis in iudicium vocatus, tenetur ad decem dies ſiſtere ſe, aut alicui alij negotio adeſſe, ſponſione in hanc rem facta, ac vt deſerti vadimonij excuſationem iuſtā ac legitimam, defendendi ſui gratia obiiciat, longam itineris viarúmque difficultatem prætexit: vnde oriatur queſtio, Quantum quiſque iuſti itineris ſingulis diebus conficere debeat: hîc Vlpianus iureconſultus rei controuerſæ & diſceptatæ nodum aperit, tradēs in itinere faciendo peragenda eſſe xx. milia paſſuum in ſingulos dies. Quod tamen ſic accipiendum fuerit, vt ſi in ipſa dinumeratione vicies mille paſſuum, aliquid vel excurrat, vel etiam deſideretur, vtpote vnum miliare, id diei vnius integri rationem ineat. Exempli gratia. Si vnum & viginti milia cōficienda ſunt & peragenda, biduò ſanè id ipſum attribuendum erit. Quæ tandem locum obtinent, ſi de die non fuerit conuentum: & lis ſeu controuerſia iudicio explicanda ſit. Et hæc ſanè iudicis arbitrio relinquenda ſunt, qui ex æquo & bono æſtimabit quantum
1 quiſque itineris in ſingulos dies peragere potuerit: vnde habenda erit ratio ſexus, ætatis, conſuetudinis, & valetudinis. vt l. continuus. §. cùm ita. de verborum obligatio. quo loco Alberic. de Roſa. dicit per hunc §. limitari hanc l. iij. & l. j. ſi quis cautio. Sed in contractibus bonæ fidei idem

Qualiter ſit hæc lex & intelligēda, & limitanda.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dicendum existimo. Quod in pacto expresso locum non habebit: quando quis conuenit vt diem horámque obiret, videlicet iiij. cal. Maias, aut non April. siue ad alium certum statum, expresúmque adesset diem. Tunc enim hęc passuum dinumerationis ratio non habebitur: sed pensitabitur quãti interfuerit stipulatoris, alterum stipulantẽ diẽ, non obiisse. Nilominus tamen Petrus de Bella perti. sicuti recitat Barto. hîc, & in l. j. ff. si quis cautio. & in l. d. §. cùm ita. in d. l. continuus, asserit hanc se nescire differentiam: atque idem in pactis & contractibus quod in iudiciis, de huiusmodi passuum ratione esse sentiendum. Sed præscribas oportet opinionem Petri de Bella pertica, vt circumscripta limitatáque sint ipsa miliaria, videlicet quantùm quisque diebus singulis conficiat. At verò quia in d. §. continuus, non est præscripta passuum huiusmodi dinumeratio, ea de causa iudicis standum erit arbitrio. Quæ solutio Cæpolæ non placet: nec, mea quoque sententia, satis apta visa est. Non enim apud omnes peræquè gentes miliarium & passuum mensura circumscribitur: diuersáque est ipsius mensuræ ratio. Nam leucæ (vt vulgus nostrum loquitur) in Francia longè breuiores & expeditiores habentur, quàm vel in Aruernia, Vasconia, & in multis aliis regionibus.

Vide infr. l. millepassus.

SVMMARIVM.

1 Seruorum nulla est hæreditas.
2 Liberis apud hostes mortuis, hæreditas stat lege Cornelia.

SEIVS QVI APVD HOSTES. Propterea quòd seruorum nulla erat omnino hæreditas, vt l. seruus. C. communi. de successione. serui autem efficiantur qui in bello ab hostibus capti sunt, consequens est vt qui in bello captus apud hosteis excesserit è vita, eius hæreditas nulla dici debeat. Sed ex æquo & bono lex Cornelia aliter statuit. Non enim adimit potestatem iúsque cernendæ hæreditatis eorum qui apud hostes decesserunt. l. lex Cornelia. de vulga. & pupil. substi. Sed iure duriore exactioréque hæc nostra lex vtitur. Qua ratione concilianda erit hæc antinomia. 1 2

PAVLVS LIB. II. AD EDICTVM.

LEX. IIII.

PEcuniæ appellatione rem significari, Proculus ait.

IDEM.

LEX V.

REi appellatio latior est quàm pecuniæ. Quia & quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet: cùm pecuniæ significatio referatur ad ea quæ in patrimonio sunt. Opere legato vel conducto

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

conducto his verbis, ait Labeo, id opus quod Græci ἐπιτίδειον vocant, significari, id est ex opere facto, corpus aliquod perfectum.

SVMMARIVM.

1 Rei nomen est generalius quàm pecuniæ.
2 Species suum genus significat.
3 Aurum & argentum in genere legatum non continet pecuniam signatam.
4 Rei legatæ proprietas quoque legata intelligitur.
5 Pecuniæ definitio, & etymon.
6 Permutatio precium non habet, & species est ab emptione, & venditione separata.
7 Pecuniæ varia significatio.
8 Rei significatio multiplex.
9 Rei appellatione continentur quæ extra computationem patrimonij sunt.

PECVNIAE. Hîc docet Vlpianus quid appellatione pecuniæ contineatur. Quod vt facilius cognoscamus, idem ipse Vlpianus sequenti lege dixit rei appellationem latius patere,
1 quàm pecuniæ. Nam rei nomen pecuniam continet: sed non è contrario, pecunia rem significat. Qua ratione, rei nomen generalius est quàm pecuniæ. l. j. ad fi. si certum pet. ff. sed forsan obiicias, quare igitur dixerit Vlpianus, pecuniæ appellatione rem significari? Ego qui-
2 dem respondebo pecuniæ verbum rem significare, sicut species significat suum genus. Dicimus enim hominem esse animal: sed generalius est animalis nomen quàm hominis: vt quia & ratione prædita ἄλογα seu ratione carentia animalia simul contineat: homo tantùm de pluribus numero differentibus & indiuiduis prædicari soleat. Sic quia rei appellatio pecuniam inter cætera, & alia multa etiam continet, dicemus pecuniam rem significare. Vt si quis dixerit, rem meam Martino meo do lego, pecuniam quoque cum reliqua patrimonij substantia legasse censebitur. Si verò pecuniam legauerit, pecuniam numeratam & æs signatum forma publica tantùm legasse dicetur. Re enim in genere legata, testator censetur reliquisse non solùm substantiam quæ in patrimonio sit, vt vasa aurea, argentea, & ænea, sed &
3 signatam pecuniam. Argento autem auróve legato, signatam pecuniam legati nomine non contineri Vlpianus censuit. l. cùm aurum vel
4 argentum. de auro & argen. lega. Quod si quis rem legauerit, proprietatem quoque eius rei legasse probabitur, & vsum. l. species auri. eo. tit.
5 de auro & argento legato. Est autem pecunia, quæ à Græcis νόμισμα dicitur, καὶ ἀργύριον omne æs publica forma signatum, quo vel commutandis, vel vendendis emendisque rebus & mercimoniis comparandis gentes inter sese vti solent: quod precium rei emptæ & venditæ appellatur.
6 Quia in permutatione, nullum est precium. Vnde rectè dixit Proculus permutationem speciem esse ab emptione & venditione separatam. Nam ante inuentam pecuniam vtebantur homines permutatione, res

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſcilicet cum rebus cõmutabant: vt ex Homero vij. Iliad. videre licet.

Ἔνθεν ἄρ ἀμφοῖσι κεκοσμήκασι κόμας.
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αὖθι σιδήρῳ
Ἄλλοι δ' αὖ ῥύσιν, ἄλλοι δ' αὖ λοῖσι βόεσσιν
Ἄλλοι δ' αὖ ἀνδράσι τε δμῶάς τε δέκονται.

Hinc ſibi certatim Gentis de more, comati
Vina parant Graij ære dato, fulgentéque ferro
Tergoribus bobúſque, ſed & ipſis mancipiiſque.

Hunc locum D. Budæus ita vertit.

Caſariæ inſignes redimunt hinc vina Pelaſgi.
Pars dedit æs nitidum, ferrum pars altera: bubus
Tergora diripiens hic protulit, ille agit ipſos
Ad naues taurosque bello corpora capta.

Plinius lib. xiij. cap. iij. Dicta eſt à peculio, vel pecu, pecunia: ſcribítque Plinius libro xiiij. naturalis hiſtoriæ, pecuniam à nota pecudis nomen accepiſſe: eò quòd pecudis nota primùm æs ſignatum fuit. Et Columella libro ſexto in præfa. nomen pecuniæ tractum à peculio vel pecore. Bonam enim diuitiarum ſuarum partem veteres in pecudum grege numeroſo collocabant. c. totum quicquid. j. cauſa quæſtione iij. Notat Franciſc. Zabarel. in Clemen. j. §. porrò. de verborum ſignifi. Quid autem appellatione pecuniæ contineatur, vide per gloſſam in cap. putant. xiij. cauſa quæſtione iij. gloſ. in l. ij. ad fin. C. de conſtit. pecun. in authen. vt omnes obed. iudit. prouinc. §. j. in verbo, pecuniarum. & in dicto cap. totum quicquid. & in l. ij. §. item Mutium. in verbo, pecuniam. ff. ſi certum petat. & in l. quiſquis. de legatis iij. l. liber homo. §. j. de ſtipulat. ſeruor. l. litigatores. §. quod ait. de arbitris. l. j. C. ob chirograph. pecun. Quo loco Iacob. Butrig. cenſet accipiendam eſſe pecuniæ appellationem de re quacunque, quæ vel in patrimonio noſtro ſit, vel eſſe poteſt. At verò rei nomen latiſsimè patet. Nam quandoque κὺρ ἐξοχὴν, id eſt imperium & poteſtatem ſignificat, vt apud Virgilium libro tertio Aeneid.

Vide infrà l. boues. & l. pecuniæ verbum.

Poſtquam res Aſiæ Priamíque euertere gentem.

Significat & οὐσίαν ſeu ſubſtantiam totam patrimonij. Præterea & nomina debitorum, & actiones. l. j. in fin. ſi certum petatur. l. cogi. in princip. & l. ſi legatus. §. ſi quis bona ſua. ff. ad Trebellian. Cyn. & Bal. in l. j. de ſtatu homin. Vnde Latini dicunt rem ſuam augere, pro eo quod eſt ditiorem fieri. Cicero in Oratione pro Rabirio Poſthu. Rem (inquit) bonis & honeſtis rationibus auxit. Item libro ſecundo de Officiis, Non eſſe duo hominum milia qui rem habeant: id eſt, qui diuites ſint. Terent. in Eunucho. Eius frater eſt aliquantulùm ad rem auidior. Videto de hac rei ſignificatione amplius infrà in l. rei appellatione.

QVIA ET QVAE EXTRA Computationem, &c. Qualiter id accipi debeat, Accurſius hoc loco ſcribit, profértque quatuor interpretationes.

Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Et Alciatus nonnihil de hac re dicit. Harum autem quatuor interpretationum Accursius asserit primam esse maximè veram, & cum eo conueniunt in sententia reliqui Doctores.

SVMMARIVM.

1 Opus perfectum censetur.
2 Perfectum dicitur opus quod in vsu iam esse potest.
3 Opus certa forma circumscriptum, secundum ipsam pro consummato haberur.
4 Inceptum opus pro consummato plerumque tenetur.



1 OPERE LEGATO. Alij scribunt & legunt, opere locato: vtrunque rectè dici Alciatus hîc censet. Opere legato, Labeo id opus esse opinatur, quod omnibus suis partibus constat, éstque perfectum: non autem quod est incœptum tantùm. Neque verò perfectum dici opus poterit, cui aliquid agendum
2 restat. l. penultima. C. de his quibus vt indignis. Sed perfectum dicitur, quando ita consummatum est, vt iam in vsu esse possit. l. ædificia, §. perfecisse: infrà eodem. l. is qui. §. quædam. ff. ad legem Falcidiam.
3 Quando autem certa ac definita forma circumscribitur opus, sufficiet secundum præscriptam formam consummatum esse. l. eum qui
4 ædes. ff. de vsucapion. & dicta l. is qui. §. quædam. At verò quando incœptum habeatur pro completo, vide in l. furtum. §. & si non totam. ff. arborum furtim cæsarum. Fauore igitur legati, legatum opus, erit quod Græci ἀποτέλεσμα vocant τοῦ ἔχειν πανταχόθεν, id est omnino absolutum perfectúmque. Nam ἀποτέλεσμα descendit à verbo ἀποτελῶ, quod perfi- ἀποτέλεσμα
cio & absoluo significat. Quemadmodum συστέλλω à Græcis Theolo- συστέλλω.
gis frequenter pro consummatione seculi vsurpatur. Quæ autem Mathematici ἀποτελεσματικὰ appellant, hîc satis abundè scribit Alciatus. Et de genethliacis, Basilius Magnus in Hexaëme homilia sexta. Cicero libro secundo de Diuination. Etiámne (inquit) vrbis Romæ natalis dies ad vim stellarum & Lunæ pertinebat? Fac in puero referre ex qua effectione cœli, primum spiritum duxerit: num hoc in latere aut in cæmento, ex quibus vrbs effecta est, potuit valere? Hîc effectionem Cicero dixit, quod Græci ἀποτέλεσμα teste Budæo. Vnde ἀποτελεσματικὸς ipsi dixere inquit Eusta- thius. ἀποτέλεσμα τίκτει.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

VLPIANVS LIB. III. AD EDICTVM.

LEX VI.

NOminis & rei appellatio, ad omnem contractum, & obligationem pertinet.

Verbum EX LEGIBVS, sic capiendum est, tam ex legum sententia, quàm ex verbis.

SVMMARIVM.

1 Nomen est titulus qualitatis in re, vel persona.
2 Nomen significat debitum.
3 Codex est rationalis liber expensi, & accepti.
4 Nomen est actio, quæ competit in debitorem.
5 Nomina debitorum legata, omnes debitores ex quocunque contractu complectuntur. & hic antinomia.

NOMINIS. Nomen est titulus qualitatis seu rei, seu personæ, quod Græci ὄνομα, dicunt, παρὰ τὸ νέμειν τὸ μέρος: Latini autem à re vel persona nominanda atque appellanda, cùm persona vel res ipsa secundum substantiam & qualitatem solet designari: & tam eorum quidem quæ ad virtutem gloriámque pertinent, quàm quæ ad contumeliam, & vitium. Olim apud Athenienses (vt author est Gellius libro nono) lege sancitum erat, vt fortissimorum & virtute ac meritis præstantissimorum hominum nomina seruis atq; hominibus spurcis indere non liceret: quoniam nephas ducerent nomina libertati patriæ deuota, & ad Reipublicæ ac bonorum gloriam pertinentia, seruili contagio pollui. Sed aliter Vlpianus hoc loco nomen accipit: videlicet pro debitoris obligatione. Quod & etiam Satyricus poëta significare voluit his verbis. 1 2

Aulus Gell. noct. Attic. lib. ix. c. 23.

Cùm venit ad dubium grandi cum codice nomen.

Codex quid

Quo loco codex significat librum seu calendarium, in quo expensi acceptique ratio perscribi solet. Columella lib. primo rei rusti. Nec rursus (inquit) in totum remittendum, quoniam vel optima nomina non appellando fieri mala fœnerator Alphius dixisse verissimè fertur. Et apud Senecam: Nunquam magis nomina facio, quàm cùm dono: id est, non potiùs debitores creare soleo, quàm liberalitate. Vnde T. Liuius nomina impeditiora vocat malos debitores. Variè autem hæc lex intelligitur. Quidam enim asserunt hæc verba, Nomen, & Res, seorsum intelligenda: alij verò vnico complexu accipienda esse, vt ad omnem contractum & obligationem pertineant, & pro debito & debitore ponantur. Quæ fuit sententia Alberici de Rosa. hoc loco. Est autem nomen ipsa actio, vel ius quod mihi aduersus meos debitores competit. glos. in l. nominis. C. de hæred. vel actio. vendi. Si quis igitur mihi legauerit nomina debitorum suorum, censebitur complecti voluisse omneis debitores ex quocunque contractu, & ex quacunque obligatione, siue naturali, siue ciuili. Quod permultis exemplis hîc tradit Accursius, & l. j. ad finem. ff. si cert. 3 4 5

Nomina impeditiora quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 si cert.pet.Sed aduersatur d.l.Quintus Mutius.§.argento.ff.de auro & argento lega, vbi res legata non protenditur ad res mihi obligatas, siue ex contractu debitas.Qualiter, rogo, concilianda fuerit antinomia? Et puto posteriorem sententiam præualere.

SVMMARIVM.

1 In ambiguis & obscuris verbis sententia legis est spectanda.
2 Verba legis nonnunquam negligere licet sententiam obseruando.

VERBVM EX LEGIBVS. Cùm verba non aliò versum inuenta sint quàm vt dicentis mentem sensumque aperiant & pręferant,certè non verba legis tantùm spectanda sunt, sed mens ipsa legis: vt suprà enarrauimus. 1 Cùm igitur obscuris & ambiguis verbis lex scripta conceptáque erit, tunc sententiæ non verborum habendam esse rationem dicit Vlpianus, & legem esse interpretandam tam ex legis ipsius mente & sensu,quàm ex vi & significatione verborum.Eadem enim est ratio, aliquid contra verba & sententiam legum fieri, vel contra sententiam tantùm.Quando-2 quidem licebit aliquando legis verba negligere, si modò legis mens & sententia obseruetur.l. non dubium.C. de legibus.not.gloss.in l.contra legem.ff.eodem.l. scire leges.ff.eodem.l. scire oportet.§.sed & si maxime.ff.de excusation.tutorum.

PAVLVS LIB. LI, AD EDICTVM.

LEX VII.

SPonsio appellatur, non solùm quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissióque.

SVMMARIVM.

1 Sponsio est & stipulatio,& quæcunque alia promissio.
2 Sponsio ludicra est quæ fit depositis pignoribus.
3 Sponsio actionis genus apud Athenienses,cùm pecuniæ depositione.
4 Summa depositæ pecuniæ in sponsionibus pro pœna temerè litigantis.
5 Sponsione lacessere,aut sponsionem facere,est aliquid sub pœna promittere.
6 Sponsio in interdictis,est actio in controuersia possessionis,non proprietatis.
7 Sponsio interdicti appendicula.
8 Spondere nuptiali verbo dicitur pater filiæ.Despondere verò pater adolescentis.
9 Sponsalia,contractus est sponsionum & stipulationum ad nuptias spectantium.
10 Ex sponsu agere,est pro sponsa non data aut non ducta iudicium persequi.
11 Stipulatio est generale enunciatum ad stipulationem,& nudam promissionem.
12 Spondere à sponte promittendo dicitur.
13 Sponsio quibuscunque verbis fiat non refert.
14 Stipulatio simpliciter enunciata,est promissio quæ fit per interrogationem.
15 Sponsio esse potest sine interrogatione promissio.
16 Sponsor qui sponte nullóque rogante pro alio intercedit,aut se debitorem constituit.
17 Fideiussor à sponsore differt. quòd & ante,& post obligationem accipiatur. Sponsor non item.



PONSIO. Sponsionem hîc Alciatus de stipulatione tantùm dici contendit aduersus vulgarem Doctorum sententiam. Ego verò ab eius sententia recedo: ac vulgari opinioni assentior. Intelligit enim hîc Paulus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sponsionem non solùm ad eam stipulationem promissionémque pertinet quæ solemni verborum interrogatione fieri consueuit, sed & ad quamcunque aliam promissionem. Nam olim aliud erat spõsionis genus, quod scilicet absque interrogatione fiebat: sed depositis pignoribus: quæ sponsio ludicra erat, sicuti docet Budæus in annota. ad l. ij. de origine iuris. De hoc sponsionis genere habetur in l. si rem tibi §. si quis sponsionis causa. ff. de præscriptis verbis. & in fact. actiõ. Erat autem olim apud Athenienses sponsio actionis genus, qua qui experiri volebant, pecuniam deponebant, ac intercedebat stipulatio pecuniæ, quam perdebat qui sponsione vinceretur: & coram iudice aut recuperatoribus disceptabatur. Deponebant autem litigantes partes apud acta decimam partem æstimationis litis. In causis priuatis: in publicis verò, quintam apud Græcos, authore Iulio Polluce, πεντήκοντα τὴν χιλιάδα ἢ πεντάκοντα τὴν λίτραν, pœnam temere litigantis: Atque hoc ipsum actionis genus παρακαταβολὴ dicebatur. Qui sponsione prouocabat, ita dicebat: Spondeo me tantam pecuniam daturum, ni &c. Prouocatus autem restipulabatur. Hoc diffusè & copiosè docet ipse Budæus in Commentariis linguæ Græcæ. Sponsio igitur erat mulcta seu pœna, quam quis promittebat alteri stipulanti coram arbitris, nisi &c. Vnde dicebant antiqui sponsione contendere, & lacessere, & sponsionem facere in summam causæ: pro eo quod nunc dicimus sub pœna vel ad pœnam aliquid promittere. Quæ quidem sunt verba antiquæ formulæ. Et sponsio compromissoria: & commissa sponsio, quod nunc, pœna compromissa in arbitrium, & pœna commissa. Et sponsores, cautiones. Sponsio etiam in interdictis erat actio, quando non proprietatis, sed possessionis tantùm erat controuersia. Cuius sponsionis exemplum est apud Ciceronem in oratione pro Aulo Cecin. Et Quintilianus libro septimo. Aliquando etiam sponsio erat interdicti appendicula & accessio. Vt cùm iudex edixit de possessione deiectum imprimis restituendum, & reus quidem contendat se omnia quæ oportuit, adimplesse, actor verò inficiatur plane se restitutum, liticula quædam suboritur, quæ sponsio dicebatur. Qui ea actione experiri volebat, ex sponso agere dicebatur, & veluti παρακαταβολὴν διωκειν. Spondere etiam ad nuptiarum leges pertinebat. Nam spondere dicebatur pater filiæ: despondere autem, pater adolescentis. Vnde sponsus, & sponsa dicitur: quæ verba ab antiquis retinemus. Terentius in And.

Sponsores.

Sponsio pro liticula incidente.

Spondere Despondere.

Sponsus & Sponsa.

Vltrò ad me venit, vnicam gnatam suam
Cùm dote summa filio vt daret.
Placuit, despondi &c.

Sponsalia (inquit Vlpianus. l. ij. ff. de sponsalibus.) dicta sunt à spondendo: nam moris fuit stipulari & spondere sibi vxores futuras. Seruius Sulpitius in libro quem de dotibus scripsit, vt testis est Gellius libro quarto, tradit quòd qui vxorem ducturus erat, ab eo, vnde ducenda erat, stipulabatur eã in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidẽ sponde

Aul. Gell. lib. iij. cap. iij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſpondebat. Is cõtractus ſtipulationũ ſpõſionũque dicebatur, ſponſalia.
10 Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſti-
pulabatur, ex ſponſu agebat: iudices agnoſcebant. His ego rationibus nul
lo negotio adducor, vt credam falſum hic Alciatum: & ſponſionis verbũ,
latiùs quàm ad ſtipulationem, ſimpliciter perduci: ſed & ad omnem con
11 tractum, & promiſsionem. Eſt enim ſponſio generale enunciatum ad ſti-
pulationem & nudam promiſsionem: quod annotauit Bald. in l. j. C. de
12 ſuffrag. Puto equidem ſponſionem à ſponte dici: quod qui ſpondet, ſponta
tè promittere ſeu pollicitari dicatur. Solebat olim fieri ſtipulatio per ver
ba, Spondes, ſpõdeo: promittis, promitto: &c. quę quidem erant ſolennia.
13 Sed hodie quibuſcunque verbis fiat, non refert, ſi modò ſtipulationi con-
ueniant, vt inſtitu. de verbo. oblig. ad princip. Cùm igitur Spõnſio ſit ge-
nus ad nudam pollicitationẽ, & promiſsionem, atque ad omnem ſtipula-
tionem quæ nulla fiat interrogatione, per quoſcunque contrahentes, vt l.
ſciendum. §. dictum. cum gl. in verb. ad ſpõſionem. de ædil. edic. & no. Bal.
14 in d. l. j. C. de ſuffrag. non erit hercule ferenda Alciati opinio, qui exiſti-
mauit ſponſionem de ſtipulatione tantùm dici. Nam ſimpliciter & abſo-
lutè enunciata, ſtipulatio, vt hic, ab ipſo Alciato, de ea quæ per interroga-
tionem fit promiſsione, cenſentur dici. Sed ſponſio dicitur etiam ſine in-
15 terrogatione promiſsio. Vnde ſponſores dicti, qui ſponte nullóque rogan- *Sponſores qui.*
16 te, pro alio intercedunt: quique vltrò pro aliis debitores ſe conſtituunt.
17 Glo. notab. in authen. de fideiuſſor. §. ſi quis. & his mandati actio compe-
tit. l. qui pro te. ff. mandati. Hoc autem à fideiuſſoribus differunt, quòd &
ante obligationem, & poſt obligationem accipi fideiuſſores ſoleant, vt
inſtitut. de fideiuſſorib. §. ij.

IDEM LIB. IIII. AD EDICTVM.

LEX VIII.

VErbum OPORTEBIT, tam præſens, quàm futurum tem-
pus ſignificat. Verbo actionis non continetur exceptio.

SVMMARIVM.

1 Verba futuri temporis ad præſens trahuntur, niſi pactum, ſtipulatio, vel actus natura aliud ſuadeat.
2 In ſtipulatione iudicatum ſolui, & dolum abſ futurum, ad præſens non retrahitur futurum.
3 Præſentis temporis verbum ad futurum protrahi poteſt.
4 In mandatis ſupremis verba præſentis temporis ad futurum producuntur, quando à mente teſtatoris dependent.
5 Exceptio eſt intentionis remotio, depulſio, translatio, & præſcriptio.
6 Exceptionum legitimæ cauſſæ, perſona cui non conuenit, tempus, iudicium, res, & alia.
7 Cum ex præſcriptione lis pendet, de ipſa re quæri non eſt neceſſe.
8 Παραγραφικὸς λόγος eſt litis conteſtatio ſuper exceptione.

Actionis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

9 Actionis verbo exceptio non continetur.
10 Exceptio propriè non est actoris.
11 In familiæ herciscundæ iudicio, & bonorum petitione, exceptionis intentio vtrique parti communis est.
12 In exceptione reus fit actor cum argumenta facti probanda edit.
13 Reus in translatione dicitur agere non ex proprìa verbi significatione, sed per interpretationem.
14 Si statuti præscripto denegatur actio, non videtur exceptio denegari.
15 Statuta propriè sunt interpretanda.
16 Creditor rem creditam autoritate propria rapiens, actionem perdit, non exceptionem.
17 In re fauorabili exceptio actionem non tollit, in odiosa maximè.

VERBVM OPORTEBIT. Hæc lex scripta est, vt futurum 1
de præsenti aliquando intelligamus. Ecce enim qui promittit facturum se quod oportebit, censetur voluisse quoq; promittere, quod tẽpore promissi iam oportet. Sic cũ dominus noster IESVS CHRISTVS dicit beato Petro, dabo tibi claues regni cœlorum, intelligitur quòd tunc, cùm hæc diceret, dederit. glo. est ordi. in c. Si Paulus. xxxij. caus. quæst. v. in verb. non est. & ca. in Christo. de consecra. dist. ij. Et hoc quidem verum est, nisi vel pactum, vel stipulatio, vel actus natura aliud suaderet: vt in stipulatione iudicatũ solui, & dolum malum ab- 2
futurum. Non enim hæc ad præsens, nec pręteritum protrahuntur, sed ad futurum tantùm. Quod sanè hîc speciale est. l. nouissima. ff. iudic. fol. Sed quod dicimus verbum Oportebit, ad tempus præsentis temporis referri, id ex propria significatione accipiendum est, non per interpretat onem.

An præsens futurum significet.

Qua ratione generalior erit significatio. Et forsan quæras, an verbum 3
pręsentis temporis aliquando ad futurum referatur? Et referri certissimũ est, habitu scilicet vel potentia. Vt cùm Papa mandat, Tibi qui in regesto vel Archiuis nostris describis &c. tametsi nondum ille aliquid perscripsisset, ius tamen illi scribendi erat, intelligitur tandiu mandatum à Papa fuisse illi, quandiu scribendi potestatem habuerit, licet re ipsa non scripserit, sed in habitu est, vt not. in cap. cum in illis. per illum tex. §. illis. de præben. libro sexto. Quod etiam locum habet in mandatis supremis, 4
quando verba à mente testatoris dependent. Barto. in l. si ita. de auro & argent. lega. text. in l. ij. vbi not. idem Bart. de alimen. & ciba. leg. vide in hanc rem quæ scripsi infrà in l. verbum erit.

VERBO ACTIONIS. Latinæ linguæ authores classici, maximè verò historici, quales fuere T. Liuius, Cæsar, Salustius, cum tela atque impetum hostium, hostes sustinere & subire volunt significare, id eleg. inter, excipere, dicunt, quod Græcis quoque ἐπιδέχεσθαι aliquãdo inter cætera significata, significat. Cice. in Verr. Aut hoc cõtendat nũquã esse factum, aut omnia tela excipiat, necesse est. Idẽ de Quinctiis cõsula. Qui me amor & subuenire olim impẽdentibus periculis maximis cũ dimicatione capitis: & rursum, cùm omnia tela vndiq

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vndeq; esse intenta in patriam videre, subire coëgit atque excipere vnum pro vniuersis, &c. Vnde ego quidem arbitror à nostris iureconsultis exceptionis verbum καταχρηστῶς vsurpatum. Quemadmodum enim hostes suorum aduersariorum impetum & tela excipere dicuntur, sic & in forensi militia reus actoris intentionem censetur excipere, id est, depellere & summouere. Si quidem petitor actionem intendit, reus excipit, & exceptione summouet, quod Græci παραγράφειν dicunt, id est, præscribere, & exceptione summouere petitionem. Et παραγραφὴ exceptio & præscriptio: quæ à Quintiliano, intentionis depulsio appellatur. Vt non seci, aut iure feci: dicitur etiam ab ipso Quintiliano & à Cicerone translatio & translatiua constitutio, cùm causa ex eo pendet, quòd non is agere videtur quem oportet, aut non cum eo quicum oportet, aut non apud quos: quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, quod sic Græcè dici posse Budæus vult. Τὰ μύτοι τρόσωπα, καὶ καιρούς, καὶ νόμους, καὶ ἀδικίας, καὶ ἀλλ' ἄττα αἰτίας ἴσως ἔνοιμι, ἔξεστι παραγράφεσθαι. Præscribere etiam, perscribere, subscribere, verba sunt propria fori & iudiciaria, ait ipse Budæus: vnde hoc verbum vtraque lingua tractum est. Quintilia. libro septimo, de questione actionis loquens, Est enim (inquit) duplex eius disceptationis conditio, quòd aut intentio, aut præscriptio habet controuersiam: ac fuerunt qui præscriptionis statum facerent, tanquam non iisdem, quibus cæteræ leges, quæstionibus contineretur. Cùm ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse. Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. ἐὰν τῷ πατρὶ, ὁ υἱὸς τὸν ἀτιμωθέντι παραγραφεῖται, τοῦτο μόνον κρίνεται, ἐὰν ἔξεστι, Actionis quæstionem eo loco, Præscriptionis litem Quintilianus appellat, quam tertio libro translationem aliàs vocauerat, hic παραχρωμένος ἀγῶνι est litis contestatio super translatione, & super exceptione, quâ teste Budæo, vocat Cicero libro secundo Rhetorico. translatiuam causæ constitutionem. Cuiusmodi controuersia est apud Demosthenem. πρὸς Παβίνιτον, & πρὸς Φορμίωνα. Sed vt ad rẽ veniamus. Dicit hoc loco Paulus, actionis verbo exceptionem minimè contineri. Nam cùm omnis controuersia ex intentione & depulsione constituatur, actoris autem sit intentio, rei verò, depulsio, id est, exceptio, non videtur sanè propriè dici exceptio actoris. huic tamen sententiæ non semper locus est: & quandoque exceptionem ad actorem pertinere dicimus, sed καταχρηστῶς. Quandoquidem in familiæ herciscundæ iudicio, & bonorum petitione, cùm vterque sit actor, vterque etiam reus censeatur. l. in tribus. de iudiciis. consequens est vt vicissim παραγράφεσθαι καὶ ἀντιλαγχάνειν παραγραφάς vtrique liberum esse debeat, & exceptionem intendere: quod Cicero agendi dari potestatem, appellat. Ea autem exceptio, quam tum reo, tum actori, proferre licebat ad inhibendam litis contestationem, iudicisque constitutionem super hereditatis petitione, vocatur à Demosthene διαμαρτυρία: hoc est (ait Budæus) ἐγίγνετο ἡ διαμαρτυρία ἐφ' οἷς οὐ ἐσόμενον τὴν δίκην τὴν δίδοσαν ὑπὸ τοῦ παραιτιαβάλλοντος.

Exceptio quid & vnde.

παραγράφειν.

Translatio.

Quibus ornatur παραγραφὴ seu præscriptio.

Præscriptio

Actio quæstionis. Lis præscriptionis.

Intentio depulsio.

Agendi potestas.

Iam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Iam verò, quid dicimus? reum aliquando actoris munus excipiendo obire, vt l.j.ff.de exceptio. seu præscrip. & l.j.C.de iur.& fa.igno. Id quidem accipimus, quandocunque reus ipse in exceptione proponenda, argumenta thematica atque articulosas facti commemorationes ad coniecturam pertinentes edit, ac suscipit probandas. glo. in d.l.j.& l.in exceptionibus.ff.de proba. Sed Accurs. in d.l.in exceptionibus, contēdit reum ex propria verbi significatione non debere dici agere, sed ex interpretatione potius. Quod etiam asseruit Bar. in d.l.j.de exceptio. Vnde si statuti præscripto denegatur actio, non videri exceptionem denegari, idem Bart. censet: cùm statuta ex vera & propria significatione sint accipiēda. l.iij.§.hæc verba.de nego.gest. Creditor quoque, qui à debitore suo rem creditam vi atque authoritate propria exegit & extorsit, actionem perdit, exceptionem non perdit. vt not. in l.si pœnæ.ad princip.de condit. indebit. Callistratus, & ibi not. in l.iuxta. Quod met.caus. not. in l.si quis in tantam. C. vnde vi. Quapropter distinguendum erit: scilicet aut de re fauorabili agitur, aut de odiosa. Si de re fauorem spectante agatur, certè actionis nomine continetur exceptio: & tunc reum excipiendo agere dicemus: vt in d.l.j.de excep. & in l.j.§.ait prætor.ff.de dolo malo. Si verò in materia odiosa versandum sit, tunc actione denegata non denegatur exceptio. Odiosum etenim id esset, & cum naturali æquitate pugnans. Sed cùm dicimus actorem probare debere, intelligemus tam de eo qui prior actionem intendit, quàm de reo aduersus quem ea intēditur actio: quando videlicet ipse reus ad confirmandam exceptionem ac defensionem capita thematica edidit quæ autoritate egeant. Concludemus igitur hic Pauli sententiam non ex improprio & abusu, sed secundū veram propriámque verbi interpretationem accipiendam esse. Cæterùm, ne ali quid consultò prætereamus, admonitum te velim, verbum excipere, præter eam, quam diximus, significationem, esse in medicamentorum compositionibus vsurpatum: cùm res contusæ aliquo liquore coguntur. Celsus libro quinto. hæc excipiuntur cerato è rosa facto. hoc Græci ἐκλαμβάνειν, sicut ἀνελαμβάνειν, dicunt, teste Budæo in Commentariis linguæ Græcæ.

12 13 14 15 16 17

Excipere apud Medicos quid.

VLPIANVS LIB. V. AD EDICTVM.

LEX IX

MArcellus apud Iulianum tractans notat, verbo RAPVISSE, & scissum & fractum contineri, & vi raptum.

SVMMARIVM.

1 Voluntas pro facto reputatur, si animo & consilio faciendi, conatus & molimen accesserit.
2 Nuptiæ cum filiafamilias volenti contractæ inuitis parentibus, pro raptu habentur.
3 Conatus rapiendi signo violentiæ relicto, raptus habetur.
4 Rapere, & furari differunt vi & clam.
5 Raptum & furtum genere rei non differunt, sed verbi proprietate.
6 Immobilia inuaduntur, mobilia rapiuntur.

Marcel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

MARCELLVS. Hæc lex eò pertinet, vt si quis furandi animo & consilio, aut virginem rapiendi & abducēdi, fores domus effregerit, parietēsve demolitus sit, quamuis tamen nihil eorū fecerit, id est, nō rapuerit, & virginē nō abduxerit,
1 is nihilominus, furtum fecisse, & virginē rapuisse dicetur: Quinimò, perinde atq; raptor & fur, pœna plectendus venit. Non tantū enim admissum crimen sanciendū est, sed & animus & consiliū patrādi delicti. l.j.§.diuus. & l.iij.§.j.ff.ad leg.Cor. de sica. Not.in l.diuus Adrianus.eo.tit.l.qui iniuriæ.ff.de fur.facit l.si conuicij.ff.de iniur.l.si quis nō dicā.C.de epis.& cle. Sed & si quis volentē consentientémque filiam inuitis parentibus abstra-
2 xerit, rapuisse censebitur.l.j.C.de raptu virg.vbi doc. Quid, si quis filiam familiàs inuitis parentibus duxerit, an rapuisse dicetur? Et raptus crimen admissum esse indubitati iuris est. Quod ego latissimè in Commentariis
3 ad consuetudines Turonenses disserui. Quódq; ibidem animaduertisse minimè pigebit. Si quis igitur mulieri obuius, eā ipsam abducere, & constuprare conatus sit, ipsius autē mulieris seu virginis effugientis & reniten tis vestē lacerauerit, rapuisse mulierem seu virginē, dicendus erit: sicut ex Vlpiani mēte hīc colligimus: & no. Bal.in l.j.sed eximendi.ff.ne quis eum
4 qui in ius voc.vi exim.& gl.ibid. Rapere præterea & furari parùm τῷ ἁρπᾷ differunt: atq; alterum pro altero promiscuè frequenter accipimus. Nisi quod rapere, est vi auferre: furari verò, est rem inuito domino & ignoran te subtrahere. Et Paulus lib.xviij.ad edictum. in l.duobus.§.si quis.de iureiur.contendit aliud esse rapuisse, aliud item furtum fecisse. Sed in §.j. Institu.vi bo.rap.scribitur raptum & furtum idem significare. hanc quidem antinomiā (si qua sit) soluit Accurs.in d.§.si quis. vt intelligatur iurisconf.voluisse sentire his verbis, aliud esse rapuisse, aliud itē posse. Quæ *Antinomia dissolutio.*
5 mihi ieiuna quidē & frigida videtur solutio. Ego sanè verius existimarē, furti & raptus differentiam, ex vi & proprietate verborum oriri. Multùm siquidem interest quis rem de manibus possidentis vi abstulerit, id est, rapuerit, an verò clam & ignoranti domino: quod furari propriè appel-
6 landum est. Dicuntur autem immobilia inuadi: mobilia verò, rapi.§.penulti.institu.vi bono.rapto.& gloss.in l.j.de condi.tritica. *Inuadere.*

IDEM LIB. VI.

LEX X.

CReditores accipiendos esse constat, eos quibus debetur ex quacumque actione, vel persecutione, vel iure ciuili (sine vlla exceptionis perpetuæ remotione) vel honorario, vel extraordinario: siue purè, siue in diem, vel sub conditione. Quòd si natura debeatur, non sunt loco creditorum: sed & si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Credere vt Græcis χρῆσαι tam de commodato,quàm de mutuo dicitur.
2 Credere est dantis,fidem præstare accipientis.
3 Creditores sunt qui ex quacunque causa pecuniam solent aliis errogare.
4 Credere,& creditores verba sunt generalia.
5 Creditor dici potest per obligationem quæ ex delicto nascitur.
6 Perpetua exceptio actionem perimit.
7 Extra ordinem quærere,est summariè,& sine iudicij figura procedere.
8 Obligatus sub conditione,esse non videtur obligatus ante conditionis euentum.
9 Debitum natura non est propriè debitum.
10 Qui beneficium liberale accepit,de referenda gratia tenetur naturaliter,non ciuiliter.
11 Ex contractu quis debitor efficitur,& inde creditor.

Creditores qui.

REDITORES. Creditores qui pecuniam alicui crediderunt,& vtendam dederunt,qui à Græcis οἱ κιχρᾶσθαι dicuntur:& κιχραμβάνειν qui vtendum rogauerunt,teste Budęo,eo modo quo solet dici δανείζειν & δανείζεσθαι. Nam χρῆσαι non solùm commodare significat,sed & etiã mutuare καὶ δανείζειν Vnde τὰ χρησθέντα tam res commodatas,quàm pecunias mutuatas significant:sicut apud nostros,creditum,& debitum. Verbum igitur credere,vnde creditores,refertur ad fidem eius cui vtẽdum datur.Nam (inquit Donatus in Teren.) Creditores dicuntur ipsi qui dant:fides,est eorum quibus datur.Terent. in Phormio. 1

Credere quid.

Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere verba ei credere?

Sententiosè (ait ipse Donatus) dixit:quasi in omnibus credendum sit; seruaturum fidem esse eum,qui in pecunia seruauerit. Vnde etiam dicimus,Credere alicui verba,&credere arcanos sensus,elegãter pro eo quod dicitur,habere fidem alicui, seu fidere se alicui,cõmittere secretũ suum. Sic qui pecuniam alicui credit,id est,creditor intelligitur commodasse; pacta fide.Nam cuicunque rei assentimur alienam fidem secuti,mox recepturi quid ex hoc contractu,credere dicimur (ait Vlpia.) in l.j.§.nam cuicunque.de reb.credit.si cert.peta.Generaliter creditores accipiuntur, pro his omnibus qui ex quacunque causa pecuniam aliis solent erogare. Cicero libro primo Epistol.familiar. Res agitur per eosdem creditores, per quos cùm tu aderas, agebatur.hîc quidem intelligit Cicero fuisse Rabirium regiæ pecuniæ erogatorem. 2 3

Epistol.j.

EX QVACVNQVE ACTIONE. Nam credere,& creditores, verba sunt generalia,sicuti diximus, & habetur in l.si cui.§.penult.in authen.de fide instrumen.not.gloss.in dicta l.j.si certum petatur.Quapropter dixit,ex quacunque actione,vel persecutione,vel iure ciuili,vel prætorio,vel officio iudicis &c.Sed an ex obligatione quæ ex delicto descendit,creditor dici possit?Primum quidem,videtur posse.vt ..si cui ex empto.infrà eodem. Quæ disceptatio suo loco patebit. 4 5

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PERSECVTIONE. Persecutione,id est,mero iudicis officio,quandocunque postulatur bonorum separatio ab hæredibus,vt l.j.ff.de separatio. Aut cùm datam in fraudem creditorum libertatem contendimus. l.in fraudem.la j.& ij.ff.qui & à quib. *De hoc vide infrà l. altunum verbo.*

VEL IVRE CIVILI. Iure ciuili,etiam iure gentium & iure xij.tabul.Vt ex stipulatu,actione tutelæ,literarum obligatione & simiiib.

SINE VLLA EXCEPT. PERPE. REMOT. Hîc restringit ac præscribit,seu limitat præcedentia:ac si diceret,si modò perpetua aliqua exceptio non intercesserit.Nam perpetuę exceptiones actionem omnino inducunt & perimunt.vt si creditor cum debitore suo conuenerit debitum nunquam se petiturum.

VEL HONORARIO. Id est Prætorio, seu ex edictis prætorum. Quæ autem erant prætorum edicta,videre est in §.prætorum.institut.de iure natu.gent.& ciuili.Cicero in actio.in Verrem scribit edictum prætoris legem annuam fuisse, quæ Calend.Ianuariis incipiebat,ac demum Calend. Ianuariis cessabat. Postmodùm autem hoc edictum ex annuo, factum est perpetuum.

EXTRAORDINARIO. Id est,persecutione, vt superius diximus. Cuiusmodi est satisdatio legatorum: damni infecti,& reliquæ id genus persecutiones, quæ iuris ordinarij via exequi non solent,sed officio iudicis mero & extraordinario.Hodie tamen actione persequuntur.vt l.ij.C. commu.de leg.Intellige igitur Extraordinario iure,quandocunque merum iudicis officium solet implorari. Text.cum gloss.in l.cùm filiusfamiliâs viaticum.Si certum petatur.& capit.inquisitionis.extrà de accus. Not.glos.Capit.quoniam contra.de probationib.Text.cum gloss.in l.j.in verbo extraordinem. de administra.tuto.In summa extraordinem quærere,est disceptatione compendiaria & litis imagine potius quàm lite, rem transigere,seu procedere summariè,& sine strepitu & figura iudicij.

VEL SVB CONDITIONE. Is cui sub conditione debetur κατα-χρησιν, & impropriè creditor dicendus erit. Qui enim sub conditione obligatur,non dicitur propriè obligatus, quandiu pendet conditio : nam tandiu ea pendet obligatio.l.quod si.de condi.indebit.l.decem.de verbo. obligation.Sed distinguendum erit,de certa,an verò de incerta conditione fuerit quæstio. Quòd si certa fuerit conditio, veluti,cùm morieris, spem obligationis ad hæredes transmittimus. Pendente igitur conditione creditor,est in spe creditor.l.is cui.de collatio.bono.Sed hoc quidem impropriè, secundum Alberi.& Dyn.hoc loco.Nam quoniam is cui sub conditione debetur,petere nõ potest, propriè creditor censendus nõ erit. Quæ sententia est Barto.in d.l.j.si certum petat. Quo loco scribit huiuscemodi creditorem non comprehendi in statuto de creditore mentionem faciente.Sic & ab his qui natura sunt debitores,exigi debitum nequit:neque verò si quibus natura debetur, erunt creditorum loco annumerandi,nisi competat illis quoque actio,vt l.Naturales.de actio.& oblig.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quod hoc loco ſentit Barto. Nam ſi debitum ſine obligatione ſit, ex qua quidem oriri poſsit actio & perſecutio, debitum propriè dicendum non erit. Veluti in eo qui ab homine liberaliſsimo munificentiſsimóque beneficium accepit: is non modò de habenda, verùm etiam de referenda gratia tenetur naturali quadam obligatione. Fidei enim conducit in loco debitum retribuere. Illic voluntas propenſa comprobatio: illic memoria animi collaudatur. Quod ſi ea (inquit Cicero) quæ acceperis vtenda, maiore menſura (ſi modò poſsis) iubet reddere Heſiodus. 10

Cicero libr. primo Offi.

λοιδῶ τὸν μέτρον, καὶ λώιον, ἢν τὸ δύνῃσαι.

Quidnam beneficio prouocati, facere debemus? An non imitari agros fertiles, qui multò plus adferunt, quàm acceperunt? hoc tamen debitum exigi ab eo qui beneficium contulit, non poteſt, neque ab eo qui accepit. Quare neutrum, neque creditorem, neque debitorem appellauerimus.

SED ET SI NON MVTVA SIT, &c. Neque verò mutuata pecunia creditores efficiuntur tantùm, ſed & ſi ex contractu debeatur. Vt ſi decem à te ſtipulatus ſim mihi dari Calend. Ianuariis. Præterea & contractu emptionis & venditionis, quo precij ſolutio in diem certum confertur. Hac quidem cauſa Creditores efficiuntur: licétque illis actione legitima hoc tandem debitum perſequi. 11

CAIVS LIB. I. AD EDICTVM PROVIN.

LEX XI.

CReditorum appellatione non tantùm accipiuntur, qui pecuniam credidêre, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debeatur.

SVMMARIVM.

1 Quibus actione ex delicto debetur, creditores ſunt cenſendi.
2 Ex delicto, vt ex contractu naſcitur obligatio naturalis.
3 Qui ex delicto obligatur, non dicitur propriè debitor, nec creditor propriè cui debetur ex delicto.
4 Statuta ſtricti iuris ſunt, & propriè interpretanda.
5 Quod ex delicto debetur propriè rei creditæ appellatione non comprehenditur.
6 Ceſsionatius in ſtatutis nomine creditoris cenſetur, ſi ei ceſſum eſt actione, & obligatione ſimul.

REDITORVM. Quoniam ex propria verbi ſignificatione creditorem dicere ſolemus eum qui pecuniam credidit, ne tamen ſtrictior exactiórve hæc videatur interpretatio iureconſult. Caius hîc ad ſignificationem latius ſe proferentem traduxit: vnde cenſet creditores non eos eſſe tantùm, qui pecuniam alicui crediderunt: ſed quibus ex quacunque debetur cauſa, creditores eos dici oportere contendit. Sed & quibus actione ex delicto debetur, creditores quoque cenſendi erunt. Nam quemadmodum ex contractu mutui, atque emptionis & venditionis naſci ſolet naturalis obligatio, ſic quoque ex delictis. Gloſſ. in §. præterea debitor. inſtitu. de excep. Gloſſ. in l. inde Neratius §. ſi quis hominem. ff. ad legem Aquil. gloſſ. in l. ſi tibi 1 2

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 si tibi.§.quædam.de pactis. Sic qui ex delicto est obligatus,debitor per
2 ἐξοχὴν dicitur. Barto.in l.fina.ad fin.de iniuriis. Gloss.in l.rescriptum.in
verb.Hypothecas.de pactis. Quam quidem gloss.ipse Barto.in hanc rem
3 citat.Sed asserit hoc ex improprio accipiendum.Vnde si statuto de cre-
5 ditoribus aliquid fuerit cautum, seu de debitoribus,creditores debito-
résve ex delictis non comprehenduntur: cùm statuta,quæ stricti sunt iu-
4 ris,secundum veram propriámque & germanam verbi significationem
interpretanda sint: non autem in casu ficto,& improprio.l.j.§.is qui na-
uem.de exercito.act.l.iij.§.hæc verba.de nego.gest. Quippe quod ex deli-
5 cto debetur,propria rei creditæ appellatione non comprehendi Alciatus
scribit in l.j.si certum peta.is enim cui debetur,delinquentis fidem se-
quutus non est:quamuis ex communi loquendi vsu creditorem eum di-
cendum Butrigar.censuerit,in l.creditores.suprà eod.Sed queras forsan,
6 an cessionarius, creditoris appellatione in statuto veniat? Et sanè distin-
guendum erit:scilicet,aut cessa est & actio & obligatio simul,vt l.Si eius:
ad princip.ff.ad Trebellian. Tunc quidem cessionarium complectitur
statutum.Quandoquidem per successionem obligationis creditor effici-
7 tur.In qua sententia est Bal.in l.j.C.de actio.& obligat.Si verò actio tan-
tùm absque obligatione cessa sit,statuto minimè continetur cessionarius.
Idem erit & si cessio facta sit cessionarij gratia tantùm:& agit vtiliter
nomine proprio:non enim statutum sub creditoris rationibus compræ-
hendet:secundum l.aliquando.ff.ad Velleia.

VLPIANVS LIB. VI. AD EDICTVM.

LEX XII.

SI cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo debetur con-
tractu, sed & si ex delicto debeatur,mihi videtur posse credito-
ris loco accipi.Quòd si ex populari causa,ante litis contestationem
rectè dicetur creditoris loco non esse.

Minus soluit qui tardiùs soluit:nam & tempore minus soluit.

SVMMARIVM.

1 Hæc lex exempli gratia videtur scripta.
2 Quicunque fidem alienam secutus,rem suam vtendam credit,Creditor est.
3 In actione populari creditor dicitur post litis contestationem,non ante.
4 Actor popularis etiam post litis contestationem creditor dici non potest,si lex aut magistra-
tus nominatis verbis aliud suadeat.
5 Mulcta iniuriæ factæ nomine dicta, priuato quæri solet.
6 Qui non soluit ad diem,tenebitur ad damna, & interesse.
7 Nihil soluere,& minus soluere idem.
8 Emptor rei non traditæ ad vsuras moræ non tenetur.
9 Emptor pretium rei venditæ,& acceptæ denegans,aut moratus,ad vsuras tenetur.
10 Iniusto pretio,emptor ad vsuras non tenetur,& venditor iniusti pretij inopi emptori suspicio-
ne fœnerationis non vacat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SICVI. Mihi ſanè viſum fuit ſemper hanc legem παραδεγματικῶς ſcriptam ab Vlpiano eſſe: vt ſcilicet aliis demum quàm ſuperioribus exemplis doceret, qui creditores dici deberent. Si cui (inquit) ex empto, vel ex locato, vel ex vllo alio debetur contractu. Hoc mehercule bona ratione dictum videtur. Nam quicunque fidem alienam ſequutus rem ſuam vtendam alteri credit, is cenſebitur creditor: ſicuti ſuperius docuimus. Si quis igitur rei emptæ pretium emptori credit, præſtituta die, emptor ſiquidem efficietur debitor: conſequens erit, vt venditor, per relationem ad aliquid, creditor cenſeatur. Idem etiam de locato dicendum erit.

EX POPVLARI CAVSA. Actionem popularem intendens ante litis conteſtationem creditor minimè dicetur. Nondum enim eius interest, nec res agitur ſua. not. Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de ceſsione actio. ad rub. At verò ſtatim à lite conteſtata, cùm iam res priuati tractari incipiunt, & mulcta ipſi priuato actori addicitur, tunc creditoris ius nonénque obire aſſeremus cum Accurſ. in l. ſi quis id quod. in verb. quingentorum aureorum. de iuriſd. om. iud. l. iij. de ſepul. viol. Bal. in d. l. ſi quis id quod. vbi ſcribit d. glo. eſſe nota. Et hoc verum eſſe fatendũ erit, niſi lex nominatis verbis aliud ſuaderet: vt cũ promiſcuè & indiſtinctè Prætor dimidiam partẽ centũ aureorum ex bonis damnati pollicetur ei: cuius opera diligentiáq; reus peractus ſeu conuictus fuit delatus, ac reliquam mediam partem fiſco: ſicut habetur in l. lege Cornelia. §. ex hoc edicto. verſi palam eſt. ff. ad Syllan. idem ſentit Bar. in d. l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. Eſt text. ſecundum mentem Barto. in l. j. §. j. ſi quis ius dicen. non obtemp. vide eundem Bar. in l. agraria. de termi. mo. Cùm dicimus mulctam ἀδιαφόρως fiſco addici debere, hoc accipiẽdum eſt, ſi ea mulcta reo irrogaretur in gratiam eius qui iniuriam accepit: vt quia reus vim alicui intulit, ſeu fuſte, aut lapide cæciderit, aut damnũ aliquod ipſi priuato attulerit, tunc quæ iniuriæ factæ nomine mulcta dicta fuerit, priuato quæri ſolet. Quæ videtur eſſe mens & opi. Accurſ. hîc: per l. in eũ. & l. quicunq;. de in ius vo.

Limitatio.

SMINVS SOLVIT. Vulgari parœmia ſolet dici, qui citò dat, bis dat. Et à Græcis χάρις βραδὺς ἄχαρις, vel ἡ χάρις ἡ βραδύτερος ἄχαρις χάρις. Quod Auſonius his verſibus eſt imitatus.

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia: namque
Cùm fieri properat gratia, grata magis.

Et iterum idem Auſonius.

Si bene quid facias, facias citò, nam citò factum
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.

Et in Græcis Epigrammat. niſi mea me memoria fefellerit, in hæc verba ſcriptum arbitror.

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκεῖαι· εἰὼ δὲ βραδεῖαι
Πᾶσα χάρις ἡ χάρις. &c.

Qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Qui igitur tardius, quàm oportet, soluit, is minus soluisse dicetur. Callistratus in l. solidum. ff. de solutio. & libera. solidum (inquit) non soluitur non minus quantitate quàm die. Quòd enim stata præstitutáque die & tẽpore minimẽ soluit, tantumdem attulit fraudis suo creditori, cuius maximè interfuit pecunia sibi debita tãdiu caruisse. Qua ratione qui minus tempore soluit, tenebitur dependere æstimationem damni à creditore accepti, & quanti eius interfuit, secundum not. in l. mora. de vsur. Nam qui ex pecuniæ suæ vsu commercióque magnam solet rebus suis accessionem facere, & veluti pecuniam pecunia parere, seu multiplicare, fraudi ac captioni erit hoc illi, quòd debitam sibi pecuniam à debitore nequeat impetrare. not. in l. j. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profe. in l. iij. §. fin. de eo quod cer. loco. est gloss. not. & text. in l. procurator. ff. rem ra. hab. Accursius hoc loco scribit minus soluere idem esse quod nihil soluere: quemadmodum videtur qui minus tribuere, etiã si nihil omnino ab eo tributum sit. l. illud. §. si cuius dolo. de tribut. actio. l. j. §. hæc verba. ff. si cui plus quàm. Barto. in l. si seruus. §. si ita. de lega. j. itaque qui debitum creditori suo minus tempore non exoluerit, is dicetur debitum non soluisse. Sed quorsum hæc? Nempe vt dicamus debitorem qui ad diem non soluit, pendere debere, id quanti creditoris interfuerit pecunia sua tanto tempore caruisse. Quid autem si venditor rem non tradat, sed tradere se paratum profiteatur, emptor verò precij moratur solutionem, tenebitúrne emptor ad vsuras ipsi venditori præstandas? Et non teneri certissimum est: vt. quia res vendita, tradita illi non fuerit, nec ea vti frui licuerit. Atqui quandocunque est iure cautum emptorem rei venditæ precium soluere denegantem, aut moratum, ad vsuras teneri, id quidem accipiendum censent docto. omnes post rem traditam, ac nominatim à die traditionis. l. libertatis. §. j. de vsuris. l. secunda. C. eodem. l. Iulianus. §. offerri. de actione empt. l. euictis. §. post traditam. de euictio. l. curabit. C. de actio. empt. Iam verò qui minus quàm iusto precio rem emit à venditore egeno, atque etiam à diuerso, qui propter emptoris inopiam supra iustum rei precium vendidit, non est sine fœnoris suspitione, sed & arguendus erit ac criminandus. Quod ipsum vide diffusius apud Carolum Molinæum in tractatu de vsuris.

Molinæus de vsuris nume. cccxxij & seq.

IDEM LIB. VII. AD EDICTVM.

LEX XIII.

MVlieris appellatione, & virgo virlpotens continetur. Res abesse videntur, vt Sabinus ait, & Pædius probat, etiam hæ qua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rum corpus manet, forma mutata. Et ideò, si corruptæ redditæ sunt, vel transfiguratæ, videri abesse: quoniam plerunque plus est in manus precio quàm in re. Desinere autem abesse res tunc videtur, cùm sic redit in potestatem, ne amittere possessionem posimus, ob hoc quòd furto pridem subtracta est. Abest & ea res quæ in rebus humanis non est.

SVMMARIVM.

1 Mulier à mollicie dicta, & corruptam fœminam, & virginem grandem complectitur.
2 Virgo pro muliere corrupta vsurpatur.
3 Mulier is appellatione in statutis nupta aut corrupta propriè intelligitur.
4 Forma rei mutata, rem quæ prius fuerat abesse facit.
5 Res legata, à sua forma dissoluta, dissoluta restatoris mentem arguit, nec legatario est exhibenda.
6 Res commodata, & deterior reddita, non reddita censetur.
7 Forma substantialis est, quæ rei ipsi essentiam præstat.
8 Materia & substantia idem.
9 Οὐσιάς, καὶ ὑποστάσεως differentia.
10 Substantia pro patrimonio, vt οὐσία apud Græcos.

1 MVLIERIS. Lactantius Firmianus in libro de opificio Dei, mulierem à mollicie dici existimat. Mulier (inquit) vt Varro interpretatur, à mollicie dicta est, veluti mollier detracta mutátque litera. Quæ etiam opinio fuit M. Varronis in libro de lingua latina: quemadmodum Cicero, virtutem à viro dictam contendit. Mulier à Græcis γυνὴ παρὰ τὸ γῆ, ἢ παρὰ τὸ εἰσαγγεῖν γάμῳ. vnde Plato existimat γυνὴ quasi γονὴ dici, quòd in ea generetur semen & fœtus hominis, mutato æolicè, υ in, ο, vt est in Aetymologico. Qua ratione mulieris appellatione generali, non tantùm corrupta & quæ iam nupsit mulier, intelligitur, sed & etiam virgo annorum duodecim, quo tempore viripotens censetur esse: vt institution. ciuilibus quibus modis tuto. fi. ad princi. si quis igitur legauerit muliebrem vestem non corruptæ mulieris solùm, sed & puellæ: & virginis legatam vestem Vlpianus scribit. l. argumento. §. mulieri. de auro & argento legato. & l. seruis legatis. §. mulieribus. de leg. iij. Terentius in Adelphis virginem pro muliere ἀρχαιότερον dixit Donato teste. Virgo (inquit) est cum matre. Et idem paulò post. actu. iiij. Scæn. vij. Virginem vocauit, quæ etiã cum viro fuit. Illinc (ait) huc transfertur virgo, hîc virginem (vt author est Donatus) pro muliere corrupta posuit: vt apud Virgilium. Ah virgo infœlix, &c. Sic Athenis Erechthæi Regis filias Cicero libro quinto de finibus bonorum & malorum per quandam exochen παρθένους hoc est, virgines appellatas fuisse scribit, quæ pro patriæ salute mortem ferũtur contempsisse. Hæ inquam, virgines Hyacinthides cognominabantur, quæ quidem numero sex fuêre: Protogenia scilicet, Pandora, Procris, Creusa, Orithyia, Chthonia, & quanuis virgines appellatæ sint, non abstinuêre tamen virorum concubitu, Nam fabulantur quidam Iouem ex Apolline & Creusa genitum

Lactan. lib. de opif. dei cap. xij.

Mulieris etymologia & varia significatio.

Actu. iiij. Scæn. v.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nitum. Mineruam etiam antiqui virginis vocabulo significari volebant. Sæpius tamen pro nupta muliere vsurpamus, Cicero in Topicis, vbi de differentia tractat. Eius (inquit) generis hæc sunt, non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore authore soluas: ita quod pupillo aut pupillæ debeas, rectè possis eodem modo soluere. Quippe etiam sexcentis aliis in locis ipse Cicero, ac reliqui probatissimi authores Latinæ linguæ, mulieres pro meretricibus acceperunt. Salustius in Iugurtha. Quum interim (inquit) Hiempsal reperitur occultans se
3 in tugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat. Iam verò in statutis, quæ ad propriam tantùm verbi significationem referri debent, mulieris appellatione, de muliere nupta corruptáque, non de virgine intelligi debet: vt l. scribit Quintus. ad princip. de auro & argento legato. in verb. mulieri non debetur: nisi forsan alicui indiuiduo adiciatur. Vt si testator dixerit, Mulierem Seiam do, lego: quæ quidem Seia sit virgo.

RES ABESSE. Si quis aduersum te ad exhibendum actione experiri conatur, exceptione summouere poteris, quòd scilicet, ea res quam exhiberi à te petit, tibi abest. Nemo enim id quod apud se non est, quódque dolo non desiit habere, exhibere tenebitur. Qua ratione, & si vas eleganti artificis celatum manu & emblemate circumtectum, tandem conflatum sit, & forma in massam mutata, ac veluti in aliud corpus translata, abesse videbitur. Si quis autem eam massam exhibeat, rem ipsam seu vas ipsum minimè
4 exhibuerit. Mutatâ etenim formâ, propè interimi substantiam rei Marcellus scribit. l. Iulianus. §. si quis rem. ad exhibend. Sic quoque res legata abesse censebitur, quæ in sua specie non permanserit, sed vel eius forma perierit, vel mutata sit. Vt cùm Titius scyphos argenteos Seio legauit, posteà verò eosdem in aliam formam mutauit, vel auro ac gemmis circumtextos preciosiores effecit, tunc scyphi illi abesse dicuntur, nec eos
5 præstare legatario tenebitur Titij hæres. Cùm enim in sua specie nõ permanserit quod testamento dabatur, & id quodam modo extinctum sit, videtur etiam dissolutione tali, voluntas testatoris dissoluta permutatáque. l. Seia. de auro & arg. lega. l. item legato. §. penult. de legat. iij. Idem
6 quoque dicas in re commodata, quę deterior reddita sit. Sic nanque propriè non dicetur reddita. l. sed mihi. §. si reddita. ff. commod. & l. j. §. si res. ff. depositi. Quæ igitur res sunt corruptæ vel transfiguratæ, ita vt artificis opera perierit, & destructa sit, & materia sine forma figuráque reddita, eam quidem videri abesse Vlpianus hîc censet: quoniam (inquit) plerunq; plus est in manus precio, quàm in re: id est, sępe fit vt artificis opus, materiam ipsam precio longè superet: sicut de Regia Solis, Ouidius libro secundo Metamorphoseon, dicit his verbis:

Exemplũ in actio. ad exhibend.

In legato.

In commodato.

Interpretatio huius legis.

Reg

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammásque imitante Pyropo.
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat.
Argenti bifores radiabant lumine valuæ:
Materiam superabat opus. Nam Mulciber illic
Aequora celarat medias cingentia terras.

Optima siquidem ratione hîc censet Vlpianus videri eam rem abesse, cuius forma corrupta vel mutata sit, quòd plerunque plus sit in manus & artificij precio positum, quàm in re, id est materia, ex qua forma & figura, artificis manu celata fabricatáque est. Nam hoc loco, Manum, pro arte, artificióve artificis posuit Vlpianus: idque μετωνυμικῶς: vt cùm pro regno, sceptrum dicimus: signum, pro signato: Cererem, pro pane: togam, pro pace. Hic est Agnus Dei, id est, victima. Quæ sanè potiùs ἀλληγορία est. Vt cùm Iurisconsultus gladium dixit pro iure animaduertendi in facinorosos homines. Quod in Commentariis nostris ad consuetudines Turonenses sumus aliquando persequuti. Sic & in sacris literis manus Dei Patris Filius eius accipitur, eò quòd per ipsum omnia facta sunt. Aliter verò (ait beatus Hieronymus in tractatu de essentia Trinitatis) potestas Dei intelligitur. De qua quidem potestate est apud Hieremiam scriptum his verbis: Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israël. Propterea ἐξ λόγῳ nec sine ratione hîc Vlpianus, manum, pro artificis & operarij ipsius artificio vsurpasse videtur per μετωνυμίαν aut ἀλληγορίαν, quoniam manuum ipsarum ministerio perficiuntur opera omnia ingenio quantumlibet arguto excogitata atque adinuenta. Rectè igitur commentatus est, qui rationis ac sapientiæ ministras manus appellauit. Quid enim manus non efficiant, vt est in Græco prouerbio? τί δῆτα χεῖρες ἐκ ἂν ἐργασαίατο? Vnde fit vt Chirurgia non modò eam medicinæ partem, quæ manuum operationem respicit, significet, sed & reliquarum omnium artium tractationem. Quapropter apud Anaxandriden (vt author est Athenæus) χειροέργαν καλὰ χειρουργία dicitur. Manus quæ à Græcis χὴρ, ἐπιλυκῶς ἐτυμολογεῖται παρὰ τὸ ἕδεσθαι χεῖσθαι, ὅ ἐστι χωρεῖσθαι, ὅ διὰ χέρ. apud Etymolog. authorem. dicitur παρὰ τὸ ἔχειν τὸ κράτος, propterea quòd ipsa manu faciliùs & capiamus, & teneamus. Sed nostri à manando manus dictas volunt: ideò quòd à brachiis manare videantur, vel quòd ex his manent digiti. Sed magis propria videtur Græcorum & significatio & etymologia: quoniam eas manus natura corpori humano effinxit ac coaptauit, quibus ad capiendum, tenendúmque vteremur. Vnde apud nos manus aliquando & μεταφορικῶς vsurpantur pro harpagonibus ferreis, quibus cõmittuntur & retinentur naues, vbi vtrinque conflígendum est. Cæsar lib. j. Comment. de bel. ciuili. Erat (inquit) multò inferior numero nauium Brutus, sed electos ex omnibus legionibus fortissimos viros, Antesig

Manus Dei quid apud Theologos.

Hier. xviij.

Galen. lib. j. de vsu par. & Lact. an. de Opificio Dei. c. x.

Chirurgia quid.

Manum etymologia tum à Græcis tũ à Latinis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

« tesignanos, Centuriones, Cæsar ei clasi attribuerat, qui sibi id mu-
« neris depoposcerant: hi manus ferreas atque harpagones parauerant,
« magnóque numero pilorum, tragularum, reliquorúmque telorum se
« instruxerant. Multas quoque alias significationes manus habet, quas
« Grammaticis discutiendas nunc relinquimus. Sufficiet enim eam, quæ
ad rem pertinet, significationem tractare. Non abs re igitur Vlpianus hîc contendit eam rem abesse videri, cuius corpus manet, formâ
7 mutatâ: formâ inquam vel substantiali, vel materiali. Substantialis enim forma est quæ rei ipsi essentiam præstat, háncque perficit. dicta l. Iulianus.§.si quis rem.ad exhibendum. Dicitur autem forma substantialis mutari, quandocunque immutatur formę ipsius substantia: veluti si ex calce & arena cęmentum fiat: aut ex vino & melle, mulsum, & melicraton: aut ex auro & argento, electrum: id est (vt Plinius libro xxxiij. ait) vbicunque quinta argenti portio est. Quo quidem electro, ære, auro, argento, & ebore Menelai Regiam vt Iouis intus olympij aulam fulgere tradit Homerus libro Odiss. quarto.

Forma duplex.

Plinius lib. xxxiij. cap. iiij.

Electrum quid, et quãta sit eius auctoritas.

Φράζω νεηνιέα τῷ μὲν κεκρεισμένα θυμῷ
Χαλκοῦ τε ἠλεκτροῦ τε καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος
Χρυσοῦ τ' ἠλεκτροῦ, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος
Ζεύς ὡ τοῦ δὴ γ' ἄλλοσε ἐνὶ δῶμα ἔοικε.

Qua quidem ratione liquet lapsum Accursium in §.sed si diuersæ. Institut. de rerum diuis. quo loco arbitratus est electrum esse genus vasis: perperam quoque intellexisse. l. pediculis.§. Neratius. de auro & argento lega. De forma triplici aliquid diximus in nostris Aphorismis Iurisprud. Ego sanè conuenire nequeo cum his qui existimant formam substantia-
8 lem & materialem diuersa esse. Nihil est enim aliud materia, quàm ipsius rei substantia, ex qua forma fit. Vt lapides, ligna, calx, arena: materia ex qua domus fabricatur. Aurum, argentum, materia ex qua vas, aut statua informatione efficitur. Est autem ipsa materia, substantia formæ, id est ex qua forma ipsa subsistit. Nisi substantiam pro ipsa natura & rerum principiis forsitan accipias: vt M. Cicero, qui (vt testis est D. Budæus) nunquam substantię verbum vsurpauit: sed pro eo, naturam dixit. Eam Græci modò ὑπόστασιν modò οὐσίαν vocant: aliquando tamen vtrunque
9 pro eodem accipiunt: vt substantia, & essentia apud Latinos. Horum autem duorum verborum differentiam tradit Damascenus post Basilium, dicens aliud esse οὐσίαν, aliud item ὑπόστασιν. οὐσία μὲν, τὸ κοινὸν, καὶ περιεκτικὸν ἑαυτῷ τῶν ὑποστάσεων συμβόνος. οἷον θεὸς, ἄνθρωπος. ἡ δὲ ὑπόστασις ἤτοι μερικὴ οὐσία: οἷον κατέρα, ὑῖὸν, πνεῦμα ἅγιον, πάτερα, παῖδα. οὐσία (inquit) speciem ac formam significat, quæ hypostaseis seu personas forma similes vnà comprehendit: vt Deus, homo. ὑπόστασις autem indiuiduum: vt Pater, Filius, Spiritussanctus. Nam Theologi in diuinitate vnam substantiam naturámque ponunt, & treis hypostaseis. Quo loco hypostaseis personas indiuiduas intelligunt, Græci quoque οὐσίαν, quemadmodum & nos aliquando substantiam, pro pa-

Accursius reprehẽsus.

De materia vide infrà l. tigni appel.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

patrimonio vsurpant. Vt apud D. Lucam in Euangelio cap.xv. ὥστε, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. Pater, da mihi eam substantiæ seu patrimonij partē quæ mihi obuenit. Et paulò pòst, οἱ δὲ διαπορηθεῖς τὴν οὐσίαν αὐτῶν ζῶν ἀσώτως. Sic demosthe. in Ora. aduersus Leocharem. ἐπιγενομένων καὶ ἐμπεσόντων τῇ τῶν ἀρχαίων οὐσίᾳ. id est, ex patrimonio Archiadæ alimenta fructúsq; percipientes perpetuos. Iam verò substantiam hoc loco accipio, pro eo scilicet quod à Græcis ὕλη dicitur, id est materia, ex qua, substantiæ ratio, seu forma constat. Quandocunque igitur vas aureum, vel argenteum, excellenti arte fabrefactũ, sursum fuerit & in massam redactum, quoniam forma, id est preciosa illa ars cælaturæ aut emblematis corrupta est, fuso illo ære preciosfo, dicitur ea res abesse. Quandoquidem vasis materia, id est argenti auríq; substantia ex qua forma, videlicet cælatura & emblemata vasis informata sunt, confusa, necesse fuit formam corrumpi: vt quæ antea vas aureum vel argenteum diceretur, cõfusa quidem, rudis massa & materia iterum appellanda sit. Idem quoque si mutabitur forma: veluti si ex vase aureo, Herculis gallici aut Diui alicuius statua cõflata cælatáue sit. Tunc etiam res, id est, vas ipsum aureum dicetur abesse: vt quia transfiguratum sit, & in aliam formam mutatum. Etenim quamuis eadẽ sit materia seu massa aurea ex qua quidem vas antea factum, postea verò in statuam herculeã conflatum, nihilominus tamen vas aureum exhiberi non poterit. Et sic abesse censebitur. Quoniam plus est in manus precio, quàm in re, id est, plus precij in arte quàm in ære. Precia nanque rerum huiuscemodi, non ex materia, sed ex precio artis statuebantur olim, vt tradit Budæus libro secundo de asse. inde illud Plinij dictum, libr. xxxiiij. Quondam (*inquit*) æs confusè auro argentóq; miscebatur: & tamen ars preciosior erat. Per multa quidem, atque ea elegantissima in hanc rem scribit Francis. Connanus libro tertio Commẽ. iur. ciuilis: vbi tractat, quomodo res accessione quærantur.

Conanus li. iij. cap. vj.

SVMMARIVM.

1 Res abesse desinit cum in domini sui potestatem rediit, condictione furti sublata.
2 Desinere esse est priuari habitu aut cessare incepto.
3 Absens extra territorij fines programmate publico citandus.
4 Abesse est ex humanis decessisse.

DESINARE AVTEM ABESSE. Postquàm Vlpianus iurecõs. dixit de his rebus quæ abesse ita videantur, vt quis eas non tueatur exhibere, sequente paragrah. dicit quando eæ res[1] abesse desinant. Abesse autem desinũt ac cessant ædem res, cùm in Domini sui potestatem sic è furto redierint, vt earundem possessionem Dominus iam nõ posit amittere: & sublato in totum furti vitio, furtiua quoq; condictio inde tollatur. Si enim rem mihi furto subreptã, cùm meam esse ignorarem, emam, reuersa ad me nõ censebitur. l. sequitur. §. tunc in potestatem. de vsucap. Sed & si furtiua res ad dominum rediit, atq; iterũ illi surripiatur, alia furti actio iterum competit. l. inter omneis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

omneis.§.fi.de fur.Neque etiam videtur furtiua res,aut vi possessa, in domi-
ni sui possessionem reuersa,quæ ad dominum ignorantem redierit.l.si
ad dominum.eo.tit.de furt.quod sequenti capite tractatum est. At vt ni-
2 hil omittamus: Desinere verbum significat eius rei,quam habuimus,pri-
uationem,aut eius,quod incœpimus,negotij cessationem: éstque quod so
lemus dicere,priuatio præsupponit habitum. Desiisse enim non videtur
(inquit Paulus in l.Titio vsufructus.de condit.& demonstrat.) quod nec
incœpit.Hoc Græci κατελιψ. Vt πλοῖν κατελιμμα nauigare desij,apud Demosth.
Idem quoque significat quod πάυομαι. vt πάυομαι τ ἀσχολίας ἐαυτῶν, cesso ab hoc
negotio, & quiesco : id est, hoc desino negocium. Virgilius libro quar-
to Aeneidos.

Desine méque tuis incendere,téque querelis.



3 ABEST. Verbum, abesse, vna atque altera significa-
tione,& pro re nata accipi solet. Nam qui extrà territorij
fines agit, is abesse dicitur : éstque programmate publico ci-
tandus,vt quia sit ἄπαυτος.l.dies cautioni.§.prætor ait. versic. ab-
4 esse.de damno infec. Sic cui aliquid humanitùs contigit, & in rebus hu-
manis non est,id est,qui è vita decessit,abesse dicetur propria verbi signi-
ficatione,vt est tex.& glos.in cap.susceptum.de rescript.lib.vj.not.glos.in
cap.si delegatus.in verb.abesse.de offic.delega.eod.lib.vj.De hac re latiùs
posthac disseremus.

PAVLVS LIB. VIII. AD EDICTVM.
LEX XIIII.

LAbeo & Sabinus existimant,si vestimentum scissum reddatur,
vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi,aut tabula,ra-
sa pictura, videri rem abesse:quoniam earum rerum precium,non
in substantia, sed in arte sit positum. Item si dominus rem, quæ
sibi furto aberat,ignorans emerit, rectè dicitur res abesse,etsi post-
eà id ita esse scierit.Quia res ei abesse videtur,cui precium abest.
Rem amisisse videtur,qui aduersus nullum,eius persequendi actio-
nem habet.

SVMMARIVM.

1 In his quæ manente materia,sed vitiata forma,deteriora redduntur,res abesse dicitur.
2 Vestimenti appellatio generalis est.
3 Res vendita,dein emptori euicta,ipsi abesse censetur,in contractibus bonæ fidei,stricti iuris,de dolo,& ad id quod interest.
4 Commodati actio est cùm res repetitur eadem. Sin verò pondus rei,& qualitatis valor,actio est præscriptis verbis.
5 Commodatum dicitur translato quantumuis dominio, si modò ita pactum sit, vt eadem species redderetur.
6 Res furtiua ignorantes à domino empta abesse dicitur,& furti alligata est.
7 Furtiua res à domino redempta ignorante, etiam si posteà resciuerit, abesse tamen non desinit, quia illi precium abest.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

8 Precium rei pro re habetur, vnde exolutum pro re furtiua redempta precium furti conditionem, & vendicationem habet.
9 Precium rei in particularibus loco rei non succedit.
10 Pecunia ex pretio rei furtiuæ redacta furtiua non est.
11 In iuribus vniuersalibus precium succedit loco rei.
12 Dos est ius vniuersale.
13 Res furtiua à domino inscienti empta non videtur abesse, cùm precium repetere potest.

Sup. l. prax. §. res abesse.

IABEO, & Sabinus. Superiori capite Vlpianus dixerat res corruptas vel transfiguratas videri abesse, quoniam plerunq; plus sit in manus precio, quàm in re: hîc autem Paulus eandem ferè sententiã perfequitur. Scilicet, si quis vestimẽtum, aut scyphos apud aliquem deposuerit, aut commodato tradiderit, posteà verò idem vestimentum tritum lacerúmve, ac discissum, atque etiam ipsos scyphos collisos seu attritos (quemadmodum scyphi Homerici à Nerone, cùm iam penitus deploratam vitam suam conspiceret) similiter & tabulam rasã picturã & expunctã, receperit à depositario, seu commodatario, ea omnia videri illi abesse: maximè si rerum earum opus & artificium, substantiam, id est materiam operis, precij dignitate longè superet. Propterea non liberabitur depositarius, aut commodatarius. 1

Sueton. in Nerone ca. xlvij.

VESTIMENTVM. Vestimenti appellatio generalis est: nam & virilem & muliebrem vestem vna significatione complectitur: sed togam quoque, ac tunicam, cæterásque vestimentorum species & figuras continet. Quod ex Plutarcho in Tiberio Baïsius eleganter annotauit. Cæterùm, in actionibus bonæ fidei, contractibus stricti iuris, de dolo, quando ad id quod interest agitur, hæc lex habet locum. Nam si res vendita posteà euincatur emptori, ea dicetur illi abesse. 2 3

SCYPHI COLLISI. Scyphum Græci σκύφον & βοῦπρον teste Athenæo lib. xj. & apud Hesiodum: quo fit vt scribant Latinorum aliqui, scyphum. Est autem scyphus, vas potorium, quo veteres tum in sacrificiis, tum etiam in conuiuiis solebant vti. Hoc ipsum Herculi propriè attributum, sicut Baccho cantharus. Propterea Bœotij scypbi, qui & Heracleotici dicuntur, mirum in modum laudati sunt, quòd his primus in expeditionibus Hercules sit vsus. Auorum scyphos modò Archetypa Martialis, modò etiam numismata appellat. Plutarchus in Antonio, in ipso statim principio βοῦπρον pro eo vase, quod nostrate lingua Basinũ appellamus, accepisse videtur, sicuti testatur Baïsius. τὸ μὲν βοῦπρον ἐδίωκε βοῦ φύλον χρύσου κελεύστ, &c. At verò quod Latini peluim, hoc Græci πέλλιον καὶ πέλλικα dicunt: sic vt Latina dictio, à Græca, tanquam à matre, aut ab ipso fonte scaturiisse videatur. Notat Iulius Pollux, πέλλιον in tragœdiis, pro eo vase, in quo abluuntur pedes, poni. Scyphus, & scyphũ vtroq; genere masculino scilicet, & neutro, accipitur. Scyphium etiã apud Stesichorum inuenisse se testatur Cælius lect. antiq. lib. xxvij. quo loco scribit, scyphos quasi scythos, à Scythis, quibus ebrietas nimio plus frequens est, dici. Vnde scythissare, inebriari est. Qui igitur vel deposito, vel cõmodato acceperit argenteos scyphos affabrè

Scyphus quid.
Scyphi Heracleotici.
Peluis.
Scyphium. Cælius lect. libr. xxvij. cap. xxvij.
Scythissare quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

brè celatos,quales fuêre duo hi,in quibus Orestis iudicium,& Areopagitas Zopyrus celauit,qui & pondo duodecim æstimati sunt,Plinio secundo authore lib.xxxiij.natur.histor.aut quos Mentoris artificis manu sculptos & fabrefactos L. Crassus Orator, sestertiis centum emptos habuit, ac tum demum eosdem collisos, id est attritos, & concussos (non autem rasos,vt hallucinatus est Accursius) restituit,minus restituisse censebitur: nimirum,cùm artificij operísve precium,decuplo materiam argenti excedat:idcirco tunc abesse censentur.Idem quoq; erit dicendum de tabula, ab Apelle aliquo, seu Protogene elegãter depicta.In qua catagrapha, & variæ corporum imagines mirè exprimantur: veluti ea quæ Rhodi Plinij temporibus erat:in qua Zeuxis Meleagrum,Herculem,Persea pinxit, quæ ter fulmine ambusta,obliterata tamen nõ fuit.Si ea tabula,rasâ quidem picturâ, id est antiquatâ & expunctâ reddatur, abesse nihilominus domino suo videbitur.Sed qua demum actione experiaris ad rem tuam?

Plinius lib xxxiij.cap. xij.

Plin.natur. histor. libro xxxv.ca.x.

4 Sanè (ait Pomponius in l.fi.ff.de præscript. verb.) Si tibi scyphos dedero vt eosdem mihi redderes,commodati actio est, si vt pondus argenti redderes quantum in illis esset tantundem ponderis,petitio est per actionem præscriptis verbis tam boni argenti quàm scyphi illi fuerunt.Sed si vt vel hos scyphos,vel vt eiusdem ponderis argentum dares,conuenit,itidem dicendum est,vt scilicet præscriptis verbis actio intẽdatur.Glos.in d.l. fi. Et
5 And.Alc.lib.ij.Parad.c.xix. Quo loco tradit commodatum dici trãslato quantũuis dominio,si modò ita pactum sit,vt eadem species redderetur.

ITEM SI DOMINVS. Hîc prosequitur Paulus Iuresc.quãdo dicatur res abesse.Si (inquit) dominus rem suã, quam,propterea quòd furto surrepta illi fuerat,habere desierat,emit,nesciens tamen eã ipsam rem
6 ad se pertinere,iure dicetur ea res abesse, propter exolutum à se preciũ. In ea enim adhuc residet furti vitium:nec etiam furtiua condictio sublata est,qua precium rei posit iure quodam modo suo repetere.l. seruum. de cond.indeb.l.suæ rei.de contrah.empt.vbi gl.in ver.ignorans. Et ratio est:quia nulla obligatio fuit.Sed hoc Bar.in l.si aliquam rem.de acq.pos. præscribit seu limitat,si rei dominium & proprietas,non si possessio tantùm ematur.Quo loco ipse Bart.multa scribit in quæst.An dominus rem suam sciens emerit,dominium,possessionémque perdat. Item quoque si conducat.Tum demum qualiter dignosci posit, qualiter ignorem rem meam me possidere,illuc confuge,ac planè legito.

ET SI POSTEA. Quòd si postmodum rem suam emisse resciuerit,nihilominus tamen res ipsa abesse illi non magis desinet. Preciũ enim
7 quod pro emptione soluit,illi abest.Et qua actione poterat rem suã consequi,siue à fure condicere, seu vẽdicare, eadem,rei precium à se per erro-
8 rem solutũ repetet.Precium enim loco rei esse censetur.Quod quidem
9 axioma speciale hoc loco esse debet. Nam aliâs regulariter in particularibus precium non succedit loco rei:scilicet in actione singulari,quę non oritur ex contractu,vt in rei vendicatione,deposito,& similibus.Not.in l.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mater.C.de rei vendi.Species facti notanda in l.j.§.fi. & in l.seq. ff.depos. Not.Bar.& Doct.in l.si cùm seruum.si cer.pet.l.venditor. de hær. vel act. vend.l.si quis vxori.§.si Titius.& l.qui vas.§.fi.de furt. vbi pecunia ex pre- 10
cio rei furtiuæ redacta furtiua non est: nec qui rem alienam vendiderit, preciúmq; ab emptore receperit,nummorum furtum fecisse censendum Vlpianus asseriit.Regulariter autem in iuribus vniuersalibus, qualia sunt, 11
hæreditatis petitio, & restitutio, quod metus causa: repetitio dotis (est 12
enim dos ius vniuersale secundum Bar.in l.si cùm dotem. §.fin.ad finem. solu.mat.) in legato,peculio,& grege,precium succedit loco rei.l.Imperator.§.fi.de leg.ij.& l.seq.l.si grege.& l.grege.de leg.j.

CVI PRECIVM ABEST. His verbis Paulus explicat ἀπαλλοτριῶσις, quod superiùs dixerat,rem abesse suo domino, qui ignorás eam emerat: propterea quòd precium rei illi quoq; abest. Nam cui (inquit) precium abest, res ipsa etiam abesse videtur. Quod quidem intelligendum erit,si nulla illi ad ipsum precium repetendum iam competat actio.Cùm enim 13
libera sit paténs que illi ad precium rei emptæ repetendum via, res non videtur abesse.Quandoquidem illa ipsa re nõ caret:quinimò illam apud se habet, vt quæ à venditore tradita illi fuerit. At verò cùm ea venditio minimè valeat, ob ídque venditor acceptum precium restituere teneatur,fit sanè vt res ipsa abesse illi minimè censeatur.

SVMMARIVM.

1 Amittere est suum perdere inscio & nolenti animo.
2 Nemo amisit quod non habuit.
3 Desiisse non videtur,quod nunquam cœptum fuit.
4 Amissum censetur quod in rerum natura desiit esse.
5 Exemplum callidi tergiuersatoris.
6 Deturbatus vi de possessione eam non amittit.
7 Cogendus debitor,qui actioni cedit.
8 Transcriptio iuretas est creditoribus aduersus turbatorem possessionis experiri.

Amittere quid,et quã varie significet.



REM AMISISSE. Verbum, amittere, præterquàm quòd longè à se mittere & dimittere, atq; auferre significat, propria quidem significatione pro eo accipitur quod Græci dicunt ἀποβάλλειν. Est autem ἀποβάλλειν perdere aliquid inuito & repugnanti animo. Nam aliquando lubens perdere dicor: vt cùm respuo seu reiicio aliquid, floccifacio & despicor: quod quidem ἀποβάλλομαι significat Budæo teste in Comment.ling.Græ.Lucianus de Philosophis mentionem facens, Εὔμοιρα γὰρ τοῦς ἀποβαλλομένοις τοῦ δόξαν, ἀοῖς ἴνικα πάντα πωιοῦντας: qui floccifacere se gloriã atq; à se summouere dictitabant. Quod 1
ergo amitto,inuitus perdere dicor, siue id ipsum furto ablatũ mihi fuerit, seu elapsum à me nesciente, & incauto: sed propria & germana si-
Amittere quid. gnificatione,quod meum,mihíq; propriũ sit.Nam quod meum nec est, 2
nec fuit vnquam,quódq; non habui, non videbor amisisse.l.non videtur. de reg.iur.infrá.Facit in argumen.l.Titio vsusfructus.de conditio.& demonstration. Quo loco scribit Paulus id desiisse non videri, quod nun- 3
quam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quam cœptum fuerat. Quandoque tamen amisisse videmur, quod nostrum non fuit vnquam. vt l. si sic constituta. Quemadmodum ser. amit. & xvij. distinct. capi. concilia. & xiij. distinctio. capi. quorundam. quibus locis gloss. idem notat. & l. j. §. vsque adeò. quibus modis vsufr. amit. sed multùm interest amittamus quod non habemus, an verò qualiter id non habemus. In summa, id amissum deperditúmque esse censetur, quod in
4 rerum natura desiit esse. l. deperditum. de petitio. hæredi. Sed cui ad rem consequendam competit actio, rem ipsam videtur habere: itaque non eã amisisse, vulga. regu. iuris. Vnde ego aliquando ad propositam quæstionẽ respondi. Debitor quidam ita erat in ære alieno, vt cuperet eiurare, si quisquam recepisset. Is capite & fortunis cauerat: animámque stygiis nexibus pigneratam orco etiam deuouerat. Obuenit interea à maioribus hæreditas: quam ne inuaderet dura creditorum turba, abnuit, iúsq; eius cernendæ eiurauit. Vocatus tandem in iudicium à creditoribus debitor ἀναγραφέως & tergiuersabundus, controuerso hominem ingenio sibi apponit, & in forensi palestra litigatorem exercitatissimum, qui cùm societatem iniuit ad litis ludibriũ, & creditorũ iudicio circunueniendorũ gratiâ. Lite demum cum creditoribus constituta, excipit debitor vi se de possessione hæreditatis deiectum: nec iam se pro hærede possidere. Itaq; maluisse hæreditate auita omnino carere atque abstinere, quàm cum homine litium alumno conflictari. Creditores autem qui debitorem suum appellarant, vehementer extimescentes hanc συκοφαντίαν & præuaricationem, seu collusionem, quam tamen comprobare & manifestam facere illis integrum non esset, de hac re me interrogauerũt. Ego verò ad ea quę proponerentur respondi, hac præuaricatione valere quidem iussa, libe-
6 rum esse illis in hæreditatem agere. Quamuis enim deturbatum se de possessione auitæ hæreditatis contenderet ipse debitor, non eam proinde amisisse, vt qui actionem ad rem & hæreditatem ipsam haberet, d. l. qui actionem habet. de reg. iur. & l. quòd si in diem. §. Iulianus scribit. de peti. hæred: Specu. titu. de interroga. quæ fiunt ante lit. contesta. §. nunc de interrogationis effectu. versicu. sed ecce reus. Bald. & Angel. in d. §. Iulianus scribit. l. scribit. ad princip. de auro & argento lega. Qua de causa,
7 cogendum esse ipsum debitorem qui actionibus cedat. Quo
8 quidem transcriptitio iure sas sit ipsis creditoribus aduersus turbatorem experiri, seu interdicto vnde vi, aut iusta quauis, alia actione, d. §. Iulianus scribit. & ibidem Bald. & Ange. sic consultum volunt esse creditoribus. Quod est notatu dignissimum.

Amittimusquod nõ habuimus.

Quæstio notãda & quotidie practicata.

Bona cautela Baldi & Ang.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX XV.

BOna ciuitatis abusiuè publica dicta sunt. Sola enim ea publica dicta sunt, quæ populi Romani sunt.

SVMMARIVM.

1 Ius publicum ad populum Romanum propriè spectat.
2 Delicti in communi loco admissi cognitio spectat ad vicinioris loci iudicem.
3 Si æquis distent spatiis, præoccupationi locus est.
4 Iudicandi potestas penes pop.Ro.fuit.
5 Publica iudicia sunt, quibus id quod fisco, vel reip.debetur, persequimur accusationis via.
6 Exempla legum ad publica iudicia pertinentium.
7 Quæ publicorum iudiciorum legibus coërcentur, publica crimina dicuntur, quæ δημόσια τὰ δίκαια μέρη vocantur.
8 Publica bona propriè sunt ciuitatis Romanæ.
9 Reipublicæ nomen ad ciuitatem, imperiúmque Romanum pertinet.
10 Abusio est vsurpatio nominis alieni.
11 Abusio est vbi nomen defuit, translatio vbi aliud fuit.
12 Bona ciuitatis abusiuè publica dicuntur.
13 Debitores naturales καὶ χρεωστῶν debitores intelligi possunt.
14 Iuuenis est qui xxv. annos excedit, adolescens qui accedit.
15 Iuuenis appellatione adolescens etiam continetur.

BONA CIVITATIS. Florescente Romanorum repub. cúmq; ea totius orbis teneret imperium, sola vrbs Roma quæ (vt cœlestibus visum fuit) totius orbis terrarum caput erat, teste Liuio, reipublicæ dignitate atque authoritate censeri poterat. Itaque cæteræ orbis ciuitates ac vrbeis priuatorum loco haberi. Potestas autem in populo Romano erat: authoritas in senatu. Cũ ergo ius Romani Imperij penes populum esset, vt est in l.j.de manda. princip. fas quoque erat illi πολιτικῶς & rempub. regere. Hoc ius igitur, publicum appellabatur, quòd scilicet ad statum reipub. Romanæ spectaret: quasi populicum, & ad populum pertinens. Consistit autem in magistratibus & sacris sacerdotibus. Theophilus in §. flumina. institu. de re. diuisio. flumina omnia & portus publica, id est populi Romani interpretatur. πόλεμοι δὲ (inquit) πόλις, καὶ λιμένες, πανδηλοῦσι ἐστι, τῆς ἕξεις, ἢ δίκαιον ἢ ῥωμαϊκῆς, Iam verò, quod Celsus iureconsultus, littora in quæ popu. Romanus Imperium habet, populi Roma. esse arbitratur. l. littora. ff. ne quid in loco publi. ad iurisdictionis potestatem cum Accursio referri debere censeo: scilicet, vt popu. Ro. de his, quæ in suo littore geruntur & fiunt, iure quodammodo suo, & pro Imperij dignitate cognoscat. Nam si de contractu, aut delicto aliquo in littore quod duabus ciuitatibus commune sit, admisso, quæstio sit, vicinioris loci iudicem de ea re cognoscere par erit. Quod si æquis inter se distent spatiis, præoccupationi locum esse, Aretinus, in §. & quidem. institution. de rerum diuisio. contendit. Iudicandi autem potestatem populum Romanum habuisse testatur Cicero multis in locis. Nõ enim (ait ipse in Oratione pro Cn. Planco) comitiis iudicat

T. Liuius li. j. decas. j. & iij.

Hoc est notandum. Iudicãdi potestas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

« dicat ſemper populus,ſed mouetur plerũq; gratia:cedit precibus,facit eos
« à quibus eſt maximè ambitus:denique,ſi iudicat, non delectu aliquo aut
« ſapientia ducitur ad iudicandum: ſed impetu nonnunquam,& quadam
« etiam temeritate.Non eſt enim conſilium in vulgo,non ratio, non diſcri-
« men,non diligentia:ſempérque ſapientes ea quæ populus ſeciſſet ferenda
« non ſemper laudanda duxerunt.Vnde & publicam cauſſam dixit-Liuius,
quæ apud Po.Rom.agitari ſolita eſſet de rebus imperij : & agrum publi-
cum populi Rom.eſſe,vocatæ Tribus ad Scaptij orationem iudicauerũt.
Sic publica iudicia dicimus,quibus id quod vel fiſco,vel Reipu. debetur,
5 perſequimur accuſationis via:ſed ea tantùm delicta quæ ex legibus pu-
blicorum iudiciorum deſcendunt , cuiuſmodi ſunt,Lex Iulia maieſtatis,
Iulia de adulteriis:de qua Iuuenalis his verbis:

6 *- Vbi nunc lex Iulia , dormis ?*

Lex Cornelia,de ſicariis,& veneficis:Pompeia,de parricidis:Iulia pecu
latus:Cornelia de teſtamentis: Iulia de vi publica:Iulia de vi priuata:Iu-
lia ambitus:Iulia repetundarum:Iulia de annona. Quæ omnia annume-
rantur in l.j.ff.de pub.iudic.Ex horum quidem publicorum iudiciorum
admiſsis,non aliâs aduerſus hæredes tranſeunt pœnæ bonorũ ademptio-
nis,quàm ſi primùm lis fuerit conteſtata:ac poſtmodùm ſequuta condẽ-
natio.l.Ex iudiciorum.ff.de accuſ.Cætera autem delicta priuata ſunt : &
actione,non etiam accuſatione perſequi ſolent.Ea quoque publica crimi
7 na dicuntur,quæ his publicorum iudiciorum legibus coërceri ſolent,quę
Græci τὰ δημόσια ἀδικήματα vocant.Hæc publica iudicia apud conſilium agi-
tabãtur,quos quidem iudices prætor ſortiebatur,ſubſortiebatúrque:qui
peculiari nomine iudicis appellabantur,in decurias diſtributi : quorum
iudicium antiqui forum nuncupabant.Quod Budæus annotauit.Eodem
modo & Cicero xj.Philip.bona Reipub.authoritate capta , dicit publicè
poſſeſſa:quod nos hodie in manu Regia poſita dicimus. Publicos equos
appellabant(vt eſt apud AmianumMarcellinũ,&Procopium libr.ij belli
Perſici) Veredos:aliâs æris nõ multi:quales ſunt quos noſtri hoc tempore,
Poſtas & equos poſtæ vocant. Vnde & Curſus publicus aut fiſcalis dictus,
cùm ab Imperatoribus certis locis & manſionibus equi præceleres deſti-
nabantur:quibus non vtebantur, niſi facultate impetrata,quam vocant,
tractatoriam.Et publica pœnitentia : quæ cum hodie paſsim exoleuerit,
tamen Saxones in vrbe Alberſtadienſi,eius imaginem etiamnum ſeruare
teſtatur Alciatus lib.ix.Parergon.cuius etiam meminit Gratianus,cap.in
cap.l.diſtinct. Itaque (vt ad rem redeamus) cùm publicum ius,cenſeatur
8 ius ciuitatis & Imperij Romani,conſequens erit vt dicamus,bona ciuita-
tis Rom.propriè κατ' ἐξοχὴν publica:cæterarum verò ciuitatum abuſiuè,
9 publica eſſe:ſolâque ea publica appellanda,quæ ad rem publicam impe-
riũmque Roman.ſpectant.Nam Reipublicæ nomen ad ciuitatem impe-
riũmque Romanum (ſicuti diximus)pertinet.gloſſ.in l.ſed & ſi per Præ-
torem.§.item inquit Prætor.in verb.non abſit.ff.ex quib.cauſ.maio.

T. Liuius lib.iij. Dec. ad finem.

Iudices.

Forum.

Equi publici.

Ponere in manum Regiam.

Veredi.

Curſus publicus.

Publica pœnitentia.

Alcia.libr. ix. parerg. cap.xxij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ABVSIVE. Abusio quæ à Græcis κατάχρησις, est (Donato teste) vsur 10
patio nominis alieni: vt cùm dicimus eum qui fratrem interfecit, parricidam: & piscinam, quæ tamen careat piscibus. Cicero libro quarto Rhe
to. ad Heren. Abusionem dicit esse quæ verbo simili & propinquo, pro
certo & proprio abutitur, hoc modo vires homines breues sunt aut parua
statuta: aut longum in homine consilium: aut oratio magna: aut vti pau-
co sermone. Nam hîc facile est (ait) intellectu, finitiua verba rerum dis-
similium ratione abusionis esse traducta. Et Quintilian. libro octauo vbi
de tropis agit. Eo magis (inquit) necessaria est κατάχρησις quam rectè abu-
sionem dicimus, quæ non habentibus nomen suum accommodat quod
in proximo est: sic.

Quintil. lib. viij. cap. vj.

Equum diuina Palladis arte
Aedificant.

Sic acetabula, quãuis vasa significẽt & quicquid habet ea tamen pro-
priè apud Medicos τὰς κοτυλεδόνας significant, id est, ora illa & fines vasorum
in vterũ penetrantium, atque eminentias ad concauarum in cyrrhis po-
lyporum partium similitudinẽ innascenteis conceptionis tẽpore. Discer- 11
nendũ quippe est hoc tantũ à translatione genus: quòd abusio est, vbi no-
men defuit: translatio, vbi aliud fuit. Nam Poëtæ solent etiam abusiuè in
his rebus quibus nomina sua sunt, vicinis potius vti: quod rarũ in ipsa est.
Illas quoque, quidam κατάχρησις esse volunt, cùm pro temeritate virtus,
aut pro luxuria liberalitas dicitur. Qui iaculũ emittit, is iaculari dicitur:
sic qui pilam & sudem: quia appellatione sibi priuatim assignata caret.
Vnde (ait ipse Quintilianus libro septimo) abusio quæ κατάχρησις dicitur,
necessaria est. Abutimur (inquit Cicero) sæpe etiã verbo, non tam elegan
ter, quàm in transferendo: sed etiam si licentiùs: tamen interdum nõ im-
pudenter: vt quum grandem orationem pro magna: minutum animum,
pro paruo dicimus. In summa dicimus Catachresin licentiorem esse ver-
bi translationem: siue proprium verbum suppetat, seu desit. Bona igitur 12
ratione hic Vlpianus dixit bona ciuitatis abusiuè, id est, per translationem
verbi, publica appellari: cùm hoc sit populi Romani rebus propriè ac-
commodatum, vt iam scripsimus. Ecce autem quamuis minus propriè 13
naturalis obligationis debeant dici debitores, sicuti paulò ante admonui-
mus, per abusionem tamen intelligi possunt debitores. Textus est in l. fi-
deiussor. §. fideiussor accipi. de fideiussor. Sic & licet iuuenis pro- 14
priè is dicatur qui adolescentis excessit ætatem, id est
vigintiquinque annorum tempus, nihilominus tamen 15
si testator omnes iuuenes legauerit, adolescen-
tes quoque per abusionem censebitur com
prehendisse. l. non aliter. §. Titius
codicillis. de legatis tertio.

κοτυλεδόνας.

Capit. xj.

Ad l. creditores. supra.

CAI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CAIVS LIB. III. AD EDICTVM.

LEX XVI.

EVm qui vectigal popul.Romani conductum habet, publicanum appellamus.Nam publici appellatio,in compluribus causis ad populum Romanum respicit:ciuitates enim loco priuatorum habentur.

SVMMARIVM.

1 Publicanus est qui publico fruitur,aut qui quid à fisco conducit.
2 Publicum pro vectigali accipitur: & Decumani, secundum Ciceronem tanquam Principes & Senatores dicebantur.
3 Publicanorum ordo olim fuit honestus.
4 Publicanorum nomen odiosum.
5 Publicani mancipes dicuntur, qui quæstus sui causa decumas,portoria, & pascua redimunt: & eorum olim ratio scriptura dicebatur.
6 Antiquata Romę potentia,& propria ad eam publici significatio.
7 Francorum Respub.& summa potestas penes vnum est Regem.
8 Quod pro importatis & exportatis penditur,vectigal est.
9 Redemptores publicorum,aut priuatorum operum sunt,qui ea facienda suo suscipiunt periculo.
10 Vectigal non solùm quod ex publico,sed etiam quod ex bonis priuatorum penditur.Vulgo renta annua.
11 Fermierios vulgo dicimus,quos venditores vel publicanos Latinè possumus dicere: & vnde dicatur vectigal.
12 Redemptores nonnunquam dicuntur,qui alienas lites persequendas precio redimunt: & aliorum ius subeunt.



VM QVI. Quia superiori capite dictum est, verbum Publicum,ad populi reíque publicæ Roma.statum propriè pertinere, rectè quidem dicemus publicanum eum esse,qui publico fruatur:siue fisco vectigal pensitet, siue etiam tributum consequatur:atque inde nomen habere, scilicet,à publico.Præterea, & omnes qui quid à fisco conducunt publicanos appellari Vlpianus scribit in l.j.de publica.§.hic titulus.Publicum autem,vnde publicani dicti, pro vectigali accipitur. Cicero ad Quin.fratrem.Hic te ita versari vt & publicanis satisfacias,præsertim publicis malè redemptis &c.publicis,id est,vectigalibus.Quod eleganter Budæus annotauit,in l.miles.§.qui operas.Ex quibus caus.maio. Publicani dicti sunt Decumani, vt author est Asconius Pædia. Veruntamen videtur Cicero in actio.quarta,in Verrem appellare Decumanos principes, & quasi Senatores publicanorum,his verbis. Decumani, hoc est principes & quasi Senatores Publicanorum, remouendas de medio literas censuerunt. Publicani sunt qui à Græcis δημόσιοι appellantur,vt est in l.deprecatio.ad legem Rhod.de iactu

Vide infrà l.qui neque. §.in publico

Decumani qui.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

κύκλα βασιλεῖ δεδόσθαι, γανόκηρα ποιεῖσθαι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ δίκρατα κημένα ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τῆς κυκλάδων νήσων δουλωτῶν. &c. A publicanis Cycladarum incolis direpti. Sed apud Demosthe. legimus in Oratione aduersus Timocraten (nisi longè falsa est memo-
δημόσιος. ria) δημόσιον publicum ciuitatis seruum. Item apud Etymolog. δημόσιος ὁ τῆς πόλεως δοῦλος. ὅς ὑπηρετεῖ τοῖς δικαστηρίοις καὶ τοῖς κατοῖς ἔργοις. Quod ciuitatis seruum & publicorum operum ministrum significat. Et δημοσιώνη, τὸ δημόσια ὑπηρετῶν. Cæterùm Publicanus à Græcis dicitur ὁ τέλωνης. Τὰ τέλη γὰρ dicuntur vectigalia, sicut φόροι, tributa authore Budæo. Vnde τελώνιον dictum καὶ τελωνῶ ἔτιμα vectiga
τελώνης. lia redimo. τελώνης igitur publicanus & vectigalium redemptor dicitur. Nam ἐωνέομαι emere significat. καὶ οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν
Marci ij. τελωνῶν, καὶ ἁμαρτωλῶν &c. Videntes eum Scribæ & Pharisæi comedentem cum publicanis & peccatoribus. Publicani quondam maximo in honore fue- 3
rint. Quandoquidem sequestris ordinis principes publicani extitêre: flósque equitum Romanorum publicanorum ordine continebatur. Quod ex Cicerone colligere possumus in oratione pro Cn. Plancio. Adiungam (inquit) si vis, id quod tu etiam obesse putas, patrem publicanum: qui or- ,,
do quanto adiumento sit in honore, quis nescit? Flos enim equitum Rom. ,,
ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine con ,,
tinetur. Quis est ergo qui neget eius ordinis studiũ fuisse in honore Plan- ,,
tij singulare? neque iniuria: vel quòd erat pater is qui est princeps iandiu ,,
publicanorum &c. Apud T. Liuium lib. v. deca. iij. memini me legisse ma- ,,
ximam Posthumij Publicani, qui multis annis parem fraude auaritiáque ,,
neminem in ciuitate habuerat præter Lucium Pomponium veientanum fraudem factam in his rebus quæ portarétur ad exercitus, ementitis naufragiis, à Senatu adnimaduersum minimè fuisse: nec vllo Senatusconsulto notatam: quia Patres ordinem publicanorũ in tali tempore offensum nolebant. Hos tamen omnibus odio fuisse palam est: atque eorũ nomen in- 4
uisum vnicuiq; & contumeliosum. Vnde illud Euangelij. Sit tibi tanquã Ethnicus & publicanus. Publicanos propria appellatione dicemus eos
Mancipes qui. esse qui vectigal populi Rom. conductum habent. quos etiam, mancipes 5
vocat Cicero, qui quæstus sui causa, decumas redimunt, aut portoria, aut pascua publica: quorum ratio Scriptura dicebatur. Hi enim exigenda à sociis suo periculo redimunt, & Reipub. repræsentant: prouidentes etiam in illa redemptione commodis suis. Hæc Ascon. Pedianus in princ. Diuinat. Impropriè autem & per abusum, aliarum ciuitatum publicanos appellabimus. Sed hodie antiquata superba illa Romanorum Repub. atq; 6
Respublic. Francorum imperio, hæc quoque significatio antiquata est. Neque verò in hac maxi- 7
ma luculentáque Francorum Republica id ipsum admittitur, nisi in his quæ vel maximè ad res Regias spectant. Nullo enim in loco populus habetur: solá que regendæ Reipubli. & Regni tuendi potestas ipsi Regi & Principi nostro concessa est. Reliqui omnes priuati censentur.

Vectigal quid. VECTIGAL. Quæ pro importatis & exportatis penduntur τίνες τελωνῶν 8
vectigalis nomine censentur. Est itaq; vectigal tributũ, τὸ τέλος seu φόρος: vnde

τελώνης

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

τελώνης, id est, publicanus, sicuti superius admonuimus: & vectigaliũ redem-
9 ptor. Est autem redimere vectigalia, quod nos vulgò dicimus accipere ad firmam, tributum seu pedagium. Et redemptores publicorum vel priuatorum operum, qui opus aliquod faciendum à publico aut à priuato suscipiunt. l. cuicunque. §. Labeo. de instit. act. l. redemptores. de rei vendi. l. si ventri. §. j. de priuileg. credit. l. cùm in plures. §. lege locat. l. j. in quib. caus. taci. pig. vel hypo. com. Græci τὸν ὑπογαίβειν. Nam propriè, inquit Budæus, ὑπογαίβειν est redempturas facere, vt mancipes & conductores solent, quod & μισθώσεις, καὶ πρᾶσεις dicitur. φορολόγος collector talliarum vulgò dicitur. Nam φορολογεῖν tallias colligere significat: sicut ἀγορανόμος mulctarum exactor & coactor, Budæo teste. A vectigali, vectigales appellamus eos qui pensitandis vectigalibus addicuntur, id est, tributarij. Cicero in iij. libro de offic. Non igitur vtilis illa l. Philippi, Q. filij sententia: quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex Senatusconsulto liberasset, vt hæ rursus vectigales essent: neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Ei Senatus est assensus. Turpe fuit imperio. Piratarum enim melior fides quàm Senatus. Et aucta vectigalia sunt: vtile igitur. Quousq; audebunt dicere quicquam vtile quod non honestum? Sed & vectigales equos Cicero Phillippica secunda dixit, pro his qui vectigalis nomine & iure deberentur. Accessit (inquit) vt Cæsare ignaro, cùm esset ille Alexandrię beneficio amicorum eius, magister equitum constitueretur. Tum existimauit se suo iure cum Hippia viuere: & equos vectigales Sergio Mimo tradere. Equos vectigales hoc loco dixit Cicero, stipendiarios, & ex quorum lucro vectigal Sergio Mimo adferretur. Vnde colligimus vectigal
10 non solùm accipi pro eo tributo quod ex publico debetur, sed etiam ex rebus priuatorum: atque id esse quod vulgò dicimus rentam annuam. Paulus in l. arbores. ad finem, de vsufruct. Cæsæ (inquit) arundinis, vel pali compendium, si in eo quoque fundo vectigal esse consueuit, ad fructuarium pertinet. Cicero libro secundo Officio. Vt bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati, externorum autem gloria diuitiis, vt vectigalia vrbana rusticis ædibus & mercibus &c. Et alio in loco. Non intelligunt homines quàm magnum vectigal sit, parsimonia. Quamobrem
11 sicut fisci & publici vectigalis redeuuptores, Publicanos appellabant veteres, vt in l. in honoribus. §. non alios. de vaca. & excus. mune. Ita & nos his temporibus priuatarum Rex & prædialium redemptores, publicanos, quos vulgò fermerios nuncupamus. Nam vectigal à vehendo dictum Latini volunt: quòd scilicet ex prædiis rusticis in vrbem fruges aduehantur. Cæterùm, redemptores etiam appellamus eos præuaricatores, qui data pecunia alienas actiones redimunt, iúsque aliorum subeunt, vt l. per diuersos. C. mandati. Sed hæc quidem spuria videtur esse significatio, & à Romani eloquij candore aliena. Vide quæ eleganter in hanc l. scribit Connanus, libro quarto Commenta. iur. ciuilis. cap. xvj. ad principium.

Mulctarum coactor.

Vectigales equi.

Vectigal pro Renta.

Redemptores litium.

VLP.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX XVII.

INter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vsibus sunt destinata, sed si qua sunt ciuitatum: velut bona seu peculia seruorum ciuitatum, proculdubio publica habentur. Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus vel venalium rerum: item Salinarum, & Metallorum, & Piscariarum.

SVMMARIVM.

1 Publica sunt quibus populus suo iure vti potest.
2 Publicum & commune non differunt, nisi vsu iuris gentium & iuris naturalis.
3 Sacra non habentur inter publica: quia in nullius bonis sunt, & possideri non possunt.
4 Publica vectigalia sunt ex quibus fiscus fructum capit.
5 Prædiorum vicesima pars olim fisco pendebatur.
6 Varia, & sæpe mutata fuit olim vectigalium ac tributorum pensio.
7 Vectigal stipendiarium est certum tributum.
8 Decumanus dicitur ager, ex cuius fructibus pars decima soluitur.
9 Vectigalia corporibus virorum & mulierum imposita à Romanis.
10 Fiscus proprie est qualus vimineus.
11 Confiscatio est bonorum damnati in ærarium publicum, aut principis fiscum redactio.
12 Fiscus principis est: Aerarium populi.
13 Fisci mala causa nunquam est nisi sub bono principe.
14 Aerarium est pecunia publica, & imperij, fiscus verò pecunia Imperatoris.
15 Ad fiscum spectant, quæ in principis patrimonio esse censentur.
16 Fiscalis procurator est, cui cura eorum quæ ad principis iura pertinent demandata est.
17 Fisci Procurator, & procurator Cæsaris idem.
18 Procurator Cæsaris qui in exequendis principis negotiis ipsum Cæsarem refert.
19 Pœna deserti: à accusationis à Procuratore Cæsaris exigi non potest.
20 Procura. Cæsaris cognoscit inter fiscum, & priuatum, aut inter duos priuatos, quorum alter Cæsaris res conducto acceperit.
21 Procurator Cæsaris, procuratore fisci est dignitate superior, At hodie confunduntur.
22 Aerarium Rom. in Saturni æde ob tutum locum reponebatur.
23 Tributa & Vectigalia populi Romani erant in decimis, Portoriis & pascuorum scriptura.
24 Adespota in Cæsaris patrimonium recidunt.
25 Stipendiatij reditus sunt, qui ad ærarium P.R. spectant.
26 Principalium, & fiscalium bonorum distinctio, ex Hat menopulo.
27 In Francorum Monatchia omnia fiscalia, & publica Regis sunt, nec ciuitates quidquam nisi ex principali priuilegio habent.
28 Reditus pottoriorum in ciuitatibus Franciæ, sunt ipsarum ciuitatum peculiares, & Denarij communes vocantur.
29 Eos tamen princeps quandolibet in suos vsus traducit.
30 Triplex est vectigalis pendendi species. Canon. Oblatio & indictio.
31 Vectigalia ex rebus in portum inuectis, Regalia vocantur.
32 Octauæ impositionis nemo immunis.
33 Ex rebus non venalibus nihil fisco debetur.
34 Tributum ex Salinis nouum non est.
35 Salinas primus instituit Ancus Martius Rex Romanorum tertius.
36 Aerarium Romanum constabat vectigalibus & tributis.
37 Vectigalia, & tributa omnia in Gallia sunt Principis.
38 Salinarum ius vsurpare impunè non licet.
39 Salaria Regaliorum iure censentur.
40 Ex metallis maxima vectigalia exigebant Romani.
41 Pœna metalli erat damnati in sulphurariam, vel calcariam.
42 Lapicidiuæ metallorum appellatione veniunt.
43 Modus certus piscandi præscriptus per Regias constitutiones.

INTER

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 INTER PVBLICA. Publica ea esse diximus quæ populi vsibus sunt accommodata,& quibus populus suo iure vti potest: qualia sunt Theatra,stadia,forum,viæ basilicæ,& similia, quæ propria verbi significatione publica sunt. Sed κατ' ἀχρηστικῶς & impropriè publica cẽseri debere hoc capite Vlpianus scribit, quæ propria ciuitatum sunt,& velut in earum patrimonio sita. Iam verò
2 quod ad communis & publici appellationem attinet,meminisse te velim, lector optime,nihil esse inter vtrunq; discriminis:atq; alterum pro altero, & promiscuè sæpissimè vsurpari. Quemadmodum ius naturale pro iure gentium aliquando dicimus,id est,ex naturali ratione deriuatũ. Nam publicum,dicitur quod iure gentiũ ad publicum vsum secundum dominia distincta pertinet.Communis verò quod hoc iure naturali omnibus ęquè exponitur. Vt aër,aqua profluens &c.Ouidius in lib.Metamorphoseon.

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est:
Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit.

Sacra autem, & religiosa,& quæ publicis vsibus sunt destinata, inter
3 publica non habentur:quia in nullius bonis sunt.§.sanctæ.insti.de rer.diuis.& possideri non possunt,nec in cuiusquam patrimonium redigi.

PVBLICA VECTIGALIA. Superius dictum est publicanum eum esse, qui vectigal populi Rom.conductum habet.Nunc verò quæ sint vectiga
4 lia publica absoluit.Publica autem vectigalia ea esse dicit Vlpian.ex quibus vectigal fiscus capit:id est,ex quibus prouentum, vtilitatẽ ac fructum
5 fiscus consequitur.Solebat autem antiquitus prędiorũ pars vicesima fisco persolui,sicut Offilius tradit.Et Cornel.Tacitus scriptum reliquit vicesimam partem rei,tributi loco,vel vectigaliũ nomine exactã fuisse:hócque inuentum publicanorũ.Sed Plinius in Panægyrico summopere Traianũ Imperatorẽ cõmendat,quòd vicesimarũ vectigal sustulerit. Mutata autẽ
6 sæpe fuit hæc vectigalis pensitãdi ratio,cùm scilicet,nũc centesima, nunc ducentesima pars exigeretur,Item etiam octaua: à qua neq; militaris ordinis,nec cuiusuis alterius conditionis homines Imperator immunes esse voluit,vt est in l.ex præstatione.& l.feq.C.de vectig.com.Vnde qui id ipsum vectigal cogebant,Octauarij dicebantur.Decimæ quoq; partis vecti gal aliquando fuit.Scribit Appianus Alex.lib.j.bello ciuilium, sub principium lib.Roma.colonis dedisse colendos agros,quos bello sibi quæsierant, eósque grassantis belli iniuria, incultos relictos:ex quibus quidem agris vectigalia annua publicè pendebant coloni:partem scilicet decimã seminum:fructuũ verò omnium quos ex arboribus percepissent, quintã, pecorum vectigalium rationem quandam etiam præscripserant. Hoc
7 autem vectigal stipendiarium dicebatur,id est,certũ:vt author est Cicer, « Actio.v.in Verrem.Inter Siciliam (inquit) cæteráſq; prouincias, iudices, « In agrorum vectigalium rationibus hoc interest,quòd cæteris aut impo- « situm vectigal est certũ,quod stipendiarium dicitur, vt Hispanis,& ple- « risque Pœnorũ,quasi victorię præmium ac pœna belli:aut censoria loca-

Octauarij qui.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tio constituta est, vt Asiæ, lege Sempronia. Siciliæ ciuitates sic in amicitiæ fidémq; recepimus, vt eodé iure essent, quo fuissent: eadé conditione Po. Ro. parerent, qua suis antea paruissent. Perpaucæ Siciliæ ciuitates sunt bello à maioribus subactæ, quarũ ager cùm esset publicus Po. Rom. factus, tamen illis est redditus. is ager à Censoribus locari solet. Fœderatæ ciuitates duæ sunt, quarũ Decumæ venire nõ soleant: Mamertina, & Tauromitana: quinq; præterea sine fœdere immunes ciuitates ac liberæ, Centuripina, Halesina, Segestana, Halicyensis, Panormitana. Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatũ Decumanus est: itémq; ante Imperiũ po. Rom. ipsorum Siculorũ voluntate & institutus fuit. Videre nũc maiorum sapientiã, qui cum Siciliã tam oportunũ subsidium belli atq; pacis ad Rempub. adiunxissent, tanta cura Siculos tueri & retinere voluerũt, vt nõ modo eorũ agris vectigal nouũ nullum imponerẽt, sed ne legẽ quidẽ venditionis Decumarũ néve vẽdundis aut tẽpus, aut locũ cõmutarent, vt certo tempore anni, vt ibidẽ in Sicilia, deniq; vt lege Hieronica venderent. Hoc Ciceronis loco amplissimo docemur qualiter à Roman. ex publico vectigal exigeretur: & subditos Po. Ro. agros modò vectigales, modò Decumanos esse: id est, ex quorũ fructibus pars decima Po. Ro. solueretur, vt idẽ ipse Cicero in eodẽ loco, paulò inferius testatur his verbis. L. Octauio, & C. Cottę cõsulibus Senatus permisit, vt vini & olei Decumas, & frugũ minutarum quas ante te quæstores in Sicilia vẽdere consuessent, Romæ venderẽt, legémq; his rebus, quã ipsis videretur, edicerent. &c. Decumas, decimã partem intelligit. Neque verò agris solùm imposita fuẽre à Roma. vectigalia, sed & etiã corporibus virorũ & mulierũ. Hoc autẽ factũ fuisse tradit Appianus Alex. in bello Libyco, vbi primũ Rom. potiti sunt rerũ Carthaginensium, partáq; ab his victoria. Fuit aliquãdo tẽpus cùm Romani ducentesimam partẽ vectigalium nomine exigerẽt: quã quidẽ Caligula initio Imperij sui remisit, vt author est C. Suetonius Tranq. in Calig. cap. xvj. Sed tandẽ cùm ab ea pietate prorsus degenerasset, noua vectigalia atque inaudita, primũ per publicanos, deinde quia lucrum exuberabat (ait ipse Tranq.) per Centuriones Tribunósq; prętorianos exercuit, nullo rerũ aut hominũ genere omisso, cui nõ tributi aliquid imponeret. Pro edulliis quæ tota vrbe venirẽt, certũ statúmq; exigebatur. Pro litibus atq; iudiciis vbicunq; cõceptis, quadragesima summę, de qua litigaretur: nec sine pœna si quis cõposuisse vel donasse negotiũ conuinceretur. Ex gerulorũ diurnis quæstibus, pars viij. ex capturis prostitutarũ quantũ vno quæq; cõcubitu meret. Additúmq; ad caput legis, vt tenerẽtur publico, & quæ meretricium, qúæve lenocinium fecissent: necnõ & matrimonia obnoxia essent. Hic publicum Tranq. pro vectigali posuit. De quo superius diximus.

Decumanus ager.

Sueto. in Calig. cap. xvj.

C. Caligula vectigalia inuita.

FISCVS CAPIT. Multifariam fiscus & varia significatione accipitur. Primũ quidẽ à rusticæ rei scriptoribus fiscus pro qualo oleario ponitur, qui ceruici torcularis supponitur, ne fraces in lacũ cùm oleo defluant: vel etiam pro qualo in quo ponũtur oliuæ, cũ prælo supponũtur, vt amurca exudet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

exudet,& per vimia perfluat. Vlpia.in l.sed addes.§.illud nobis.ff.locati. fiscus autē(inquit) quibus ad præmendā olcā vtimur, colonum sibi præparare debere Neratius scripsit. In hunc etiam sensum interpretatur Budæus in d.§.illud nobis. Fiscos etiam seu fiscellas appellant calathos viminibus intextos. Virgil. Aegloga septima. *Fiscella.*

Dum sedit, & gracili fiscellam texit hibisco.

« Et Columella lib.xij. Si ager amplius, aut vineta, aut arbusta grandia « sunt, perennę fabricandæ sunt decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texēdæ « & picādę. Et paulò post. Funiculi quoq; fiscellis aptādi sunt, et loca trimo- « diis: tum lacus vinarij, & torcularij, & fora, omniáq; vasa, si vicinū est ma « re, aqua marina, si minus, dulci eluenda sunt & commundanda, & dili- « genter asicanda, ne humorem habeant. *Columel. libro xij. cap. xviij.*

« Fisci (ait Ascon. Pædia. actio. ij. in Verrem) fiscinæ, fiscellæ, spartea sunt « vtensilia ad maioris summę pecunias capiēdas. Vnde quia maior est sum « ma pecuniæ publicæ quā priuatæ, vt pro censu priuato, Aerariū dicitur: « pro loculis & arca thesauri: ita pro sacello, fiscus. Vnde fiscus, pecunia pu- « blica, & confiscare dici solet. Hæc ille. Suetonius in Tyberio. Nam & cō- « fiscatā semper repositámq; habuerat. Et alibi in Augu. Et quos metus ma- « gis quā volūtas cōtineret, facultate L. Antonij ducis præbita, detegentur: « deuictisq; his & confiscatis, promissa veteranis præmia soluerētur. Confi- « scatis, id est, in ærariū publicū redactis. Ab hoc verbo cōfiscare, confisca- *Confiscare. Sueto. in Tyberio. ca. ij.*

11 tionem nunc vsurpauimus: quando damnatorum bona Regi & Principi nostro addicuntur. Quamuis autem hoc loci Vlpia. pro pecunia publica 12 fiscum accipiat, propria tamen significatione Principis fiscum dicimus: Aerarium verò populi & Reipublic. Iuuenalis Satyra quarta. *Cap. cxv.* *Confiscatio.*

Quicquid conspicuum pulchrúmque est æquore toto
Res fisci est vbicunque natat.

Plin. Secundus ad Traianū in Panegyri. At fortasse nō eadē seueritate fiscū cohibes, imò tāto maiore, quātò plus tibi licere de tuo, quā de publico credis. Dicitur actori atq; etiā procuratori tuo, in ius veni, sequere ad tribunal: nā tribunal quoq; excogitatū cruciatu est par cæteris, nisi illud litigatoris amplitudīe metiaris. Sors & vrna fisco iudicē assignat, licet reiicere, licet exclamare, hūc nolo: timidus est, & bona seculi parū intelligit: illū volo, q Cæsarē fortiter amat. Eodē foro vtūtur principatus & libertas. 13 Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur fiscus, cuius mala causa nūquam est, nisi sub bono principe. Sueto. in Augusto, vbi de Augusti testamento agit. Tertiò (inquit) breuiariū totius Imperij, quantū militū sub si- 14 gnis vbique esset, quantū pecuniæ in ærario & fiscis, & vectigaliorū residuis. Iam verò quantum ab ærario distet fiscus, Dion etiā in vita Traiani cōmemorat. Aerariū (ait Budæus) dixerunt pecuniā publicā & Imperij: fiscū verò pecuniā Imperatoris, quā Domaniū dicimus. Quod autē solebāt antiqui pecunias publicas (propterea q, vt diximus numerosiores essent priuatis) fiscis eōdere, hoc ipsum his nostris tēporibus obseruari videmus. *Suetoni. in August. ad finem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quãdoquidẽ Quæstores & coactores, fiscis pecuniã publicã, id est, Regiã deferunt, binos fiscos clitellariis equis imponentes. Ad fiscũ igitur spectãt hæ res quæ in Principis patrimonio esse censentur: quæ fiscales ab Vlpia. dicũtur in l. Prætor ait. §. hoc interdictũ. Ne q̃d in loco pub. Res (inquit) fiscales quasi ꝓpriæ & priuatæ principis sunt. Idem quoq; Firmicus sentire videtur his verbis. Faciet (inquit) Imperatorũ exactores, & qui annuas fiscariorũ præstationes repetãt: & q̃ discussiones rationales tractare cõsuerint. Fiscarij ab ipso dicũtur qui fiscũ retlimũt, & fisci redẽptores: sicut & vectigaliarij, q̃ vectigalia, apud eundẽ Firmicũ. Erunt (inquit) aut publicani, aut vectigaliarij curiosi &c. Et cursus fiscalis dicebatur publicus: vt supius annotauimus. Similiter & vsuræ fiscales, quæ fisco, id est, Imperatori debentur: vt est in l. j. de vsur. fisc. li. x. C. Sic hodie procuratorẽ fiscalẽ dicimus eum, cui cura eorũ quæ ad Regis & Principis iura ꝑtinent, demãdata est. Eum autẽ Cognitorẽ Regiũ Budæus appellat, quẽ vulgò procuratorẽ Regiũ generalẽ dicunt. Cui q̃dem soli in agitãdis q̃nib. seu publica sint, seu priuata iudicia, & stipulatori publico, licet reus pœnam iure suo, supplicium q; irrogare libello. Quod & mulctã dicere appellabãt antiqui, Græci τίμημα ἐπιγράφειν. Cætera vide in Forens. Qui verò in præfecturis Regiis fungũtur hoc magistratu, nõ Cognitores Regij, sed procognitoribus sunt, vel subcognitores: vulgò substitutos dicimus, eodẽ Budæo authore. Procurator fiscalis seu fisci procurator, nihil aliud fuisse arbitror, quã q̃d etiã nũcupabãt procuratorẽ Cæsaris, quẽ Iulius Capitolinus in Maximino videtur rationalẽ etiã appellasse. Quæ fuit Alciati quoq; sententia in tit. de fund. reip. priua. lib. xj. C. sed hoc aduersus iurisconf. recentiorũ opinionẽ in l. j. de offi. procu. Cæsa. Nisi dixeris rationalis verbũ generale esse, quod & fisci, & Cæsaris procuratorẽ complectitur. Cæsaris autẽ procurator est is qui in exequendis atq; obeundis Cæsaris negotiis, ipsum Cæsarẽ refert & repræsentat, perinde atq; quiuis alius procurator in priuatorum rebus: quæq; ab eo acta gestáq; sunt, ita cõprobantur, ac si Cęsar ipse agẽdis rebus & interfuisset & ꝓęfuisset. d. l. j. ff. de offi. procu. Cæsa. Nõ potest tamen Præsidis prouinciæ partes agere: sed nec desertæ accusationis pœnam, quæ quinq; librarũ auri erat, vt l. iij. ad fi. ff. de præuari. exigere poterat. l. Procurator meus. C, vbi caus. fisca. Cognoscebat nihilominus inter fiscũ & priuatũ: Itẽ etiã inter duos priuatos, quãdocũq; eorũ alter Cæsaris res cõducto acceperat. l. ad fiscũ. & l. seq, C, eo. tit. Vbi caus. fisca. Quo loco videre est (sic enim ducor cõiectura) Procuratorẽ Cæsaris superiorẽ dignitate fisci, ꝓcuratorẽ fuisse. Hodie promiscua est vtriusq; appellatio: & frequẽter fiscũ pro ipso Regę dicimus. At cũ hic Vlpianus dicit publica vectigalia esse ex quibus prouentũ fiscus consequitur, aut ille pro ærario populi fiscũ indistinctè atq; ἀδιαφόρως accepisse videtur, aut καταχρηστικῶς posuisse. Nã ꝓpriè, Aerariũ publicã pecuniã appellabãt & Imperij: q̃d in *Saturij* Saturni æde recõdi solebat. Tradũt enim Veleriũ Publicolã, qui Saturni æde cõstruxit, loci oportunitate ductũ, cũ omni aditu ꝑsepto, vndiq; præ-

Res fiscales.

Fiscarij vectigaliarij.

Supp. in l. bona ciuitatis.

Vsuræ fiscales.

Cognitores regiũ. Procurator generalis & eius functio.

Substituti Procu. regij Procurator fisci.

Rationalis.

Procurator Cæsaris.

Pœna desertæ accusationis.

Aerarium quid.

rupt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ruptus,& ab accessu munitus locus foret,eandem Saturni ædem,æris publici,legúmque & senatusconsultorũ,ac tabularum publicarũ et signorũ militarium sacrariũ esse voluisse. De qua re videbis diffusius apud Alexãdrum ab Alex.genialium dierũ libro secundo.Redeũdum iam nobis est ad rem.Publica igitur vectigalia,hîc intelligere videtur Vlpi.eas res quæ in Pop. Roma.patrimonio esse censentur. Etenim (vt iam diximus) aliud erat pecunia principis,aliud autẽ pecunia Po.Ro.Ad fiscũ scilicet, extraordinarij reditus & prouẽtus dicũtur pertinere.At verò Aerariũ populi
23 cõtinebatur tributis & vectigalibus:quæ,vt Cice.tradit in Oratio.pro lege Manilia,erant triplicis generis, videlicet ex agricolatione, mercibus exportatis vel importatis, quæ & exagogica & isagogica dicebãtur : præterea & exagris pascuis.Primũ,decimas cõplectitur:secundũ,Portorium.
24 Tertium nomen fit scriptura.Ad hæc fuit quoq; Salinarũ vectigal. Sed si quæ res adespotæ essent,id est,nullius dominio mãcipatæ,in Cæsaris patrimoniũ recidebãt.Quamobrẽ erat in Aegypto,postquàm in Prouinciæ formã redacta fuit, magistratus, qui Strabone authore ἴδιος λόγος dicebãtur,id est, priuata ratio, ὡς τῶν ἰδιωτικῶν, καὶ τῶν ἐν Καίσαρα τείνειν ἐφιλόνει ἐξετασίς εἰς, id est,earũ rerum indagator atq; explorator quæ assertorẽ nullum haberent,qúæque Cæsari deberẽtur & in eum recidũt: hoc est quæ in fiscũ,nõ
25 in ærariũ populi reponerentur.Earũ quidẽ rerum quæ ad Po.Rom.pertinebant,prouentus & redditus,Stipẽdiarij dicebãtur, sicut superius ex Cicerone annotauimus:propterea φ Stipes ἔρανος siue collationẽ significet,authore Theophilo in §. traditæ.instit.de rer.diuis. & argẽti aliarũmq; rerum collectionẽ. ὅτι εἰσὶν ἀεὶ ὁ ἔρανος καὶ ἀξ μικῆν γινομένων ἢ ἀργύρου, καὶ τῶν ἄλλων συλλογή.
Etenim ἐρανίζειν Budæo interprete significat colligere,corrogare,& emẽdicare,atq; etiã conferre inter se se ἀλλήλοις ἐρανοῦμεν, αὐτὸ ἔρανον ἀλῶν καὶ σωτηρίαν. Significat etiam quæstũ facere & capturas factitare,ipso Bud.authore. Et quidem Etymolog. ἔρανος τὸ ἐπιπωποφορᾶς ἀλῶφον, ἢ ἢν τοῦ, ἢ συλλογή, ἢ ἀσφορά. Nam ἀσφόρα tributum pendo significat:quod Plinius in Panegyrico Græcorũ more, inferre tributum dixit.Vnde ἀσφορά, tributũ, & collatio:& ἀτελεσφορία immunitas ab hoc tributo & collatione.Sic φορολόγος καὶ φορολογεῖν: quod suprà annotauimus.
26 Qualiter autẽ hæc quondã fisci & Aerarij facta fuerit diuisio, videre licet apud Constanti. Harmenopu.lib.j.Epitomes iuris ciuilis. τὸ παλαιὸν (inquit) ἐν τῷ παλαιῷ ἔθνει βασιλεὺς τὴν γενικὴν αὐθεντείαν, καὶ πάντες κρατοῦσι γῆς, διεῖλε τὰς ἐπαρχίας, καὶ τὰς μὲν παρεφέρετο ἑαυτῷ. τὰς δὲ ἀφορίζει τῷ δήμῳ τῶν ῥωμαίων ἐπὶ τὸ τὰς ἐκεῖθεν συναγόμενα, καὶ ἀπαναλίσκοντα, διαπαρεῖν ἐς οἰκίας χρείας καὶ ἔθνεσι τάυτα δὲ τὰ ἀφορισθέντα τῷ ῥωμαϊκῷ παντὶ δήμῳ, ἐλίγοτο κυείαν καὶ τῷ ἐκεῖθεν φανικάνα ἢ τοῦ δημόσια: καὶ διέφερον τῷ δήμῳ ἀκροποτικῶν καὶ ἐξεποδίζο παρ' αὐτὸ τῷ πάντα ἔθνεσιν ἐκπαίσεως. ἔχων ἀσάλωσε τὸ παλαιὸν καὶ ἐκεῖ πόλις πράττεται ἴδια: ὅιμι θάσσαν τὰς κατέπειλα τῇ δῶτι πόλῃ αὐτοῖς ἐξιοῦθῶν βαλασσῆν, καὶ τὴν θεσθῆν τάυτα ἔχων τὴν πόλιν εἰς ἐξόδους ὁσίας. ἢ ἐφορίζετο τῇ πόλει τὸ ἀγρὸν πεφρασῆς, καὶ ἔχει αὐτὸς τ' πόλεως κάτοικοι πάντες.&c. Id est,in antiqua Roma Rex quidã,deuicto terrarũ orbe cũ virtute præstãtissimus esset, puincias diuisit:ac quasdã sibi retinuit,quasdã etiã Pop.Rom.designauit:vt qd ex his colligere & repetere posset,id in vsus suos atq; alimenta insumeret. Quæ autẽ toti Po.Rom.diuisa sunt,propriè & exactiore iuris ciuilis vocabulo,fiscalia dixerũt:id est, δημόσια:& iure dominij populo delata sunt,ipsa quidẽ alienabãtur qualicũq; alienatiõe,ac omni alienãdi genere habebat

Alex.lib.ij. cap.ij.

Exagogica Isagogica.

Adespotę res quæ.

Priuata ratio.

Stipes quid.

ἔρανος quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance Tours

etiã vna quæq; ciuitas quondã res sibi ꝓpias:cũ videlicet quispiã moriẽs, ad balneũ fabricandũ ciuitati illi mille reliquisset:vt qd ex balneũ intrantibus pẽsitaretur,idipsum in ꝓuentus ꝓprios ciuitas reponeret: siue quis agros luculẽtos ciuitati donasset, his oẽs ciuitatis incolæ vterẽtur ac fruerẽtur. Et paulò infrà,sub fin.tit. καὶ ἐκπολοῦῖτε καὶ ἐὰν τὰ δημόσια, τοῦτο ὁ κύριος οὐδὲ κτᾶται, ἀλλὰ κατεχρῆσαῖτο.μόνα καὶ δημόσια κυρίως ἐστὶ, τὰ ἐ ξωμαϊκὰ δίμιν. Hæc ipsa em publica vocabãtur,cæterũ nõ ꝓpriè quidẽ,neq; exactiore iuris ciuilis appellatione·sed per abusionẽ.Sola nãq; publica ꝓpriè seu fiscalia ea sunt, quæ. Pop.Rom.sunt.Hęc oĩa legis nr̃æ interpretationi maximè cõueniũt:nõsq; satis admonẽt quæ principis, qũæq; populi sint ꝓpria. Sed hodie in hac 27
Regni Francorũ monarchia,oĩa Regis esse cẽsentur:nec q̃cquã ad populum peculiariter ꝑtinere. Quod si qd ꝓprij ciuitates habeãt,id ex principali priuilegio & gratia sibi cõcessũm habẽt.Sed tamen hi reditus ac nũ- 28
mi qui ex portoriis &vectigalib⁹ & præclarissimæ ciuitati nr̃æ Turonẽsi, reliquisq; aliis Regni huius ciuitatibus pensitãtur, peculia & ꝓpria earũ ciuitatũ censeri solẽt:ac vulgò vocãtur denarij cõmunes:q; muniendis illis vrbibus,reficiendis itineribus,põtibus,& ciuitatũ rebus necessariis impen 29
di cõsueuerũt.Eos tamẽ aliquãdo Princeps, quandocũq; visum est illi,in 30
suos vsus traducit.Cæterũ,Alciphĩo ex Asco.Pædia. annotauit triplicẽ pen-
Cano. Oblatio. Indictio. dendi vectigalis specie.Canonẽ scilicet,Oblationẽ,& indictionẽ.Canonẽ 31
Budæus scribit esse, quod Domaniũ principis dicitur:vt portoria,vectigalia,& huiusmodi.Oblationẽ, ea quæ nunc auxilia dicimus:vt octaua vini heminatim diuenditi,&vicesima eius qd cuppatim culeatímq; venit,reliquarũmq; merciũ,qũæq; à solidariis negotiatoribus vẽduntur,quos grossarios appellãt:qũæq; à minutariis & vẽditoribus, q & ꝓpolæ dicuntur,
Propola qui
Talea. hoc est,nõ sua vẽdẽtes, sed à negotiatoribus emptitata,pluris postea venditantes.Indictio,est quam Taleam vocamus: antiqui collationem vocabant.Cicero etiam Collectam dicit.Græci ἔρανον, & συμβολὴν dicunt. 31
Collatio. Collecta.

VECTIGAL PORTVS. Fisco etiam debetur id vectigal,qd pendere solent mercatores ꝓ rebus quæ in portum inuehuntur,indẽq; exportantur: quę quidem Regalia vocitantur,cap.j.titu.Quæ sint regal.in vsib.feud.

VENALIVM RERVM. Octauam partẽ rerũ vẽnalium Octauarij exigebant:à quo vectigali nullus ordinis cuiuscunq;,immunẽ se asserere poterat.l.ex præstatione.& l.seq.C.de vect.& cõmis.Iam verò de aliis rebus q̃ 32 33
quæ vænũ expositæ sint,fisco nihil vectigalis noĩe debetur:veluti ꝓ his rebus q̃ vel ad victũ vsũmq; ꝓpriũ & familiæ destinatæ sunt,seu colendi rurís gratiã vehũtur in portũ:Tex.in l.vniuersi.d.tit. de vectig.C.Idẽ quoq; sentit glo. in c.sup quibusdã.§.præterea.in verb.Pædagia. extr.de ver.sig. 34

SALINARVM·Quòd inter res ꝓmercales q̃ in portus cõuehũtur, fiscus id est Rex noster,his tpibus exigat ex Salinariis tributũ ac vectigal,nihil
Salinas qui primus instituit. T.Liuius li. j.Deca.j. sanè mirũ est.Id em à veteribus Rom.iamdudũ institutũ fuit.Et qdẽ Ancus Martius Rom. Rex tertius salis modios sexies mille in cõgiario dedit 35
populo,& Salinas primus omnium instituit,vt tradit Plin.lib.nat. historię xxxj.ca.vij.Et Titus Liuius libro primo scribit, ipsum Regem constituisse Salinas ad Hostiam vrbem in ore Tyberis conditam.Et idem li.vij.deca.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

primę, circa Salinas Romanas depopulatum agrum bello hetrusco commemorat. Præterea & vectigal Salinarũ Romanis fuisse, ipse Liuius lib. ij. author est. Multa (inquit) blandimenta plebi per id tẽpus ab Senatu data. Annonæ imprimis habita cura, & ad frumẽtũ cõparandum missi: alij in Volscos, alij Cumas. Salis quoq; vẽdẽdi arbitriũ, quia impẽso precio vænibat in publicũ, omni sumptu ademptũ priuatis portoriis quoq;, & tributo, plebe liberata, vt diuites cõferrẽt, qui oneri feredo essent. Et rursus lib. xi. Dec. iij. Viã è foro Boario ad Veneris, & circà foros publicos, & ædem Matris Magnæ in palatio faciẽdã locauerũt. Vectigal etiã nouũ ex Salaria annona statuerũt: sextãte Sal, & Romæ, & per totã Italiã erat. Romę, precio eodẽ, pluris in foris & cõciliabulis, & alio alibi precio præbendũ locauerunt. Id vectigal commentum alterum ex censoribus, satis credebant, populo iratum, quòd iniquo iudicio quondam damnatus esset: & in precio salis maximè oneratas tribus, quarũ opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Liuio inditum cognomen: ingentia sanè nobis cõmoda ex salis vsu obueniunt. Neque verò sine Sale vita humanior, Plinio teste, potest vnquam degero: adeóque necessarium elementum est, vt transierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita Sales appellantur: omnísque vitæ lepos & summa hilaritas, laborũmq; requies non alio magis vocabulo constat. Honoribus etiam militiæque interponitur, Salariis inde dictis, magna apud antiquos authoritate, sicut apparet ex nomine Salarię vię: quoniã illã Sal in Sabinos portari consueuerat. Quin & Thracibus peculiare esse scribit Alexander, Sale coẽmpta habere manicipia, sicut Lemniis vino mercari. Sed & Homerus Salem diuinum appellauit. Pleriq; vero χάριν, id est gratiã, quòd pluribus interlitus gustui sapida reddat & grata. Permultæ quidẽ & hæ luculentæ sunt Salinæ in hoc florentissimo Francorũ Regno: quas hìc cõmemorare, vanũ mehercule fuerit. Non pręteribo tamẽ Salinas vberrimas, & argentifodinas in Saxonia esse, ab Othone primùm inuentas. Apud eã Burgundionũ vrbẽ quæ inde Salinarum nomẽ habet, duo sunt fontes, alter dulci profluente aqua, alter autẽ vnde Sal igne densatum conficiunt: illũdq; insigniter cãdidum. Maximũ quippe huius gentis vectigal cẽsetur. Cæterũ, de natura & generibus Salis, quis sit eius vsus quantãq; vtilitas tum in prophanis rebus tum etiã in sacrificiis, diffusè videbis apud Cælium Rhodigi lectio. antiqua. lij. vij. & Pliniũ naturalis histo. lib. xxxj. Aerarium igitur Romanũ (vt supra cõmemorauimus) constabat, quẽadmodũ & hodie nostrum, teste Budæo lib. iij. de asse, vectigalibus & tributis. Vectigalia, triũ generum fuere ex agrorũ cultu, ex merciũ traiectu, & ex pascuis. Primũ quidẽ, decimę: alterũ, portoriũ: tertiũ, scriptura appellabatur: & pręter hęc, Salarium, id est Salinarũ vectigal: de quo hìc agitur. Cicero de Imperio Põpeij loquens. Nã (inquit) cũ hostium copię nõ lõgè absunt, etiã si irruptio nulla facta sit tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Quo tandem animo esse existimatis,

Lib. ij. dec. primę.

Salinator Liuius cenſor cognomi natus.

Plinius lib. xxxj. capi. vij.

Salis laus & cõmoda.

Alexan. ab Alexã. genial. die. li. iij. cap. xx.

Saxonię Salinę.

Saline Bisuntinę.

Celius libr. vj. cap. ij.

Plin. libro xxxj. capi. vij. viij. ix. x.

Scriptura vectigal.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aut eos qui vectigal vobis pensitant,aut eos qui exercent atque exigunt, ,,
cùm duo Reges cũ maximis copiis prope adsint?cùm vna excursio equi- ,,
tatus perbreui tẽpore totius anni vectigal auferre possit?cũ publicani fa- ,,
milias quas in Salinis habent, quas in agris,quas in portubus atq; custo-
diis magno periculo se habere arbitrãtur?Hoc loco Cicero non de fisco,
sed de Aerario populi intelligit. Quo fit vt,ego quidẽ arbitrer,Vlpianũ 37
hoc capite fiscum impropriè pro ærario dixisse. Sed his nostris tempori-

Saline sunt solius principis in regno Francorum

bus,in hac præclarissima Francorum Monarchia,vectigalia,tributáque 38
omnia quæ publicè pensitãtur,solius sunt Principis seu Regis: nec cuiquã
priuato homini impunè licet,& absq; grauissimo supplicio,simul etiã bo
norũ publicatione,ius Salinarũ vsurpare,ac Sal venui ꝓponere,seu vul-
gò,seu clã & latẽter. Sed & si quę sunt in priuatorum prędiis Salinæ,in cẽ 39
sum deferendę sunt.Etenim(sicuti iam diximus)ipsa Salaria,regaliorum
iure cẽsentur,vt cap.j.quæ sint regal.in vsib.feud.Est tex.in l.forma.§.Sa-
linę.ff.de censib.Permultę sunt in hãc rẽ,Regũ nostrorũ cõstitutiones,re-
scripta,atq; edicta ꝓposita, quibus sancitę sunt pœnæ in præuaricatores. 40

METALLORVM. Ex metalorũ mercatura,vectigal quoq; publico de-
debatur:scilicet ex aurifodinis,argẽtifodinis,ærifodinis,alumnię, sulphu
rę,aliisq; id genus mineralibus.Polybius argentifodinas cõmemorãs quę
sunt circa Carthaginẽ nouã,ab vrbe viginti fermè stadiis distantes, qua-

Metallorũ redituꝰ maximi.

tuor decurias operantiũ hominũ fuisse ait,qui rũc in dies singulos vicena
quina drachmarũ millia populo Romano referrent.Nos,inquit Budęus
lib.iiij.de Asse,xxv.millia drachmarum aureis nostris æstimare instituimus,duob⁹ millib⁹,& qngentis.Verba sunt Strabõis ex Polybio,quo qdẽ
authore ipse Strabo vsus est, ἓξ χιλιάδας μόρας ἀνὰ τρῖς μόνας τῶν ἐργαζομένων, ἀναφερούσας τὸν ἑξῆς ἅλμυρον ἑκατὸν ἐνὸς τῶν ἡμέρας καὶ ἑκατὸν δυοῖν μόραις τὴν τοῦ ἀργυρείου ἀρχαῖος. Tradit etiã Strabo ex Posidonio M.Marcellũ exegisse metallorũ tributũ ex Celliberia 41

Pœna metalli.

ad talenta sexcenta.Quod reliquum est,metalli pœna , erat damnari in
sulphurariam vel calcariam.l.aut damna.§.in calcariam.ff.de pœnis.Sed
forsan quæras,an metallorum appellatione,lapicidinæ quoq; veniant.Et 42
venire Vlpianus videtur velle,in l.sed si pecunia.§.fi.ff.de reb.eo.qui sub
tutel.vel cura.Si lapidicinas,inquit,vel quæ alia metalla pupill⁹ habuerit
τυποῦσας,&c.Ibi verbũ,alia,implicat,facitq; eiusdẽ qualitatis relationem.
De qua qdem dictiõe implicatiua satis abundè scripsim⁹ in Aphoris.iu-
risprudentię.Aphoris.vj.Notatur etiam in l.si fugitiui.C.de ser.fugi.

Piscaria.

PISCARIARVM. Piscariam Græci vocant ἰχθυοπωλεῖον locum scilicet vbi
venduntur pisces:forsan piscinarum voluit dicere.Martialis lib.xij.

Quales marina misit aura piscina.

Piscina.

Quare arbitror piscarias intellexisse eũ locũ quo piscari solẽt piscato
res:quod nostrate lingua hodie dicimus,Pescheries,verbũ Latinum mu- 43
tuati:qd' aliàs quoq; Piscinã dicũt.M. Varro in libro quẽ de Agricultura
scripsit,Marcũ Catonẽ,q postea Vticę periit,cũ Luculli testamẽto hęres
relictus esset, pisces de piscina ei⁹,quadraginta millibus vẽdidisse tradit.
Hodie

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Hodie principalibus & regiis constitutionibus, videlicet Philip. pulchri, anno 1332. capi. iiij. Ioannis, anno 1350. Francisci primi, anno 1516. capi. lxxxix. & Caroli septimi, præscriptus est piscatoribus certus piscationis modus: quē qui offendat, mulcta grauissima irrogatur: videlicet ne euerriculo vtantur Piscatores, eóq; retis genere quod nostri verbo vulgari, Traisneau, vocant, Latini (vt arbitror) plagas, rarissimis maculis cōtextas, vel Sagenam. Quod genus retis in mare demissum omneis omnis generis pisces colligit. *Sagena quid.*

PAVLVS LIB. IX.

LEX XVIII.

MVnus tribus modis dicitur: vno, donum, & inde munera dici dari mittíve. Altero, onus, quod cùm remittitur, vacationem militiæ, munerísq; præstat. inde immunitatem appellari. Tertio, officium: vnde munera militaria, & quosdam milites munificos vocari. Igitur municipes dici, quòd munera militaria capiant.

SVMMARIVM.

1 Munus tria significat, donum, onus & officium.
2 Qui muneribus publicis fungūtur, immunitatis gratiā pecuniæ autoramēto impetrare nequeūt.
3 Munifices milites sunt, qui propter munera militiam facere coguntur, Candidati, & principales qui priuilegiis muniuntur.
4 Munificum prædium dicitur publicè functioni, & vectigalis collectioni obnoxium.
5 Municipes dicuntur qui ex eodem municipio nati.
6 Cerites fuēre primi municipes.
7 Bello victus, populus fundus fiebat pop. Rom.

VNVS. Trifariam hoc loco munus significari Paulus scribit, sed non aliòuersum quàm vt doceat, qui & vnde dicantur municipes, & municipia: quorum quidem verborum est frequens in iure nostro mentio. Primùm igitur munus pro dono, quod à mera donantis liberalitate proficiscitur, accipimus: ab eo dictum: quòd mutuo animo qui sunt, dant officij causa: vt scribit Varro lib. de lingua lati. Vnde illud Ouidij. *Munus tripliciter accipi.*

Munera, crede mihi, placant hominésque deósque:
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Et Hieronymi Haugeriani:

Munera si nequeo tibi mittere magna, libellaris
Hunc paruum, & nugas hinc tibi mitto meas.

Item apud Macedones, Chlamys & Apex aureus, munera fuere regia. Sic & xenia quæ exterarū gentium legatis dono mittebātur, munera appellabant, atq; etiā alio nomine, Lauciam, vt T. Liuius author est lib. ij. de bello punico, & lib. viij. & v. de bello Macedonico. Hoc etiā notat Budeus in Cōmenta. linguæ Græcæ, atq; etiā in annotatiō Pand. Quātū autē munus à dono differat eleganter notat Alciatus libr. iij. disputatio. cap. xiij. Quocirca nihil est quod hoc ipsum repetam. Sed & etiā munus significat onus quod imponitur tū personis, tum verò rebus & prædiis: quę quidem munera, ciuilia appellātur. Ea aūt omnia annumerātur in l. i. & l. fi. de muneribus. & *Lautia quid.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nerib.& hono.ff.Iã verò qui id genus muneribus onerãtur,id est quibus 2
publica functio incũbit,immunitatis gratiã,pecuniæ authoramẽto impe
trare nequeũt.l.Aestimationẽ.ff.e.l.illud.C.de excus.muner.li.xj.ab hac
muneris significatione dicta est immunitas. Sed munifices milites sunt,
qui ꝓpter munera,militiã facere cogũtur,vt testis est Vegetius lib.j.de re 3
milit.Sicut candidatos milites,principales dici idem Vegetius author est,
qui priuilegiis muniũtur.Qui igitur munera faciũt milites,munifices (vt
reposuit Budæus)nõ munificos Paulus vult appellari.Sic & munificũ prę
dium dicitur in l.ij.de prẽd.& om.reb.nauicula.li.xj.C. τὸ λειτουργοῦν καὶ σιωτελὲς
ait Budæus,id est publicæ functioni & vectigalis collationi subditum:sic 4
quoq; munificũ intelligit Pau.iurecõs.in l.si publicani.ad fi.l.ff.de pub.&
Municipes quid. vectig. Tertiò,munus,officiũ τοῦ ἔργου καθόλου:vnde municipes.Sunt autẽ muni 5
cipes,qui ex eodẽ municipio nati sunt,vt l.municipes.infra eo.Municipes
Aul. Gell. lib.xvj.cap. xiij. Gellius scribit lib.xvj.noct.attica.esse ciues Romanos ex municipiis, suo
iure,& legibus suis vtentes,muneris tantùm cũ po.Ro.honorarij partici-
pes:à quo munere capessendo appellati vidẽtur,nullis aliis necessitatibus,
neq; vlla po.Ro.lege astricti:cũ nunquã po.Ro.eorũ fundus factus esset.
Cerites primi municipes,sine suffragii. Primos autẽ municipes sine suffragij iure,Cerites factos accepimus:con-
cessúmq; illis vt ciuitatis Romanæ honorẽ quidẽ caperẽt,sed negotiis ta-
men atq; oneribus vacarẽt,pro sacris bello Gallico receptis custoditisq;.
hæc ille.Non igitur erãt municipes po.Ro.subditi,nisi eatenus quatenus
dignitatibus & honoribus afficerentur.Etenim cũ Romanis ciuibus ius
suffragiorũ,muneráq; ac Magistratus participabãt.Cæterùm,hi po.Ro. 6
Fundus po. Ro.qui facti fundus facti erãt,qui bello victi fuerãt,& quorum prędia publico ęrario
addicta victoriæ lege,aut populo diuidebãtur,secundũ legẽ Agrariã, aut
veteranis militibus meritorum pẽsandorũ gratia diuidebãtur.Nam qui
fœderati po.Ro.nõ erant,hi fundus populus dicebãtur po.Ro.facti,vt vi-
dere est ex Cicerone in Oratio. ꝓ L. Cornelio Balbo. Quid enim(inquit) ,,
potuit dici imperitius quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? ,,
Quid autem sit municipium,quãtúmq; differat à coloniis,videbis apud ,,
Capi.x. Alex.ab Alex.li.iiij.genial.dierum.Factũ est tãdem vt cẽseretur iã vnus- ,,
quisq; suæ ciuitatis municeps:quod tamẽ dignitatis atq; honoris in ciui- ,,
tatibus nomẽ esse nõ desiit.Cicero Philip.iij.Quis autẽ illo maledico im- ,,
purior?Ignobilitatẽ obiicit C.Cæsaris filio,cuius etiã naturalis pater,si vi- ,,
ta suppeditasset,Cõsul factus esset. Aricina mater,Trallianã, aut Ephesi- ,,
nam putes dicere?Videte quã despiciamur omnes qui sumus è munici- ,,
piis,id est omnes plani:notus enim quisq; nõ est. Quod autẽ municipium ,,
nõ cõtemnitis,qui Aricinũ tãtopere despicit vetustate antiquissimum, ,,
iure fœderatum,propinquitate penè infinitum,splẽdore municipum ho-
nestissimum?Hinc Voconię,hinc Scatiniæ leges &c.Plinius.ij.lib.j. Epist.
Epist.ad Romanum. Municeps (inquit) tu meus & cõdiscipulus,& ineũte ætate cõtubernalis,
&c. Hic suum municipẽ,suum ciuẽ appellat(Latinè enim dici nõ potest
conciuis,sed ciuis meus)& ex eodem municipio.De municipibus & iure
municipij,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

municipij,& quibus modis fiebant municipes latius videbis apud Alciatum,infra hoc tit.in l.municipes.& lib.iij.diſpunctio.cap.v.& l.j.& to.titu.ff.ad municipal.& de incol.& l.ij.& iij.C.eod.

VLPIANVS LIB. XX.

LEX XIX.

LAbeo libro primo prætoris vrbani diffinit,quòd quædam agantur,quædam gerantur,quædam contrahantur:& actum quidē verbum generale eſſe,ſiue re,ſiue verbis quid agatur: vt in ſtipulatione vel numeratione. Contractum autem vltrò citróque obligationem,quem Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emptionem, venditionem,locationem, conductionem,ſocietatem. Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam.

SVMMARIVM.

1 Agere τὸ πράττειν variæ ſignificationis verbum,in genere ſignificat,quocūque modo quid facere.
2 Actus eſt quo poſsit vel equos,vel pedes rutò commeare.
3 Actus agri ſpacium in quo boues agunrur arantes vno impetu.
4 Actus eſt generalius verbum quàm contractus.
5 Acta ſunt commentarij rerum memoratu digniſsimarum.
6 Acta memoria publica teſtata eſſe debent.
7 Actus rerum ſumma,& cura.
8 Geſtū in iure dicitur quidquid factū eſt ex ſubiecto rei, argumēto ſiue ex contractu,ſiue aliter.
9 Contrahere verbum πολύσημον.
10 Συνάλλαγμα omnis eſt contractus emptionis,& venditionis.
11 Contractus hic dicitur obligatio quæ vtrinque inter partes contrahentes concipitur.
12 Contractus nomine donatio non venit in ſtatutis.
13 Donatio κατ᾽ ἐξοχὴν contractus dicitur.
14 Iuſiurandum in pactis ciuilem obligationem non parit ſecus in iudiciis.
15 Ex pecunia donationis cauſa promiſſa,vſura non debetur ob moram.
16 Donatio eſt contractus ſtricti iuris.
17 Arbitrium & compromiſſum propriè contractus non ſunt.

ABEO. Is,arbitror,fuit Labeo Antiſtius,legum morūmq; po.Ro.peritiſsimus,& in iure ciuili apprimè doctus:qui cōſulentibus de iure reſponſitauit,cæterarūmq; bonarū literarum & artium non expers fuit:quíque in Grammaticam ac Dialecticam literáſq; antiquiores altioréſq; penetrarat.Latinarū etiam vocum origines,ac rationes percalluerat:ſed ea potiſsimum ſcientia quę ad extricandos iuris gryphos & nodos valebat, vteretur. De hoc plura apud Aulum Gellium lib.xiij.Ex hoc capite ſeu l.coniiciamus oportet libros ab ipſo Labeone ſcriptos de prætore vrbano fuiſſe,& editos. *Labeo iurif con. quit.* *capi.x.& xij.*

QVAEDAM AGANTVR. Vt oſtenderet Vlpianus quid propria ſignificatione, verbum cōtrahere,& cōtractus, in iuris diſciplina referret, poſuit hoc loco quantum ſit diſcriminis inter ea quę agantur, gerantur,& contrahantur.Primùm autem verbum, agere, non vna quidem ſignificatione profertur:à quo actio, actus, & actum deſcendunt. Nam agere propriè eſt quod Græci πράττειν dicunt: generaliter autem agere pertinet ad ea omnia quæcunque inter homines, & ab hominibus variis reſpectibus fiunt. Videlicet, ire, rixari, ſcribere, viuere, nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nam & vitam agere dicimus:& Aristot.libro primo polit. βίον ἄν τρόξιν dixit,id est,vitam actionem esse.Præterea & agere ducere ἄγειν,vnde & ἐλαύνειν

Actuquid. ἡ ἐλαυνάνοις, ἡ παρελαύνοις: & actor aselli hinc. Actus à iureconsultis,locus quo possit vnusquisque vel pedes,vel eques tutò commeare : vel ius agendi vel vehendi iumentum,vel vehiculum. Vlpia.in l.j.ff.de seruitu.rustico.præd. Modestinus autem in l.inter actum.eod.tit.scribit actum ab itinere hoc differre,quòd actus sit,vbi & armenta trahere, & vehiculum ducere li-

Iter quid. ceat.Iter esse quo quis vel pedes vel eques commeare potest.Dicitur etiã actus(vt omnia,si liceat,persequamur)spatium in agro,quòd in eo boues agerentur, cùm araretur vno impetu iusto,sicut Plinius libro naturalis histo. xviij.scribit,duplicatum autem in longitudinem iugerum facere.

Columel.li. v.capi.j. *Plinus libr. xviij.ca.iij.* *Triplex actus.* *Pletrum.* Legimus apud Varronem & Columellam,rei rusticæ libro quinto actũ quadratum(triplicem enim facit,minimum,quadratum,& quadratum duplicatum)vndique centum viginti pedibus terminari : hunc quidam Pletrum dicunt.Nam duo Pletra iugeribus singulis tributa sunt. Sed hęc omnia ad rem nostram non faciunt.Redeamus igitur.

Actum. ACTVM QVIDEM. Hoc distare à contractu actum hîc Vlpia.dicit,quod Actus sit contractu generalius verbum. Siquidem generaliter porrigitur ad ea quæcunque agãtur seu re,seu verbis : vt in stipulatione, numeratione.Contractum autem ad vltrò citróque obligationẽ extendi tantùm. Acta sunt commentarij earum rerum quæ memoratu dignissimæ sunt.Diarium veteres appellabant:nos hodie vulgari lingua,Iornale.

Diarium. Mos nanque apud antiquos erat,vt non tantùm ea quę ad publicum pertinebant in acta referrentur, sed vt quisque domesticam totius vitæ suæ rationem diebus singulis adnotaret. Maximi semper duxit po.Roma.& id quidem ad suam dignitatẽ pertinere existimauit, res præclaras annalibus mãdare:quotidianas autem & domesticas,diurnis actis. Vnde Cæsar,in consulatu diurna acta Senatus,& Populi publico committi manda

Acta. uit,quæ vel lætum aliquid,vel triste ac funestum testarentur.Cicero Philip.j.an(inquit)in commentariolis & Chirographis & libellis se vno author prolatis,acta Cęsaris firma erunt?Quibus verbis Cicero(Budæo teste)significat acta debere esse memoria publica testata.Plinius in Panegyrico.Sed quid(inquit)singula consector & colligo?Quasi verò aut oratione complecti,aut memoria consequi possim,quæ vos P.C.ne qua interciperet obliuio,& in acta publica mittenda, & in ære incidenda cen-

Actuररु. suistis.Sed rerum summa & cura,id est τῶν πεπραγμένων ὑπόμνησις καὶ ἐπιμέλεια, actus rerum vocatur,secundum G.Budęi sententiam in Commenta.ling.Græ-

Sueto. in Augu. cap. xxxij. cæ.Sueton.in Augusto.Ne quod autem maleficium negotiũm ve impunitate vel mora elaberetur,triginta amplius dies,qui honorariis ludis occupabantur,actui rerum accommodauit.At verò οἱ πράξεις τῶν ἀποτέλων, non

Bud.in commen. Valla lib.iij. cleg. cap.xxx. minus actus,quàm acta dici possunt Budæo & Valla testibus.Sed Vallam reprehendit Budæus quòd in verbo, acta,lapsus sit,cùm de actis Cæsaris loquitur.Nõ enim Cicero, cũ dicit Philip.j.An acta Cęsaris firma erunt,

acta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

acta rerum priuatarũ & familiariũ Cęsaris cõfirmanda à Senatu censuit: sed ad rempub. pertinẽtia. Præterea hîc Vlpianus inter gesta & acta differentiã ponit: quòd gestum (ait) rẽ significet sine verbis factã. Ipse quidem Lauren. Vallensis, inter acta & gesta hoc differentiæ assignat, quòd gesta sint in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad rẽ publicam, vel ad plurimos spectãtibus. Vt gesta Alexandri, gesta Põpeij, gesta Cæsaris, & similia. Acta verò etiã reru priuatarũ & familiarium Cicero Pub. Lẽtulo. Quæ gerãtur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis nõ interfuit solùm, sed etiã præfuit. Idem lib. v. Epistol. M. Licinio scribens. Quæ sint acta, quæq, agantur, domesticorũ tibi literis declarari puto. Sed hæc differentia cõfunditur à iureconſ. Nã actionẽ negotiorũ gestorũ ipsi, & totũ titulũ de nego. gestis in Pãdectis, ad res priuatas & familiares traducũt. Quapropter hîc Alciatus rectè censuit, gestũ, ex subiecto argumẽto, siue ex contractu, siue aliter quid factum sit, accipi. Gestionem Laurẽ. Vallen. dicit parũ in vlu esse: significare tamẽ administrationẽ & actionẽ.

Inter gesta & actaquid differat.

Gestio.

8

9 CONTRACTVM AVTEM. Contrahere verbũ variè, & pro rei argumento accipitur. Dicimus enim aliquãdo rem totã paucis contrahere: & neruorũ contractionẽ, id est σύντασιν. Sed propriè à iureconsultis nostris contrahere est cõmercia exercere, permutare συνάγειν, συναλλάττειν. Cicero li. iij. officio. Tollẽdũ (inquit) est igitur ex rebus cõtrahendis omne mendaciũ: nõ licitatorem venditor, nec qui cõtra liceatur emptor apponet: vterq; si ad loquẽdum venerit, nõ plus quàm semel eloquatur. Quo loco ipse Cicero scribit dolũ malũ in vendẽdis & permutãdis rebus semper abesse debere. Ab hoc igitur verbo cõtrahere, id est συναλλάττειν, Contractus descẽdit, quẽ Græci συνάλλαγμα vocant: veluti emptio, venditio, locatio, &c. Est autem συναλλάττειν, vnde συνάλλαγμα, paciscor, cõtractus conuentáq; in eo: quod Græci etiã συμβάλλειν dicunt, authore magno illo Budæo. Vnde & συμβόλαια, id est pacta & conuenta. Sic quoq; ἀσυμβόλαιος dicitur homo morosus vel improbus, cũ quo contrahi, vel cõmerciũ haberi nõ potest: & cui nihil est cum vita ciuili cõmercij, quales decet esse τοὺς μισανθρώπους. Sed & συμβόλαιος ἄλλος, dicitur cõtrouersia & iudiciũ de pacto & cõtractu. Est quidẽ συνάλλαγμα, cõpositũ à σὺν quod cũ, & simul significat, & verbo ἀλλάττειν, permuto, vendo, & emo. Vnde ἄλλαγα commerciũ, cõtractũ. Similiter & ἀντιαλλάττειν permutare & mutare significat Demosthenj. Rectè igitur contractum omnẽ permutationis & venditionis συνάλλαγμα appellauerunt. Nam ex illa rerũ cõmutatione qua sola vtebãtur veteres, teste Homero, χρύσεα χαλκείων καὶ βόας ἐννεαβοίων, factum est, vt συνάλλαγμα, pro omni cõtractu accipiatur, ante quàm pecunię vsus esset. Obligationem itaq; quæ vtrinq; inter parteis cõtrahentes concipitur, cõtractũ propriè dici Vlpianus hoc loco intelligit. Vnde in statutis quæ secũdum propriã verborũ significationẽ accipiẽda sunt, cõtractus nomine, nõ veniet donatio: cũ propriè donatio ea sit, quæ ex mera donãtis liberalitate proficiscatur: cõtractũ verò vltrò citrõq; obligatoriũ esse oportet. Nec mouere nos debet quod habetur in l. Iubemus nulli. §. verum. C.

Contrahere diuersa significare.

συμβόλαιον

ἀσυμβόλαιος

ἄλλα γε.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de sacros.eccl.res Cõstãtinopolitanæ ecclesię alienari nõ posse,seu cõtractu vẽditionis,siue donationis,vt dicamus hîc donationẽ, cõtractum esse: Est enim κατάχρησις, & latissima significatione contractum donationis dixit 12
Imperator.Similiter & in l.donationis.C.quod met.caus.quãuis ibidem notat Bal.donationẽ esse cõtractum,abusiuè tamen id esse acceptũ literæ sensus edocet:quemadmodum in l.si qs.C.de præscri.xxx.vel.xl.an.dixit enim Bar.in d.l.si donationis,ꝙ cùm ex donatione non oriatur vltro citróq; obligatio,impropriè eã cõtractum dici.Est quoq; Baldi sententia in
Iuramentũ non inducit ciuilem obligationem. authen.Sacramenta puberum.C.si aduers.vend.quo loco scribit iusiurã- 13
dum nõ parere ciuilem obligationem in pactis:secus verò in iudiciis fauore decisionis litis:maximè qdem vbicunq; deficit intrinseca solẽnitas, vt l.si qs pro eo.de fideiussor.Sed hoc ipsum speciale est hoc loco fauore libertatis.Etenim quãuis iurisiurãdi religione cõfirmata sit donatio, non propterea dicetur cõtractus vltrò citróq; obligatorius.Quare si pecunia, 14
vel quiduis aliud donationis causa ꝓmissum sit,nullas ob morã solutionis vsuras deberi Modestin⁹ respõdit in l.eum qui.de donatio.in eadem est etiã opinione Bar.in l.in ędib⁹.ff.eo.& in d.l.eum qui.vbi cõfirmat do 15
nationem nõ esse cõtractum bonę fidei,sed stricti iuris.Ergo nõ est ꝓpriè cõtractus vltró citróq; obligatorius.Præterea & arbitrium seu cõpromis- 16
sum,tametsi trãsactionis vim retineat,nõ est tamen ꝓpriè cõtract⁹. Neq; verò in statutis de cõtractu mentionẽ facientib⁹,cõprehenderetur.Id sen tit Bal.in rub.de rerum permut.C.& Io.de Imo.in cap.si quando.de offi. deleg.videto Bar.latissimè.in l.stipulationes.de verbo.oblig.

IDEM LIB. XII.

LEX XX.

VErba Contraxerunt,Gesserunt,non pertinent ad testandi ius.

SVMMARIVM.

1 Testamentum non est contractus.
2 Statuta ius nouum inuehentia maximè pœnalia de contractibus ad testamenta nõ extẽduntur.
3 Donatio,& transactio contractus non sunt.

Testamentum non est contractus.

ERBA. Cùm in condendis testamentis nulla sit testatoris 1
obligatio,ex qua nascatur aduersus eum actio, certè testamenti nomine,contractus non cõprehenditur:cùm ambulatoria sit hominis voluntas ad extremum vsq; vitæ spiritum. 1
Itaq; statuta ius nouum inuehentia,maximè autem pœnalia,de contra- 2
ctibus ad testamenta non transferuntur,seu extenduntur.Bald.in l.testamenta.C.de testamen.Quo loco sentit cum gloss.Bald,in d.l. testamenta,nomine contractus non contineri testamentum: citátque in eam rem hanc l.verba contraxerunt.Quod Barbatias not.pro quæstio.An veniat donatio causa mortis contractus appellatione : quam soluit gloss.in l. contractus.C.de fide instru.dicens donationem, & transactionem im- 3
propriè contractum appellari.

Paulus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PAVLVS LIB. XI.

LEX XXI.

PRinceps bona concedendo, videtur & obligationes concedere.

SVMMARIVM.

1 Princeps dicitur, qui primas, & principatum in rep. tenet.
2 Princeps est summi Dei ratio, & lex animata in tertis.
3 Imperatores quondam principes appellati.
4 Princeps Senatus erat apud Romanos.
5 Confiscatio bonorum obligationes continet.

PRINCEPS. Quemadmodum Græci ἄρχοντα, ἀπὸ τ ἀρχῆς vel ἀπὸ τὸ ἄρχειν, id est τυραννεῖν καὶ διοικεῖν, sic Latini principem à principio, quòd primus omnium dominetur, quódq; præsit, dixerunt. Cæterùm principes in castris dicebãtur, qui in principiis collocati militabant. Erant enim principia loca in castris, in quibus qui collocati erãt, principes dicebantur. Hi quidẽ ἀγωνιστοὶ τε viribúsq; & æta te fortiores erant, qui hastatos in acie sequebantur in xv. manipulos distinẽti: quíq; nõ continenter iuncti erant, sed modicis spatiis discreti, ac veluti in subsidiis positi, vt si prælio commisso hastati pedem aliquando referrent, ad ipsos principes, veluti grauioris militiæ viros tutò confugerent. Post principes, triarij pluribus vexillis ordine dispositi erant. T. Liuius libro octauo, Decad. prim. Prima (inquit) acies, hastati erant manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium. Manipulus, leueis vicenos milites, aliam turbam Scutatorum habebat. Leues autem qui hastam tántùm gæsáque gerebant, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, &c. Inde castrorum principalia, & principalis porta dicebatur, vbi principes ordines disponunt, authore Festo. T. Liuius libro quarto Decad. prim. Intentos (inquit) deinde hostes in vallum, egressus dextra principali, cum Triariis repente inuadit. De principiis idem Liuius eodem libro octauo Decad. primæ, sic scribit. Vbi (ait) Triarij consurrexerunt integri, resulgentibus armis, noua ex improuiso exorta acies, receptis in interualla ordinum Antepilanis, clamore sublato principia Latinorum perturbãt. Martianus in l. officium. §. officium. ad fin. ff. de re milita. Officium (inquit) Tribunorum, vel eorum qui exercitui præsunt, principiis frequenter interesse. Cuius quidem verbi significationem Accursius ignorauit: vt qui in linguæ Latinæ archana non ita profundè penetrarat: homo alio
1 qui ingenio acuto & subtili. Quod ad rem attinet, Princeps dicitur qui primas, & principatum in repub. tenet: quemadmodum in capite tanquã in arce, vt ait post Platonem Cicero libro primo Tusculanarum quæstio. τὸ ἡγεμονικὸν τ ψυχῆς, & Galen. libr. xiij. ἡγεμονικοῦς dixit. Cicero Philip. ix. ad fi-

ἄρχων vnde.

Princeps vnde dicatur.

Principia in castris.

Manipulus

Principalia castrorũ & principalis porta.

Accursius.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nem. O dij immortales, quàm magnum est personam in republi.tueri principis, quæ non animis solùm debet, sed oculis seruire ciuium. Alio item loco M. Tullius scribit principem, summi Dei rationem esse: & nostri iureconsulti, legem animatam in terris. Constat autem Imperato- 2
res quondam principes appellatos: sicut colligimus ex titu.de manda. 3
princip.l.j.§. & quod principi. Quod principi (ait Vlpianus) placuit, legis habet vigorem. & l.princeps.ff.de legibus & sena.vbi principem legibus nõ teneri scriptum est. Hîc principem pro Imperatore positum, satis apertè docemur ex l.penult.d.titu.de constitu.princip.quo loco traditur beneficium Imperatoris latissimè interpretandum: cùm tamẽ hæc l.sub.d.tit.de constitu.princip.sita sit. Re vera Romano Imperio ad monarchiam deducto, Imperatores, qui antea in militari dignitate id nominis sortiti erant, postea principes appellati sunt (nam Regium nomen inuisum erat po.Ro.) & purpura, pro insigni Imperatorio, induebantur: vt scribit Iul.Capitolinus in Maximinis, & in Gordiano. Erat etiam apud 4
Romanos, vnus in senatu, qui princeps senatus dicebatur, teste Budæo in annota, ad Pand. Quod genus honoris iis tantùm deferri consueuerat, qui authoritatem & gloriam, maximis in rempub. meritis, præstantissimisque rebus gestis essent consecuti, authore Plutarcho. Senatus princeps à censoribus legebatur. T.Liuius libro septimo Deca.tertiæ. Senatus lectionem contentio inter censores de principe legendo tenuit. Sempronij lectio erat. Cæterùm, Cornelius morem traditum à patribus sequendum aiebat, vt qui primus censor ex his qui viuerent, fuisset, eum principem legerent. Et paulò post. Cùm diu certatum esset verbis, concedente collega, lectus à Sempronio princeps in Senatu Q. Fabius Maximus Cos. Inde alius lectus Senatus octo præteritis, inter quos L.Cæcilius Metellus infamis author deferendæ Italiæ post Cannensem cladem.

Authen. de consul. sub fin.

BONA CONCEDENDO, Quotiescunque bona ob delictum confisca- 5
ta princeps alicui concedit, videtur etiam ea omnia quæ appellatione bonorum continentur, concessisse. Obligationes itaq; & actiones pertinent ad eum cui publicata bona damnati addita sunt, Vlpianus in l.si constante, §.si bona.solut.mat. vbi publicatis damnatæ mulieris bonis, quæ illi pro dote competebat actio, in fiscum transfertur. Quid autem Bonorum appellatione veniat, infrà suo loco abundè dicemus.

Confiscatione bonorum cessa quid venit.

Caius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX XXII.

PLus est in restitutione quàm in exhibitione. Nam exhibere, est præsentiam corporis præbere: restituere, est etiam possessorem facere, fructúsque reddere. Pleraque præterea, verbo restitutionis continentur.

SVMMARIVM.

1 Exhibere est alicuius rei cognoscendæ potestatem in publico, aut apud prætorem facere.
2 Restituere est rem domino tradere quam possidere ei rursus liceat.
3 Qui rem penes se habet alienam, eius pretium offerendo, non restituit.
4 Damnati bona confiscata, & à priuato aliquo empta, si damnatus postea restitutus in integrum fuerit, ab emptore non veniunt restituenda, sed à fisco.
5 Suus hæres eiurata bona hæreditaria, quæ venierint, repetere non potest nisi minoris ætatis beneficio.
6 De restituendo sententia simpliciter lata, fructus quoque importat, si de iure restituendi veniunt, aliâs non.
7 De fructibus non petitis Iudex non pronunciet.
8 Restituere verbum generalius, est rem exhibere, eámque possidendam cum fructibus tradere.



PLVS EST. Qui sententia iudicis rem restituere damnatus, eam ipsam tantùm exhibuerit, sententiæ minus paruisse censebitur. At qui eam restituerit, cùm tamen exhibere tenetur solùm, plus eum fecisse dicemus. Nam exhibere hoc tantùm dicimus cuius potestatem in publico facimus, aut apud prætorẽ edimus vt experiundi sit copia, & facultas ei qui ad exhibẽdũ egit, postquàm rem sibi exhibitam viderit & cognouerit. l.ij.ff.ad exhibend.l.locum.§.hoc interdictum.de tabul.exhib. Restituere autem, est non rei copiam tantùm facere, sed ipsam quoque domino tradere, quam possidere rursus ei liceat. Vnde si quis conueniatur, vt rem restituat, siquidem eam apud se habet, non liberabitur cùm eiusdem rei precium & æstimationẽ restituere paratum se professus fuerit: equidem qui posit ad ipsam rem restituendam præcisè (vt dicunt) compelli. Ita opinatur Bartol. in l.vnicã. §.æstimatio.de æstimato.act. & in l.qui restituere.de rei vendica. vbi est etiam litera dicens manu militari officio iudicis posse cogi. Sed forsan quæras. An is qui publicata bona damnati à fisco emit, si postea reuocetur ab exilio qui damatus erat, & restituatur à principe, bona publicata à fisco empta restituere teneatur? Primùm quidem videtur non teneri, vt l.bene à Zenone.C.de quadrien.præscrip. Etenim illa legitimè emit. Sed qui ab exilio reuocatus est, poterit fiscum, vt restituat, cogere. Ea est Barto. sententia in l.fin.C.de sententiam pass. Est text. in l.fina.C.de repudia.hæredit. & ibidem docto. Quo loco, si suus hæres cernendæ hæreditatis ius eiurauerit, siquidem post repudiatam hæreditatem, bona hæreditaria vænierint, ea ipsa reuocare ac repetere non licebit, nisi

Exhibere quid.

Restituere quid.

Quæstio optima.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

minoris ætatis beneficio. 1

FRVCTVSQVE REDDERE. Quamuis iudex in sua sententia debeat 6
nominatim de restituendis fructibus cauere, si tamen hoc ipsum prætermiserit, sed solùm & simpliciter rem restitui iusserit, fructuum quoq; restitutio subintelligenda venit. l. videamus. §. in fauiana. de vsur. Et id quidem præscribendum fuerit, si iure fructus restituendi veniãt: aliâs enim dicendum esset hoc, locum non obtinere. In hanc sententiam scribit Bald. in rubric. de fructibus & litium expensis. C. Quod sanè notandum erit ad præscribenda atque intelligenda ea quæ scribit Innocen. in capi. grauis. de restitutione spolia. quòd scilicet si non pe- 7
tantur nominatim fructus, nihil de his iudex pronunciare debet, vt l. item sciendum. de ædilitio edicto, nisi ob multas rationes quas ibidem tradit Innocentius quem in hanc rem videto si lubet. & Bald. in l. cùm propria. C. si quis alte. vel sibi. Restituere igitur, cùm verbum sit gene- 7 8
ralius, est & rem exhibere, simúlque eam ipsam tradere possidendam cum eiusdem rei fructibus, vt l. stipulatus. de vsuris. Alexã. in l. ex diuerso. §. primo. ff. de rei vendi. l. in condemnatione. §. j. de regulis iuris. ff. Alciatus in l. cùm fundus. de reb. credit. si certum peta.

Restituere, in sententia quid importat.

RESTITVTIONIS VERBO. Pleraque etiam alia significata habet verbum Restituere. Nã & ἀποδίδοναι, id est reddere significat, vt antè diximus: quod ipsum reddere, est veluti similem efficere. Vt cùm dicimus reddi parentum similitudines post plures partus. Plinius libro septimo natural. historiæ capi. xij. Suræ quidem (inquit) proconsulis etiam rictum in loquendo, contractionémque linguæ, & sermonis tumultum, non imagi- 1
nem modò, piscator quidam in Sicilia reddidit. Item & restituere domum, pro reficere & reparare: & natalibus, & pristinæ integritati restituere: & multa alia vide infra in l. verbum reddendi. 2

Restituere multa significat.

Reddere.

VLPIA. LIB. XIIII.

LEX XXIII.

REi appellatione, & causæ, & iura continentur.

SVMMARIVM.

1 Rei vocabulum multiplicis significationis, ad causas secundas protenditur atque etiam ad iura.
2 In rei vendicatione rei vocabulum non extenditur ad causas, & iura: ne obscurior sit petitio. 4
3 Reconducta in dubio intelligenda est proprietas tantùm.
4 A testatore res suæ legatæ, totam hæreditatem iura, & actiones complectuntur.
5 Fundo clientelari præhenso, omnes ipsius accessiones, & iura tam corporalia, quàm incorporalia, sub rei appellatione in hanc præhensionem veniunt.
6 Rei appellatio absoluta, ea quæcunque insunt, & accedunt, complectitur, etiam in contractibus extremis mandatis, & concessionibus principum.

Rei

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

REI. Rei nomen in significatione multiplex est. Nam & tam res corporales, quàm quæ incorporales sunt, complectitur. Significat equidem res modò negotium: vt cùm dicimus nihil nobis rei esse cum aliquo: modò congressum venereum τοῦ συμπλοκῆς vt frequenter apud Terentium. Præterea & facti atrocitatem: vnde reus (quoniam à re dicitur) capitis damnatus. De quo latè videbis apud Alciatum libro secundo Parerg. iudicium quoque res significat: & rem subire dicimus, id est, iudicium: & rem iudicatam, & comperendinatam: & è re mea esse, pro ad meam vtilitatem pertinere: & hominem ad rem auidiorem, id est, χρηματιστὴν apud Terentium. Ausonius vnico versu, rei significationem decantat his verbis: Cap.x.

Iudicium, venerem, litem, cur vna notat res?

Horatius quoque libro primo epistolarum Episto. prima ad Mœcena. dixit rem facere, pro augere patrimonium, & diuitijs studere his verbis.

Isne tibi melius suadet qui vt rem facias, rem
Si possis rectè: si non quocunque modò rem.

Et idem paulò pòst,

Multis occulto crescit res fœnora, &c.

Et idem libro secundo Sermonum, Saty. sexta.

Si neque maiorem feci ratione mala rem,
Nec sum facturus, &c.

Ad hæc rem pro loco aliquando accipimus. Vt in rem præsentem aduersarium perducere, id est in eum locum de quo controuersia est inter litigatores. Liuius lib. xxxiiij. Responderi (inquit) legatis vtriusque partis placuit, missuros se in Aphricam, qui inter populum Carthaginiensem & Regem in re præsenti disceptarent. Plura alia exempta huius significati profert Lauren. Vallens. lib. iij. Quod etiam Budæus eleganter annotauit. Decad. iiij. lib. iij. Cap. cxij.

Est ergo generalis rei appellatio, vt quæ & ad causas secundas seu causatas protendatur, atque etiam ad iura. l. j. de rebus credi. si cer. pet. Ad causas scilicet, ipsius rei, vt fructus: ad iura, id est, ad seruitutes ipsi rei debitas vt explicat Accurs. Ecce enim si apud Prętorem peto res meas mihi restitui, censebor & fructus rei, & seruitutes rei debitas petiisse. Alciat. in d. l. cùm fundus. de reb. cred. si cert. pet. & iurib. suprà alleg. Sed id quidem in rei vendicatione locum non habet, ne obscurior sit petitio & libellus actoris. l. si in rem. ff. eod. cap. ij. & ibidem gloss. in verb. significantibus. de libel. oblat. At verò in actione personali, si res simpliciter petita sit, censebor rem totam qúęque ipsi rei cedunt, petiisse, vt l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrogato. act. secundum Panor. & Imo. sententiam. Quid si rem conducam ab aliquo, dubiũ sit autẽ, de possesione, an verò de proprietate rei contractũ sit, qualiter ancipitem iuris quęstionẽ explicaueris? Et sanè de proprietate tantũ intelligi omnes consentiunt, maximè Bar. in l. si aliquam rem. ff. de acquir. pos. Est tex. in l. si duo. ad finem. vti posside. Quid item si testator res suas legauerit? Totam quidem hæreditatem le- Limitatio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gatam Bartolus respondit in l.licet. C.de pactis.textus in dicta l.licet. Ad extremum re legata iura & actiones legatas tam ex hac lege, quàm 4
ex l.rei appellatio.suprà eodem, colligemus: quæ etiam est Baldi sententia in l.ex legato. C.de legatis. Quid si fundus clientelaris præhendatur, an omnes ipsius fundi accessiones, seu corporalia, seu incorporalia iura, id est (vt dicitur) omnes pertinentiæ annexæ & dependentes quæ sunt de proprietate vel iuribus feudi, quia non separatur à suo principali, sed sunt vnum idémque integrum, in eiusmodi præhensione veniant? Et venire dubium non est. Quandoquidem rei appel- 5
latio absoluta, complectitur etiam ea quæcunque ipsi rei iure suo 6
accedunt: neque id in quibuslibet dispositionibus tantùm, sed & in contractibus. Celsus in l. si venditor. ad finem. cum l.sequenti. ff. de actionib.empt.l. si aquæductus. cum duabus legib. sequen. l. fistulas. ad principium. ibi. vt id quoque accederet, licet scriptura non contineretur. l. qui fundum.§. primo .ff. de contrahenda emptio. & venditio. habet id quoque locum in extremis mandatis & vltimis voluntatibus l.testatrix.§. finali.ff.si seruit.vindic. Item in concessionibus & beneficiis principium.l.si quando.C.de bonis vacanti.libro decimo. Et in eum quidem sensum hanc l. intelligit Carolus Molinæus in Commentariis ad consuetudin. Paris.§.primo.titul.De matiere feodal.

CAIVS LIB. VII. AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX. XXIIII.

NIhil aliud est hæreditas, quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuit.

SVMMARIVM.

1 Κληρονομία κατ' ἐξοχήν est iusta hæreditas, propinquitatis iure.
2 Hæreditas diuiditur in duodecim partes, aut plures si commodum videtur.
3 Hæreditates olim, vt etiamnum hodie frequenter sorte diuidebantur. Vnde κληρονομίαι sunt appellatæ Græcis.
4 Hæreditas, pars, calix funiculi distributionis, tropicos in sacris pro sorte hæreditaria accipiuntur.
5 Clerici à sorte dicti sunt.
6 Λάξις est hæreditaria possessio ab vno desinens, & in alterum transiens.
7 Ἀνεψιαρχικὴν Liber in quem puerorum qui extra tutelam essent nomina referebantur.
8 Successio est aditio, vel ius adeundæ hæreditatis, & successoris atque hæredis eadem est causa.
9 Legatarius, Donatarius, & qui ex commutatione aliquid accepit, successor dicitur, sed rei non iuris.

Succes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

10 Successores rei,personalium actionum iura non subeunt.
11 Alieni æris actio fundum non sequitur nec minuit.
12 Interdicto locus est aduersus eum qui possider,ab eo in cuius locum successit.
13 Speciale est vt personalis actio successorem rei sequatur:nam regulariter è contrario dicendum est.
14 Duplex succedendi modus per priuationem,& per transmissionem.
15 In successorem singularem non transmittitur actio.
16 Ad pensionem emphyteuticam præteritam,& non exolutam successor per transmissionem non tenetur.
17 In vectigali tributariáve pensione non exoluta tenetur singularis successor.
18 Hæc verba in tabulis,aut instrumentis,Pro se & suis successoribus,aut causam ab eo habentibus non obligant successorem singularem.
19 Si additum sit signum generale, vel indefinitum,omnibus vel quibuscunque,aut simile,singularis successor tenetur.
20 Prælati qui suo non ecclesiæ nomine contraxerint,successores suos non obligant.
21 Si ecclesiæ nomine contraxerint rectores,tenentur successores.
22 Vitium autoris,si reale sit, successori inhæret.
23 Successor in vitio reali,vti potest,& debet autoris accessione,cum sua causa & vitiis.
24 Successor absolutè, pro vniuersali hærede intelligendus est, secundum propriam interpretationem.
25 Hæres est successor in vniuersum ius quod defunctus habuit, siue ex testamento, siue ab intestato.
26 Ius quod personæ tantùm cohæret ad successorem non transit.
27 Actio iniuriarum quæ defuncto competebat ad hæredes non peruenit,nisi contestata lite quatenus ex delicto defuncti ad hæredem peruenerit.
28 Ius vsusfructus personale est,& cum defuncta persona extinguitur.
29 Vniuersum restringitur ad significata.
30 Vniuersum ius de successione iuris intelligitur quod vocatur hæreditas, personámque complectitur in omnibus iuribus quæ defunctus habuit.
31 Qui hæreditatem adit,omnia onera hæreditaria subire censetur.
32 Adita hæreditas dicitur,cum successor animo,re ipsa,& facto hæredem se proditbonisque prædialibus suo quodammodo iure vtitur fruitur,& illis se immiscet.
33 Occupatio, & habitatio prædij vel domus iusta alia causa,non arguit aditionem hæreditatis.
34 Qui interrogatus hæredem se verbo esse respondit,nec bonorum possessionem agnouit, hæreditatem non dicitur adiisse.
35 Qui defuncti manibus parentauit,non censetur hæreditatem adiisse, nec creditoribus astringitur.
36 Hæreditatis appellatione neque legata,neque fideicommissa continentur.

NIHIL. Quam nos Latinè hæreditatem appellamus, Græci κληρονομίαν, ἐκ τῆς κληρονομίας, ἢ κληρονομεῖν τὸ ἐκ τῆς κληρονόμου, τὸ τὸ ἐκ τῆς κλήρου ἢ νέμου. Vnde & apud Græcos vetustissimos κληρονόμοι dicebantur hæredes teste Alciato libro decimo Pareng. Sic apud Græcos ipsos videtur, à sorte & lege dicta, vel quòd successori post mortem lege, id est, iure ciuili obueniret, vnde iusta hæreditas, id est, ius successionis legitimæ τὸ τῆς κληρονομίας ἢ ἀκρόσεως: nam ἀκρόσεις, est iure propinquitatis hæreditatem cernere aut petere, sicut Budæus in annota.ad Pandect. & in Commentar. ling. Græ. eleganter annotauit: vel quòd νέμου, id est, diuisio, erat, seu diuidi solebat in duodecim vncias: quas simul Assem dicebant. Qui igitur in vncia instituissent aliquem, duodecimæ tantùm totius patrimonij partis hæredem faciebant. At verò cùm in assem hæredem scribebant, omnem quidem integrámque hæreditatem in eum transferri volebant.

Alcia. lib. x. Pareng. c. j.

As. vncia. Sextans. Quadrans.

Qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Qui in sextantem in duas totius asis vncias: in Quadrantē, in vncias treis; id est, in quartā partem totius hæreditatis instituere dicebātur. Propterea in Trientem, id est in iiij. vncias, quę totius asis erat pars tertia. Quincūx, quinq;, Semis, sex vncias, totius asis dimidium. Sescunx, vij. Bes, à Græcis ἡμίουγξ viij. Dodrans, ix. Dextans, x. Deunx, xj. vncias continet. Cic. in Orat. pro Aul. Cecinna. Neque ita multò post, Aulo Cecinnæ nupsit: vt in pauca conferam, testamento facto mulier moritur: facit hæredem ex Deunce, & Semuncia Cecinnam: ex duabus Sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri; Ebutio Sextulam aspergit. Iuuenal. Satyra j.

Triens.
Quincunx.
Semis.
Sescunx.
Bes.
Dodrans.
Dextans.
Deunx.

Unciolam Proculeius habet, sed Gillo Deuncem.

Iam verò hęreditas tametsi in partes xij. diuideretur, vt suprà dictū est, & habetur in l. Seruum. §. fin. de hæred. insti. & in §. hæreditas. instit. eo. & Theophil. ibid. diffusè Alex. ab Alex. Genial. dierum li. j. erit nihilominus testatori liberū, in tot, quot cōmodum erit, parteis diuidere, infinitósque hæredes facere. §. & vnum hominē. instit. eo. tit. Arbitror insuper Græcos suam κληρονομίαν, id est, hæreditatem, ideo dixisse ꝙ olim (quod & adhuc ab aliquibus hac tempestate solet) sorte diuideretur hæreditas. Nam & κλῆρος sortem significat, & κληροῦν sortito aliquid facere, & κληροῦν sortiri & sorte legere: ac deinde νέμω ἀπὸ τοῦ νεμέσθαι τὴν γῆν, vt ait Proclus Platonis interpres, quod diuidere significat. κληρονόμος & agri diuisorē apud Aegyptios; sicut luculenter docuimus in Cōmentariis nostris ad Statuta municipalia Turonensis præfecturæ, ad rub. generalem. Ad hæc ἀπολληροῦν exhæredare, hinc ἀπόκληρον hæreditatis exortes. Hac quoque voce B. Dionys. in hierar. vocauit diuini patrimonij exhęredes. Est enim (inquit Budęus) ἀπολληρόω exhæredare. Sed ipse B. Dionys. de resurrectione loquens, sortem beatorū vocauit ἀπολήρωσιν, id est, λῆξιν. Vnde sortem hæreditatem dixerunt, vt v. Paralipomen. Miserúntque & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram Dauid Rege, & Sadoch, & Abimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores, omnes sors æqualiter diuidebat. Et nume. 33. Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaam, disperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate mundantes terram & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis in possessionem, quam diuidetis vobis sorte. Pluribus, dabitis latiorem: & paucioribus, angustiorem: singulis, vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas, per tribus, familias possessio, vt videtur. Et Psalm. 77. Et eiecit à facie eorum gentes; & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Sanè verbum hæreditas, apud Hebræos in sacris literis latissimè patet. Hæreditatem etenim appellant terram diuisam in populos per Iosuam. Inde translata vox est ad omnes donationes. Quandoquidem terra Chanaam, donata fuit absolutè Populo Israël: Vnde & reliquas omneis possessiones, dona, ac proprietates rerum, hæreditatē nominabant, quare Psal. 119. scribitur his verbis. Lex tua, est hæreditas mea: hoc est, donum quod donasti mihi.

Cap. j.

κλῆρος Sors
κληροῦν κληρῶσαι κληρῆν. Νέμω.
ἀπὸ κληρῆν καὶ ἀπὸ κληροῦσθαι.
Exhæredare.
Ἀπόκληρον. Exortes hereditatis.
Sors pro hereditate.

Hæreditas verbum apud Hebr.

Sic

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

4 Sic hæreditas, pars, calix, funiculi distributiõis, sors in sacris literis, figura & tropo elegantissimo pro eodem vsurpãtur. Præterea & hæreditate aliquid vel consequi, vel obtinere, frequẽs hebraismus est, pro eo quod dicimus possidere. Hinc Paulus Galat. 5. Regnũ DEI nõ possidebunt, id est, Regni DEI hæredes non erunt. Sors igitur, vel hæreditatem, vel hæreditatis partem significat, vt scribit B. Hieronymus in episto. ad Neopotia. de vita clerico. Si enim (inquit) cleros Græcè, sors Latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt domini, vel quia dominus ipse sors, id est pars clericorũ, est. Vnde Psal. 77. Pars mea domin⁹. Et alibi. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meã mihi. Et rursus. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas præclara est mihi. His ego rationibus facilimè adducor, vt cõijciã Græcos rectè κληρονομίαν, quam nos hæreditatem, à sorte, & diuidẽdo, appellasse: quia sorte diuideretur hæreditas: vel quòd sortem veteres hæreditatem dixerint. Sed & λῆξιν eos etiam dixisse testis est Alciatus lib. x. Parerg.

Possidere pro hæredẽ esse apud Hebræos.

Clerici vnde dicti.

6 ἀπὸ τ̃ λήγειν, id est, à desinendo, à quo puto etiam homagium ligium dictum quòd ab vno in alterum desinat: id est, vt Galli dicunt (inquit ipse Alcia.) In mortuis viui sesitant. Vnde Lexiarchi dicebantur apud Athenienses, qui ius de hæreditatibus dicebãt. beat. Dionysius (vt iam diximus) de Resurrectione loquẽs, λῆξιν appellauit sortẽ beatorum, id est hæreditatẽ Hebreo tropo. ἀθάνατον τὸ κληρονομίας ἀπολαμβάνειν λῆξιν. Est autẽ λεξιαρχικὸν (sicut annotauit elegãter & scitè Budæus, vt erat Latinæ iuxta ac Grecæ linguæ peritissimus Mercurius) ἐπὶ ὁ ἐγγράφοντο οἱ διαθέσεις τῶν παιδίων, οἷς ἐξῆν ἤδη λαμβάνειν παῖδας οἰκονομεῖν. Album seu liber in quem puerorum nomina referebantur, qui iam tutelæ suæ facti erãt, hoc est ἐξουσίας, sui iuris, & qui de suis facultatibus statuere poterant πεφὶ τὸ λέξιον ἀρχεῖν ἀρμόδιον, hoc est, τῶν κλήρων τῶν ἰδίων. Ego autem hæreditatis verbum à nostris latinis ab hærẽdo dictũ existimo, quòd veluti hæreat futuro successori, qui defuncto domino cõtinuetur, cùm scilicet defuncti bona, hæredi superstiti eidémque proximiori mancipata cẽsentur esse, & ex mortuo in superstitẽ successorem trãsit dominium & possessio: quod vulgo in generali Regni Franciæ constitutione, dicitur, mortuus sesit viuum. Cuius quidẽ argumenti, do. Andreas Tiraquellus (cui ego aliquot iam annos charissimum me sanè profiteor) tractatum amplissimum doctissimũque nuper scripsit ac edidit.

Lib. x. ca. j.

Lexiarchi qui dicebantur.

Lexiarchicon quid.

Hæreditas vnde dicatur.

Do. Andr. Tiraquell. Mort saisir le vif.

7 QVAM SVCCESSIO. Succedere, verbum, multa significat. Nam præter hoc quòd à iureconsultis nostris accipitur pro hæredem esse, significat etiã subire locum aliquem & intrò ire: vt apud Virgil. libro septimo Aeneid.

Succedere variè accipi.

Ingrederẽ, & nostris succede penatibus hospes.

Et itèrum lib. quarto Aeneid.

Quis nouus hic nostris succeßit sedibus hospes?

Et libro primo.

Quare agite ô iuuenes, tectis succedite nostris.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Idem libro tertio Georg.

Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus.

Hîc succedere tecto dixit, pro sub tectum ire, & latêre: vt ex præcedentibus versibus intelligimus.

Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit cælúmque exterrita fugit.
Aut tecto assuetus coluber succedere &c.

Succedere item, pro alio significato accipiebant veteres, cúmque successum esse alicui dicebant, abrogatum ei Imperium esse significabãt. Et successorem dare vel mittere, est magistratum abrogare: quod nunc vulgò, officium alicui auferre dicimus, Budæo teste: id est ἐπαποστέλλειν τὴν διαδοχήν. 8

Succesio quid.

Sed apud nostros Iureconsultos successio modò hæreditatis aditionem, modò etiam adeundæ ius hæreditatis significat. Vnde Successor pro hærede vsurpatur. Etenim qui se successorem existimat, in ea est conditione qua esse dicitur, qui se hæredem existimat. eandémque hæredis ac successoris esse causam Vlpianus respondit. l. item veniunt. §. licet autem. de petitio. hæred. vbi Barto. idem sentit. Dicitur quoque & is successor, 9 qui vel ex donatione, vel commutatione aliquid, vel ex legato accipit ab aliquo. Non dicetur tamen ille iuris, sed rei successor. In eandem fermè

Constan. li. vsitu. viij.

sententiam scribit Constantinus Harmenopul. libro quinto Epitom. iur. λήψεται καὶ διάδοχος, ἢ ἀπὸ δωρεᾶς τίνος ἢ πράσεως ἢ ἀνταλλαγῆς, ἢ ἀπὸ λεγάτου λαβεῖν πρᾶγμα ἢ τίνος, ἀλλ' ὅτι ἡ διάδοχος λέγεται, ἀλλ' ἡ λεγεῶνι δοκεῖ διάδοχος, ἀλλὰ πράγματος, &c. Sed illi 10 quidem successores, personalium actionum iura non subeunt. l. si is qui. §. quod dicitur. de iure dot. l. si fideicom. §. tractatum. de iudic. l. j. §. si hæres. 11 ff. ad Trebel. in quibus locis, alieni æris actio fundum non sequitur, nec 12 minuit. Sed quid dicas, inter dicto locum esse aduersus eum qui possidet ab eo in cuius locum successit, siue in rem, siue per vniuersitatem sit 13 successum: vt l. j. §. illud tenendum. & §. sequen. ff. quorum legato. Respondet Accursius hoc loco, speciale idipsum esse, secundum Ioan. vt personalis actio, successorẽ rei sequatur. sed regulariter è contrario dicendum est, vt iurib. suprà citatis. Est itaque duplex succedendi modus: per priuationem 14 videlicet, & per transmissionem, vt not. Bald. in l. si auus. de libe. præte. C. Per transmissionem quidem successor ex singulari voluntate dicitur, vt 15 iure legati, donationis, vel commutationis: de quo est superius à nobis dictum, cúmque personali actione non teneri: cùm in successorem singularem non transmittatur actio personalis: vt d. l. j. §. si hæres. ad Trebel. cum 16 aliis iuribus. Vnde fit vt ad pensionem emphyteuticam, præteritam quidem non exolutam, successor per transmissionem seu singularis, nequaquam teneatur: vt quia ad eam agi, nisi personaliter non possit, vt not. per Ioan. Imo. in cap. potuit. extra de locato. not. etiam in l. ij. & iij. C. de iure emphyt. Quid autẽ de vectigali tributóve pensitando ex re vel donata, vel legata, vel commutata, an singularis successor teneatur ad illud vectigal,

seu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

17 ſeu præteritum non perſolutum, ſeu futurum. Et ſanè hoc ſpeciale eſt in
veſtigali tributóq;, vt ſingularis ſucceſſor illud pendere teneatur. l. cùm
poſſeſſor. §. fi. de cenſib. Ille nihilominus ab hærede vniuerſali repetet præ
teritũ, quod ſolus ſucceſſor vniuerſalis & hæres ſubire tenebitur. Eſt tex.
in l. qui concubinam. §. qui ortos. de lega. iij. expreſsius cauetur in l. idem
Iulianus ſcribit. §. hæres. de leg. j. & hęc maximè locum habent, quando-
cunq; actio rem ipſam ſequitur, quę datur aduerſus hęredem vniuerſa-
lem. l. ſi res. de leg. j. quæ fuit etiã Bartoli ſententia. Quid deniq; ſi tabulis
vel inſtrumento ſcriptum cautúmq; ſit, ipſum, ſucceſſorémve eius, eúmve
ad quem res tum ab eo pertinebit, ànne ſucceſſorem ſingularem cõpræ-
hendat? Et nõ cõprẽhendere Bal. ſenſit in l. emptorem. C. locati. ac citat in *Pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, et cauſam ab eo habentibus, an obligat ſucceſſorem ſingul.*
18 hanc rem l. quędam. §. is autem. ff. de eden. l. ſtipulatio iſta. de verb. obligi.
Alex. in d. l. quędam. §. nihil. quo loco præſcribit ſeu limitat hoc axioma,
19 niſi ſcilicet in diſpoſitione additum eſſet, quibuſcunque ſucceſſoribus:
tunc enim tam ſingulares ſucceſſores, vt legatarij, quàm cęteri vniuerſa-
20 les cõplecti & cõprẽhendi cenſerentur. Sic prelati & rectores ſacroſan-
ctæ eccleſię, qui nõ eccleſię ſed ſuo ipſorum nomine contraxerint, quia
ea quidem obligatio nõ in rem ſed in perſonã cõcipitur, ſucceſſores Præ-
latos & rectores nulla ratione obligant: neq; tenentur ipſi ſucceſſores cõ
probare & preſtare factum ſuorum maiorum. Si verò eccleſię nomine
21 vel cõtraxerint, vel res eccleſiaſticas locato tradiderint, aliud dicendum
erit. De qua re vide quod ſcripſimus in noſtris Aphoriſmis iuriſpruden- *Aphoriſ. cxcij.*
22 in verb. prelatus. His rationibus iudicabimus de vitio authoris: ſiquidem
reale ſit, ſucceſſorem comitari: vt res furtiua & vi poſſeſſa. l. vitia poſſeſ-
ſionum: cum gloſſ. ibidem. C. de acquiren. poſ. l. dolus. C. de reſcin. vendi.
23 Quod ſi ſucceſſor vti velit authoris ſui acceſsione, vti quidem debet cum *Vitium authoris quando afficiat ſucceſſores.*
ſua cauſa & vitiis. l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acquiren. poſſeſ. ſi verò
vitium perſonale ſit, ſucceſſorem non afficiet. l. an vitium. & ibidem glo.
de diuerſ. & tempo. præſcrip.

IN VNIVERSVM IVS, QVOD DEFVNCTVS HABVIT. Rectè quidem
Caius hîc definiuit hæreditatem, ſucceſsionem eſſe. Etenim quãuis non
24 vno quippe modo, ſucceſsionis verbum accipiatur, ſi tamẽ de ſucceſſore *Succeſſor in dubio quis.*
abſolutè, quęſtio ſit anceps & dubia, vniuerſalis ſucceſſor, ſeu hęres intel-
ligendus erit: idque ſecundum propriam interpretationem. Alexan. in d.
§. nihil. Bald. in l. ij. C. de peti. hęred. Barto. in l. pater. §. mater. de lega. iij. *Hæres quis.*
25 notat Pau. Caſtren. in d. §. is autem. Oportet igitur diffinias hæredem; vt
1 ſit ſucceſſor in vniuerſum ius quod defunctus habuit: vt hîc: & l. hęreditas. ff. de reg. iur. Idq; ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato veniat ſucceſſor,
eſt proculdubio accipiendum. Sed hęc oratio, in vniuerſum ius, non ita
5 generalis eſt, vt diſtinctionem ac præſcriptionem aliquando non recipiat. Nam quod defuncto ius competebat, aut reale eſt, & patrimonium *Limitatio prima huius definitionis.*
ſuum reſpicit: & hoc quidem ius, ſeu actiuè, ſeu paſsiuè ad vniuerſalem
26 ſucceſſorem & hæredem omnino pertinet. Quod verò perſonę tantùm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cohæret, veluti ex priuilegio, siue alio modo hoc ipsum subire hæres ne-
quaquam tenebitur: vt si ad pœnam obligatus erat defunctus: nisi cœ-
ptum esset iudicium. l. vbi acceptum. de iudi. Paulus in l. pœnalia. de re-
gu. iur. l. j. & quæ ibidem not. gloss. C. de iudi. authen. de litigiosis. §. si verò
Limitatio. ij. apud iudicem. col. viij. & gloss. ibidem. Similiter & actio iniuriarum quæ 27
defuncto competebat, vnà cum ipso defuncto moritur & cessat: nec hæ-
redibus competit, nisi contestata quoque lite: ac nisi eatenus quatenus ex
delicto defuncti ad hæredem peruenerit. C. eod. l. j. & d. l. pœnalia. & l.
omnes pœnales. ff. de act. & oblig. l. toties. de regul. iur. & Decius in eum
locum. Idem de vsufructu dicendum erit, quod ius cùm personale sit, cũ 28
Limitatio. iij. defuncto etiam extinguitur. l. j. ff. de vsufru. l. j. de seruitu. l. iij. §. vlti. ff.
quib. mod. vsufr. amitta. §. finitur. institutio. de vsufruct. Restringitur ita-
Vniuersum restringitur ad specifica ta. que hæc dictio, vniuersum, vt not. docto. in l. cunctos populos. C. de 29
sum. trini. & fi. catho. de quo amplissimè scripsimus in Commenta. no-
stris ad consuetud. Turonen. ad rub. generalem, in verb. generales. Qua-
re quod ea de re hîc amplius dicam, nihil est. Cæterùm, quod iure-
consul. Caius hoc loco hęreditatem diffinierit esse successionem in vni-
uersum ius, illum sanè de successione iuris intellexisse Barto. censuit, in
Verus huius l. intellect. secund. Bar. rubri. ff. de acquiren. hęredi. Mortuo enim (inquit) testatore succedit 0
quoddam ius, quod vocatur hęreditas: personámque defuncti comple-
ctitur in omnibus iuribus quæ defunctus habuit. vt l. hæreditas in mul-
tis. ff. de acquirend. re. dom. & l. mortuo. de fideicommis. liber. éstque ius
illud quod appellatur hęreditas. vt l. ij. §. fina. de re. diuis. quódque adi-
tione nobis quęrimus. Hunc autem verum & germanum huius l. intel-
lectum esse Barto. confirmat in d. rubr. Quandoquidem per aditionem
hęreditatis omnia iura transeunt in hæredem simul cum dominio re-
rum prædialium. l. cùm hęres. ad princip. de acquiren. posses. Ergo iure
ciuili per aditionem hęreditatis, hoc nobis successionis beneficiũ prius
competit, quàm nostra dici possit hęreditas. l. pretia rerum. ff. ad leg. Fal-
cid. Quapropter dicendum non fuerit hæreditatem esse ius succedendi
ad nos spectans: sequeretur enim quòd ante nostra diceretur hæreditas,
quódque nobis prius competeret, quàm iure nobis competeret: quod es-
set absurdum. Sed ista quidem subtilia magis sunt quàm vtilia. Videto in
hanc legem Philip. Decium in d. l. hæreditas. de reg. iur. Barto. in d. rub. ff.
de acquir. hęred. & docto. nouissimè autem Petrum Loriot. Salinen. vi-
rum meo iudicio eruditum, in Axioma. titu. de aditione & repud. hęred.
Quoniam igitur hęreditas est ius vniuersum, consequens est vt eã ipsam 31
qui adit, integra onera hęreditaria adire censeatur. l. penulti. ad fin. de
acquiren. hæred. Sed quando successor dicatur hæreditatem adiisse, sic vt
iam creditoribus & legatariis teneatur? Sanè in cernẽda hęreditate, opor 32
tet & animo & re ipsa seu facto, successor hęredem se prodat: bonúsque
prædialibus suo quodammodo iure vtatur fruatur, & (vt dicunt) se
illis immisceat: vt si à defuncti creditoribus pecuniam accipiat, aut
quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quid aliud agat quod cernendæ hæreditati posit conuenire.l. pro hærede.§.Papinianus.de acquiren.hæredi.In hanc quoque sententiam scribit Ioan.Fab.& docto.omnes in l.j.C.si minor ab hęred.Quo loco citat
33 Dyn.in l.si cùm dotem.§.transgrediamur.ff.solu.matri. Nam si quis in defuncti domo habitare deprehendatur,aut eam ipsam domum occupare, possideréque aliqua defuncti bona, si modò iusta sit illi quędam possidendi causa, nec quicquam pręter causæ eiusmodi seu tituli naturam aut rationem moliatur & agat,adisse propterea minimè censebitur.l.duo fratres.ff.de acquiren.hæred.Bald.in l.j.C.si vt se ab hęred.absti.Nos quoque scripsimus in nostris Aphorismis iurisprudentiæ,in verb.
34 hæres.Est tex.in l.gerit.d.titu.de acquiren.hæred. Quid si interrogatus aliquis,hęredem se esse responderit,cùm tamen non esset, nec bonorum posset.agnouisset cœpisset que, an dicatur adiisse, ideóque teneri cæteris creditoribus?Respondet Scæuola,eum ab his qui interrogassent, conueniri non posse: sic neque adisse, neque creditoribus obstringi.tex.est in l.fi.ff.de interrogato.act. sed neque is qui defuncti manibus parentauit, iustáque funebria persoluit,dicetur ob hoc adiisse, nec pro hærede gerere.l.scriptus hæres.ad prin.ff.de reliogios.& sumpt.funer. Cæterùm,
35 appellatione hęreditatis, neque legata, neque fideicommissa contineri Caius respondit,in l.si Titius.ad fin.ff.de lega.iij.

Quando dicatur adita hæreditas.

Aphoris. xc.& xcj.

PAVLVS LIB. XXI.

LEX XXV.

REctè dicimus eum fundum, totum nostrum esse, etiam cùm vlusfructus alienus est.Quia vlusfructus, non dominii pars, sed seruitutis sit,vt via, & iter:nec fallo dictum est meum esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse: hoc Iul.ait,& est verius. Quod Q. Mutius ait,partis appellatione rem pro indiuiso significari. Nam quod pro diuiso nostrum sit, id non partem, sed totum esse Seruius non ineleganter, partis appellatione, vtrunque significari.

SVMMARIVM.

1 Tria vt quid nostrum dicatur necessaria,dominium,possessio,& fruendi commoditas.
2 Fundi legati vlusfructus quoque legatus intelligitur.
3 Plus valet scriptura,quàm quod actum est.
4 Qui aliquid promiserit soluendo partem,nec in parte quidem soluta liberatur.
5 Obligatio generis & disiunctiua,solutione diuisionem non admittit.
6 Obligationis generalis,& disiunctiuæ eadem est ratio.
7 Fundum pleno iure stipulans,proprietatem & vsumfructum fundi stipulatur.
8 Obligatio fundi stipulati,si de pleno iure fundi agatur,indiuidua est.
9 Pronomina meus, tuus,suus in fundo stipulando,plenum ius domini arguunt, plenóque iure stipulari faciunt.
10 Partes complexæ suum totum perficiunt, nec tamen totius nomen sortiuntur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

11 Totum est aut numeri, aut generis.
12 Genus est suarum specierum principium diffinitiuum.
13 Nullo existente genere, nullæ sunt species.
14 Speciebus generis peremptis, perit genus, nisi mentis conceptione.
15 Possessio & vsusfructus partes sunt fundi non disunctæ, sed continuæ & coëssentiales.
16 Proprietas & vsusfructus quia iura sunt incorporalia, partes fundi fictè dicuntur.
17 Vsusfructus dicitur proprium fundi rectius quàm pars.
18 Vsusfructus, & proprietas partes sunt legales fundi,
19 Incorporeum non potest in partes diuidi.
20 Domini appellatione continetur is qui proprietatem habet: etsi vsusfructus alienus sit.
21 Possessio & vsusfructus in ratione facti, à dominio discerni solent.
22 Fundus pleno iure est cuius habetur dominium, possessio, & vtendi commoditas.
23 Vsusfructus à fundo separatur extrinseco iure præter ipsius fundi naturam.
24 Seruitutes fundorum sunt à iure externo à natura fundi.
25 Fundus absolutè stipulatus, non habet seruitutis stipulationem.
26 Fundo non accedit naturaliter seruitus: quæ iuri naturali contraria est.
27 Seruitus in obligatione ciuili in partem fundi venit, propter vsumfructum qui seruituris pars censetur.
28 Vsusfructus seruitutis est species diuisiua sui generis.
29 Seruitus est aut realis aut personalis, personalis est vsusfructus, vnde vsusfructus seruitutis species est.
30 Vsusfructus est ius vtendi, fruendi rebus alienis.
31 Vsusfructus diuisio in formalem, & causalem inepta est.
32 Vsusfructus in re nostra, & propria abusiuè dicitur. Nam res propria cui quâ seruire non potest.
33 Fruimur nostris, vtimur alienis.
34 Vsusfructus natura vel tempore non constituitur.
35 Res possidemus vt his vtamur, fruamur.
36 Pars totius fundi diuisa, & singularis domini facta seorsum propria, desinit esse pars, & efficitur totum sui domini.
37 Res pro diuiso possessa aliquando pars dicitur.
38 Pro indiuiso possidentium, si quis socij partem vendiderit, aut obligauerit, nulla inde venditio aut obligatio futura est.
39 Fisco totum rei communis, & indiuisæ licet vendere, & suæ tantùm partis precium accipere.
40 Seruitutes & natura, & iuris dispositione sunt indiuiduæ.
41 Seruitutis pars in contractum deduci non potest.
42 Partis appellatione res pro indiuiso significatur, in corporalibus quæ dispositione iuris in partes distribui possunt.
43 Incorporalia partitionem admittunt intellectu iuris, non re.

Vide infr. l. macorum.

RECTE DICIMVS. Tria equidem imprimis necessariò requiruntur, vt res nostræ asserantur: dominium scilicet, possessio, & fruendi commoditas. Finis autem dominij & possessionis, in percipiendis fructibus versatur. Itaq; qui fundum dare promittit, non fundi dominium tantùm promisisse censebitur, sed & possessionem, & fructuum perceptionem, præterea fruendi commoditatem. l. eum qui. §. qui proprietatem. & ibidem docto. de verborum obligatio. Vnde fit, vt si alij fundum, alij autem fundi eiusdem vsumfructum testator legauerit, atque is quidem testatoris fuerit animus, ea item mens, ea voluntas, vt alter nudam fundi legati proprietatem, alter verò vsumfructum tantùm haberet, errore sanè prorsus labatur. Oportuerat enim detracto nominatim vsufructu, fundum legatum esse. Alioqui vtrique eundem fundum, & fundi eiusdem vsumfruct. coniunctim legasse censeretur: nisi aliud testatorem intellexisse probaretur. l. si alij. de vsufruc. leg. quo loco tradit Caius plus valere scripturam quàm quod actum sit. Quare cùm fundi appellatio, vtrunque, proprietatem

1 2 3

Fundus qd continetur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

proprietatem ſcilicet, & vſumfructum, contineat, ſi quidem fundum
promiſeris, & fundum detracto vſufru.tradideris, non videbere libe-
4 ratus. Sicut regula cõmuni traditum eſt, eum qui hominem, aut lan-
cem, aut aliquod aliud vas in genere promiſerit, ſoluendo partem, nec
in parte quidẽ ſoluta liberari.l.ſi ſtipulatus.§.qui decem.ff.de ſolutio.l.ſi
nõ ſortem.§.ſi decem.de condic.indeb.licet enim incerti hominis petitio
ſcindatur, ſolui tamẽ, niſi in ſolidum nõ poteſt.l.in executione.§.pro par-
5 te.de ver.ob. Nam obligatio generis & diſiunctiua, ſolutione diuiſionem
nõ admittit. Alioqui in diuerſis hominibus rectè partes ſoluerentur: neq;
quod ſtipulatus eſt ſtipulator, conſequeretur d.§.pro parte. Quod ad obli- *Ratio decidendi.*
gationem diſiunctiuam attinet, de qua iuriſconſ.in l.ij.§.& harum.ver.
eiuſdem cõditionis.de ver.ob.Is qui diſiunctim Stichum, aut decẽ debet,
6 partem Stichi ſoluendo minimè liberabitur.d.§.ſi decem.cùm eadem ſit
obligationis generalis & diſiunctiuæ ratio: ſeu de introducẽda obligatio-
ne agatur.l.cùm is.§.vlt.de cond.indeb.ſiue quis obligationis effectum,
7 ſolutionẽ ſcilicet, reſpiciat.d.§.pro parte. Qui igitur fundum pleno iure
ſtipulatur, is quidẽ proprietatem eiuſdem fundi vnà cum vſufructu ſti-
pulatus cenſebitur. Neq; qui ſine vſufructu ſoluit proprietatem, nec è cõ-
trario, vſumfructum ſine proprietate, liberandus venit.l.ſi ita ſtipulatus
fuero ſi Titius.§.j.ad fi.de ver.ob. Quid, an obligatio fundi diuidua ſit nec
8 ne? Et ſanè diſtinguendum eſt. Nam ſi de pleno iure fundi agatur, indiui- *Obligatio fundi an ſit diuidua.*
dua eſt, vt d.§.j.vt ſi quis dicat: promitto Seio fundum meum: vel ſi quis
9 ita ſtipuletur, fundum tuum, ô Fai, mihi dari promittis? Hæc adiecta pro-
nomina meum, tuum, ſuum, efficiunt vt fundus pleno iure ſtipulatus ſit:
ſignificat enim plenum ius dominj in fundo, id eſt poſſeſsionem ſimul
& fruendi commoditatem. Tunc quidem nec poſſeſsio, nec etiam vſuſ-
fructus, ſunt partes fundi: ſiue eas integrales dicas, ſiue legales. Nam par-
10 tes dicuntur reſpectu totius. Complexæ enim, ſuum totum vnà perficiũt: *Totũ quid.*
ſed tamen ſui totius nomen non ſortiuntur: ac toto deſtructo, ipſas nihi-
lominus partes manere contingit. Nam prius toto extiterunt, cùm ab
iiſdem fabricatum ſit totum & compoſitum. Eſt ſanè compoſita fabri-
catáque domus cæmento, lapidibus, lateribus, ligno: ex quibus omnibus
parietes, & tectum conſtant. Sunt autem partes domus, parietes, tectum,
fundamentum, atque ex harum partium coniunctione, totum ipſius do-
mus conſtituitur. Sic cùm fundus, vim totius habeat, qui eum fundum
ſtipulatus eſt abſolutè, totum ſeu plenũ videtur ſtipulatus, id eſt ius omne
ipſius fundi, videlicet proprietatẽ, poſſeſsionem, & fruendi cõmoditatem.
Et ratione diceremus vſumfructũ fundi eſſe partẽ: ac videri fundum in
poſſeſsionem, dominiũ, & vſumfructũ, velut in ſuas parteis diuidi. Nam
inquit Paulus, qui vſumfructum fundi ſtipulatur, deinde fundũ, ſimilis
eſt ei qui partem fundi ſtipulatur, deinde totũ. Eſt in l.qui vſumfructum.
de ver.obl. ſed vt omnẽ ἀσύμφωνον diſſoluamus, primùm quidẽ noſſe opor-
11 tet, Totum multipliciter dici. Nam dicitur totum numeri, & partes eius *Totum multiplex.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dicimus,quotas,vel latinius, parteis vniuersi. Vt si decẽ consideres,partes
totius, scilicet decẽ, sunt prima,secũda,tertia,&c. Totũ generis,quod in
suas species diuiditur,vt animal in hominem & brutũ, apud Dialecticos.
Si nullũ animal est,certè nullum hominem dicemus esse. Est enim genus 12
suarum specierum principium diffinitiuum. Fundus siquidem,totius ra-
tionem tenet, & generis nomen est. Eius species sunt,arbustum, vinea, 13
pratũ,villa, hortus. Horum autẽ omnium principiũ est fundus,sub quo
continentur & complectuntur:quo quidẽ sublato, reliqua quæ de eo di-
cuntur pereunt. Nam si fundus nullus est,vinea nulla, aut pratũ nullum
erit:vt peremptо genere,pereat quoq; eius species. Nonnunquam etiam 14
peremptis speciebus, perimitur genus. Vt si nullum risibile,aut rationale
nullum sit,simul & nullum brutũ,certè animal nullum esse potest, quod
aut ratione sit præditum,aut sanè ἄλογον. Quod tamen καθόλου, & in totum ve
rum non est. Nam est aliquando cũ interemptis speciebus, genera quoq;
vnà minimè perimantur,animo quidẽ & cogitatione. Vt si homo & bru
tum omnino perimãtur,remanet nihilominus comprænhensione animi,
seu intellectu animal. Idẽ de fundo dicas,in quo licet nulla villa sit,nullę
arbores,nulla vinea,nullum arbustum,nullũ item pratum,sed nec domi
nium nec possessio stat,nihilominus fundus,id est ipsum ius fundi, quod
intellectu comprænhenditur,tanquam principium,vnde effectæ sunt spe-
cies,& in quo inerant. At verò possessio & vsusfructus,quamuis sint fun-
di partes,non eas tamen partes intelligemus deiunctas seu discretas: sed 15
coniunctas & continuas,atque etiam coëssentiales,quæ non quantitatem
quidem,sed substantiam vnam,seu totum essentiale cõstituunt. Vt lineæ
partes communi eodémque puncto iunguntur. Linea est totum suarum
partiũ,videlicet punctorum deiunctorũ seu discretorum:quæ quidẽ pun
cta cõiuncta,totum ipsius lineæ,vel integram lineã constituunt. Ego verò
hoc ipsum intelligo,si lineam in puncta,intellectu solo,non re ipsa par-
tiaris:ne deiuncta seu discreta sit quantitas:nam idipsum exempli gratia
ponimus. Itaq; si proprietatem & vsumfructũ,vt iura incorporalia consi- 16
deremus,vt l.j.ff.de rerum diuis.fundum verò rem intellectu cõprænhen-
sam,cui tanquã suo subiecto,naturali quadã ratione proprietas & vsus-
fru.accedunt,ipsũmq; sequuntur,velut vmbra corpus,& calidum ignẽ,
nulla quidem ratione,partes appellaueris,nisi κατὰ χρῆσιν, ac potius (vt dicit
Iason)fictè. Ea videtur esse mens Bartoli explanãtis gl.in d.l.qui vsumfru
ctũ. Quare vsumfructũ,ipsius fundi propriũ rectius,quàm partem dixe- 17
rimus. Tex.est in l.si à reo.§.si reo.ff.de fideiusso. Zasius dicit,vsumfructũ 18
& proprietatem parteis esse legales fundi:vt cũ dicimus,iste fundus meus
est,quatenus ad proprietatem attinet:alter verò dicit, iste fundus meus
quatenus ad vsumfructũ. Quas tamẽ ipse Zasius cõtendit parteis nõ esse,
significatione propria. Cui ego assentior. Qui fit enim,vt incorporeũ pos- 19
sit in atomos & parteis diuidi? Rectè igitur dicemus totum fundum no- 20
strum detracto quantumlibet vsufructu. Ait enim Vlpianus in l.j.ff.ad
senatuscon.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Senatusconf. Syllania. domini appellatione contineri eum qui proprieta-
21 tem habet: & si vsusfructus alienus sit. Quũ tamen possessionẽ atq; vsumfructum in facti ratione ponimus, à dominio discerni solent. Vt si de fundo meo vi deiectus sum, possessione cado, vsumque eius amitto: dominiũ quippe, quia iuris est, retineo. Item si vsumfructum eius dedi, remanet apud me fundi totius dominium, quo ille fundus, mihi totus proprius esse dicitur. In hanc propemodum sententiam eleganter scribit Francis. Conannus, vir omnium calculis eruditissimus, libro quarto Comment. iuris ciuilis. Atque is est verus & germanus huius nostræ legis sensus.

SED SERVITVTIS. Dicit Paulus, vsumfructum non esse dominij partem, vt l. & per iusiurandum. §. illud. ff. de acceptilatio. Nam partes (sicuti iam diximus) non possunt esse, nisi separatorum. Atqui separata deiunctáque non sunt, dominium & vsusfructus. Nec enim qui proprietatem habet, vtendi fruendi ius, id est, vsumfructum, separatum habet. l. vti frui. ff. si vsusfruct. pet. Vsusfructus enim & possessio, instar portionis cùm dominio habent: & naturali quadam ratione ipsi fundo dominióque accedunt, vt visus, auditus, & motus animali. Non sunt tamen visus, & auditus, partes animalis. Sic neque possessio, neque vsusfructus fun-
22 di. Cùm igitur fundum nostrum dicimus, eum ad nos omnino & pleno iure pertinere intelligimus: videlicet eiusdem fundi dominium, possessionem, & vsumfructum, seu vtendi commoditatem. Quia in his tribus (ait Franc. Conannus) consistit plena & naturalis significatio earum rerũ
23 quas nostras asserimus. Quod si à fundo detrahatur ac superetur vsusfructus, id vel ex pacto, vel alio quodam iure extrinseco fit, & præter rei id est, fundi naturam. In iure autem seruitutis, non item, éstque longè alia
24 ratio. Nam quæ debentur fundo seruitutes, eæ quidem nec iure, nec ex natura ipsius fundi debentur: sed ex pacto, quo inter fundorũ dominos conuenit, vt alter fundus, alteri fundo seruiat. Hoc hercule præter naturalem
25 fundi rationem. Vnde qui fundum ἀπλῶς seu absolutè stipulatur, nulla seruitutis mentione facta, non veniet in eam stipulationem seruitutis: quo
26 niam in hæc verba stipulatio, quæ verborum obligatio est, concepta non fuit: cùm naturaliter non accedat fundo seruitus (Sunt enim naturali iuri contrarię seruitutes) sicut dominium, vsusfruct. & possessio: atque etiam
27 vt euictio venditioni, quamuis in contractu verbis omissa sit. Veniet tamen seruitus in obligationem ciuilem, propter vsumfructum qui seruitutis pars censentur esse. Nam quemadmodum de animali homo dicitur, sic vsusfructus de seruitute, tanquam species de suo ge-
28 nere. Meritò igitur hoc loco Accursius seruitutis partem, speciem est interpretatus. Egoverò intelligo speciem quæ sit sui generis diuisiua: quemadmodum homo & brutum, animalis. Dicimus enim animal diuidi in rationale & irrationale, hominem scilicet, & brutum. Sic
29 seruitutes in reales & personales. Realis siquidem seruitus, est via, iter. Personalis autem, vsusfructus. lege prima, de seruitut,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quandocunque vſumfructum ſeruitutis partem ſeu ſpeciem dicimus, intelligimus ius quoddam ab ipſa proprietate dominióque ſeiunctũ:non autem eumvſumfructum qui proprietati ipſi dominióve coheret:de quo ſuperius tractatum eſt à nobis. Eum quippe Doctores noſtri formalem nominant.Celſus verò ſcribit eſſe ius in corpore,quo ſublato,ipſum quoque tolli neceſſe ſit.l.ij.ff.de vſufruct.& quemadmod. quis vta. Alteram vſufructus ſpeciem. Cauſalem dicunt: qui ſcilicet rei ipſi,id eſt,proprietati ac dominio cohæret & naturaliter accedit: quod quidem non in re aliena,ſed veluti in noſtra & propria habere dicimur. Quæ ſanè diuiſio quàm ridicula ſit,planè vident omnes.Ego verò vnum tantũ vſumfructũ exiſtimauerim eſſe:eum videlicet quem appellamus, Ius vtendi frũendi 30
rebus alienis,ſalua rerum ſubſtantia.l.j.ff.eodem. Theophilus inſtitu. tit. de rerum diuiſio.§.religioſum.ſcribit vſumfruct.eſſe ius quoddam certis modis conſtitutum,in mentis animíque compræhenſione, quod efficit, vt in alterius dominio vſum poteſtatémque fruendi habeam. οὐ σωφρόνιστος δὲ ἡ ἡ, ἀλλὰ φανερῶς, τρόπους σωιςάμενον τῶ καταλαμβανομένῳ, ὁ ἴσως με ἡ ἡ ἐνδὸ διατοτέλεις ἔχειν χρῆσιν ἢ ἐποιεῖσιν. Cùm igitur vſumfructum in re aliena eſſe iureconſultis placuit,quę ratio erit eum in re noſtra ac propria reponere?Si quis agros, villas,fundóſque habeat,eorúmque omnium ſit dominus,dicemus propriè ius eſſe ipſi domino vti frui his omnibus,id eſt,ius eſſe illi poſsidenti, & omneis fructus percipiendi:vt facultatis potius idipſum ſit, quæ iuri dominij coniuncta eſt,quàm ſeparati diſtinctique iuris,ſecundum Fran. Conanni ſententiam libro quarto.Quæ ſanè fuit mens iureconſul.cui te- 31
nebras offudere docto.noſtri ſua formalitate & cauſalitate. Quocirca,ſi noſtra in re & propria vſumfructum dicimus, id non ex proprio, ἀλλὰ διὰ τοῦ κατάχρησιν accipiendum erit.Nam cùm vſusfructus propriè ſit Seruitus, dicta l.j.de ſeruitu.res autem propria cuiquam ſeruire non poſsit.l.vti.& l.in re communi.ff.de ſeruitut.vrbano.prædiorum. dici ſanè nequit in re propria.Quod elegantur confirmat Ioannes Corraſius vir apprimè eru- 32
ditus libro quinto Miſcellan.iuris ciuilis.Grammatici quippe hoc diſcri- minis inter vti,& frui,eſſe volunt,quòd alienis rebus vtamur:noſtris verò dicamur frui.Itaque (inquit Cicero libro primo Epiſtola.familia.) ſic omnibus rebus tuis fruor,vt meis. Et eodem libro primo.Aulo Trebonio qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Fruor (ait Laurentius Valla) bonis meis. In ſumma, concludemus vſumfructum in alienis tantùm rebus dici: iiſque eſſe omnino à dominio ac proprietate(vt diximus)ſeparatum:atq; ideo partẽ,ſeu ſpeciem eſſe Seruitutis.Eſt namque extra fundi & dominij 33
naturam.Sed conſtituitur pacto,ſtipulatione,iudicio, relicto,& ipſo iure, & per obligationem,per adiudicationem Prætoris, hoc eſt, vbi primo is cui relictus eſt,alij reſtituere eſt iuſſus: Natura quippe vel tempore non 34
conſtituitur. Quod ſcribit Placentinus libro ſecundo Inſtitu.ciuil. Non igitur falſo, nec abſque ratione aſſeram totum id meum eſſe,cùm nulla huius

Vſusfructus formalis.

Cauſalis.

Cap.iij.

Vti & frui quo differãt

Vallen. lib. v.cap.v.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

huius totius pars, natura nec separari à suo toto possit, nec etiam posideri. Quæ fuit Iuliani iureconsul. sententia, eáque verior. Itaque cùm à fundo & proprietate, dominium, possessio, & fruendi commoditas
35 (res enim ideò posidemus vt his vtamur fruamur) separari non possint, quæ naturali quadam ratione ipsi fundo accedunt cohærentque, si tamen pacto & stipulatione reliquisque iam dictis modis vsusfructus ab ipso fundo deuinctus sit, totum nihilominus fundum meum possum iure meo mihi asserere. Vide quæ scribam in l. meorum. infrà hoc titul.

REM PRO INDIVISO. Forsitan hoc aliter legendum esset, vt literæ sensus magis conueniat. Sic autem legi debere existimauerim.

Locus emendatus in hac lege.

" Nec falsò dictum est meum esse, cuius non potest dici vlla pars
" alterius esse, & hoc Iulianus ait. Et verius est quod Quin. Mutius
" ait partis appellatione rem pro indiuiso significari, &c.

Ego mehercule supramodum admiror, hunc locum Alciatum minimè animaduertisse: Alciatum inquam, hominem tam emunctæ naris: quippe qui distinxerit nota paragraphes hęc verba.

QVOD QVIN. MVTIVS AIT, &c. Est igitur sic accipiendum: Est verius, id est verum est, (vt sit cõparatiuus pro positiuo: sed ἐμφαλωτικῶς,) quod Quin. Mutius ait. Vera quidem est Q. Mutij sententia scribentis, partis appellatione, rem pro indiuiso significari: videlicet, cùm plures fundum aliquem, eúmque indiuisum posident, singuli possunt totus huius fundi indiuisi partem suam nominare. Exempli gratiâ. Si vndecim homines lineam aliquam posideant, eámque integram & continuam, quæ tamen in xj. puncta diuidi posit, nónne diuisa & secta linea in xj. non re ipsa, sed intellectu & comprehensione mentis, debent dici vndecim huius lineæ partes? Sic si vniuersum ius hæreditatis ad vndecim, plus minúsve spectet, singuli eorum possunt hæreditatem suam appellare: qua quidem appellatione significantur partes vniuersi, seu (vt dicunt) partes quotæ: videlicet, prima, secunda, tertia, &c. Itaque poterit quisque eorum & singulorum dicere: Assero mihi tertiam, primam, quartam partem hæreditatis pro indiuiso. Quod si iam diuisa sit in parteis hæreditas, singulæ partes efficiuntur totum diuisæ partis. Ecce enim fundus Martinianus, qui iugeribus 50. continebatur, quinque hæredibus obuenit, cùm eum pro indiuiso posiderent, singuli eorum poterant meritò, & iure suo partem totius fundi Martiniani vindicare. At verò vbi primùm partitus fuit

Enarratio seu declaratio textus huius l.

36 in partes quinque, singulæ partes diuisæ & separatæ à suo toto, effectæ sunt vnum totum suo possessori & domino. Quia cùm nullum habeant totum, amplius non dicuntur partes. Non enim solent (sicuti diximus) partes appellari, nisi propter suum totum. Quod itaque pro diuiso nostrum est, idipsum partem dicere non debemus, sed totum. Et hanc arbi-
37 tror Pauli fuisse mentem. Seruius autem censuit partem non inelegantẽr dici, non tantùm cùm pro indiuiso res posidetur, sed & etiam

cùm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cùm pro diuiso. Quam quidem Seruij sententiam Alciatus eò vsque valere contendit, si neque partium voluntas, nec legis ratio obstet. Vt si paterfamiliâs vniuersum fundum Seianum duobus diuisim iusta aliqua de causa locauit, quem postea moriens testamento Caio legauit, quærebatur, an is totus fundus ad Caium pertineret? Respondet Paulus, si testator fundum Seianum vno nomine vniuersum possedit, quamuis eundem diuersis partibus locauerat, vniuersum eum ex causa fideicommissi præstari oportere: nisi hæres de qua parte testator senserit, liquido docuerit, hoc est in l. Caius. §. Titius. de leg. ij. Quo loco ex Paulo iurecons. docemur quòd quamuis duo pro partibus fundum possideant, seu domũ, seu quanlibet rem aliam, singuli tamen eorum censentur totum possidere: sic partem pro diuiso quãdoque significari: nisi aliam esse partium mentem deprehendatur, ac manifestè probetur. Alioqui possidentes rem pro indiuiso, lex voluit partem suam tantùm posse distrahere, aut pignori supponere. Quod si pro indiuiso possidentium, alius socij partem vel vendiderit, 38
vel creditori suo obligauerit, nullam neque venditionem, neque obligationem futuram iure traditum est. l. si probatum. C. commu. diuid. l. vnic. C. si com. res pig. data sit. Fisco quidem totum rei communis atque indi- 39
uisæ licet vendere: suæ tamen pretium partis solùm accipiet. Hoc autẽ ex priuilegio habet l. j. de vend. re. fisca. com. cum priua. li. x. C. Quid, quęso, de seruitute dicas, an si à pluribus aut possideatur, aut debeatur, singuli eorum possint partem suam totius seruitutis pro indiuiso asserere? Certè hoc ipsum est in seruitutibus speciale, vt neque pro parte acceptari, neque etiam pro parte deberi possint. Sic itaque cum necessitate naturáque, sed 40
& iuris dispositione sint indiuiduæ, seu reales sint, seu personales. l. stipulationes non diuiduntur. de verb. oblig. præter vsumfructum. Doct. in d. l. stipulationes. l. j. §. item si vsusfructus. ad leg. Falc. fieri nequit vt in parteis, singulorum iure diuidantur. Imprimis enim contractu indiuiduæ sunt: 41
cùm seruitutis pars in contractum deduci non possit. l. viæ. l. pro parte. de seruit. Obligatione quoque indiuiduæ sunt seruitutes, vt quæ stipulatoris hæredibus in solidum dentur, & aduersus promissoris hæredes in solidum competant. l. ij. §. ex his. de verbo. oblig. l. hæredes. §. an ea. ff. famil. herciſc. Vnde & petitione non diuiduntur: cùm quilibet in solidum petat, & à quolibet seruitus in solidum exigatur. d. l. viæ. de seruit. Solutione præterea Seruitus non diuiditur: pars enim seruitutis, quam media pars currus aut hominis iter faciat, nullum adfert stipulatori emolumẽtũ. l. si tam angusti. de seruit. l. via constitui. de seruit. rustic. præd. neque etiam media pars fundi aut seruire, aut seruitutis ius habere pro parte possit. l. si quis duas. §. partem. ff. commu. præd. l. si mihi. de seruit. rustic. præd. Sed & pœnæ respectu, seruitutes minimè diuiduntur: cùm vnius hæredis indeuotio, aduersus omneis pœnam in solidum committat. l. ij. §. item si in facto. & l. iiij. §. Cato. de verbo. obligatio. Concludimus hîc tandem, quòd 42
cùm Paulus partis appellatione rem pro indiuiso significari ait, id in rebus

corpo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

corporalibus, & quæ corpore, dispositione iuris, in partes distribui pos-
43 sunt, intelligendum esse. Nam si quæ incorporales partitionem admittunt, intellectu quidem iuris, non diuisione corporum id accipi debet. Vt cùm duo, vnum & idem ius in fundo Martiniano habent indiuisum, eorum autem alter eum fundum generali nomine legauit Michaéli, videtur sanè vniuersus ille fundus legatus: nescitur enim vtrius pars legata sit, vt quia totus fundus vtrique sit pro indiuiso communis: poterit tamen intellectu iuris, non autem corporis diuisione, pars eius qui legauit, comprehendi. l. Mæuius fundum. §. duobus. de legatis secundo. l. seruus communis. ff. de stipula. seruo.

VLPIA. LIB. VI.

LEX XXVI.

PArtum non esse rei furtiuæ partem, Scæuola libro vndecimo quæstionum scribit.

SVMMARIVM.

1 Partus editus non est amplius matris pars: sed ipsum totum.
2 Emptor bonæ fidei fructus fundi empti sibi acquirit, quos suo labore, & industria parauit.
3 Emptor bonæ fidei fructus fundi empti, quem coluit, suos facit, etiam cum rescíuerit alienum esse.
4 Seruus alienus bona fide emptus randiu emptori operis suis acquirit, quandiu euictus non fuerit.
5 Naturales, & sponte nascentes fructus, emptor bonæ fidei suos non facit.
6 Fructus spontanei percepti ab emptore bonæ fidei ante euincendi fundi litem contestatam non repetuntur vendicatione, sed condictione quatenus factus est ditior.
7 Emptor bonæ fidei ditior non factus ex fructibus perceptis, eos reddere non tenetur.
8 Malæ fidei possessor qui apud eum editus est, partum renetur restituere.
9 In furem competit actio furti in malè possidentem reuendicatio.
10 Hæredi furis Publiciana non competit, quia vitiorum defuncti succeßor est.
11 Partus furtiuæ ancillæ vsucapitur ab hæredefuris.
12 Ancillæ furtiuæ, & apud emptorem bonæ fidei, grauidæ factæ, aut puerperæ partus non censetur furtiuus, Quin vsucapi potest.
13 In actione reuendicationis aut personalis actionis, partus ancillæ furtiuæ post litem contestatam editus à possessore restitui debet. idem in pecore.
14 Partum furtiuæ ancillæ, emptor etiam bonæ fidei in fructu reponere non potest, nisi eam ipse grauidam effecerit.



ARTVM. Quia superiore responso dixerat Paulus appellatione partis, rem pro indiuiso significari, ea ratione Vlpianus ex Scæuolæ sententia scripsit partum non esse rei furtiuæ partem. Vnde si quis ancillam furripuerit, eámque postea alij vendiderit, ac cum aliquot post dies apud bonæ fidei emptorẽ ea pepererit, à quo tum demum dominus eam vindicauit. Quærebatur num partus ipsius ancillæ vnà cum matre vniuersum solidúmque furtum censeri debeat? Sanè hoc loco eleganter docemur non censeri. Non enim re ipsa partus editus, matris pars amplius dicendus est: cùm & tunc animal esse incipiat omnibus suis & singulis partibus vniuersum absolutum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tum. Nulla igitur matris pars censebitur. Quocirca si prægnans ancilla vendita sit & tradita, euicto partu, non poterit emptor aduersus suum venditorem euictionis nomine experiri, cùm venditus partus non videatur. Nec si prægnantis vaccæ vitulus, qui post emptionē editus est, euincatur, poterit emptor agere ex duplæ stipulatione, quoniam nec ipsa vacca, nec eius vsus fructus euincitur. l. si prægnans. & l. sequen. ff. de euictio. Cuius quidem rei eam rationem esse putant, quòd bonæ fidei emptor fructus facit suos. Sed hoc non est absolutè verum. Quandoquidem constat 2
bonæ fidei emptorem possessorémque eos tantùm fructus sibi acquirere, quos ex re empta & possessa, industria, cura & labore suo percepit, eos à solo separando. §. si quis à non domino, & ibidem gloss. institu. de rerum diuis. Gloss. in §. & si in rem. in verb. cum fructibus. institu. de offic. iudi. Idem quoque erit & si alius coluit, ac tempore perceptionis fructuum, bonæ fidei emptor possidebat: tunc enim fructus quoque suos facit. Quoniam in percipiendis fructibus, magis corporis ius ex quo percipiuntur, quàm seminis ex quo oriuntur, aspicitur. Ideóque nemo vnquam dubitauit, quin, si in meo fundo frumentum tuum seuerim, seges, & quod ex messibus collectum fuerit, meum fieret. Nam bonæ fidei possessor idem iuris in percipiendis fructibus habet, quod prædiorum dominis attributum est. Quid si antequam fructus perciperet, resciuit fundum à se bona 3
fide emptum, alienum esse, & à non domino comparasse, an fructus suos faciat? Et facere Iulianus respondet, in l. qui scit. ff. de vsuris. Nam eatenus fructus suos bonæ fidei emptor facit, quatenus euictus fundus non fuerit. Quinimo seruus alienus, quem bona fide emero, tandiu mihi ex 4
re mea, vel operis acquirit, quandiu euictus à me non fuerit, d. l. qui scit. §. bonæ fidei. ad fin. & l. j. C. de rei vendic. l. fructus. ff. de vsuris. Quod in seruo, non in libero homine locum habet. Quod verò ad naturales fructus & qui sponte sua crescunt, attinet, bonæ fidei possessor non facit 5
suos. d. l. fructus. Sed id quidem, si post litem contestatam atque incœptum iudicium adhuc extent, intelligendum erit, aut quandocunque res vindicatur. Nam si re euicta, aut in euictionis periculo posita, fructus iam 6
consumpti sunt, non poterit aduersus emptorem, si modo bona fide possederit, agi rei vendicatione: sed condictione sine causa, quatenus factus est ditior. argumen. l. si me & Titium. Si certum peta. ff. Quod si fructuum
perceptione nullam ea propter rebus suis accessionem fecerit, propius est 7
vt non teneatur: nisi mala fide egerit. Quæ fuit Angeli sententia in d. §. si quis à non domino. Erit igitur hîc distinguendum quærendúmque num partus apud bonæ fidei possessorem, an verò apud furem, aut malæ fidei possessorem reperiatur: & an partus ponatur in fructu. Nam malæ 8
fidei possessor, qui apud eum editus est partum, tenetur restituere: tantùm abest vt vsucapere possit: furtiuus enim est. Vnde aduersus furem 9
competit actio furti & condictio. Sed contra possidentem rei vendicatio. l. ancillæ. C. de furt. & ser. corrupt. l. qui vas. §. si ancilla. ff. de furtis.

Quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quid autem in furis hærede? Sanè Vlpia. in l. si aliena. §. Sceuola. de vsuca. ff. scribit hæredem furis, posse etiam vsucapere partum: idq; ex Scæuolæ sentētia aduersus Marcellū, qui existimauit si bos apud furē, aut furis hæredem conceperit, pariatq; apud furis hæredē, distractū iuuencū vsuca-
10 pi ab hęrede nō posse, quemadmodum nec ancillę partus. Sed publiciana illi non cōpetit: quia vitiorū defuncti successor est. l. Si ego. §. partus. de publicia. in rem act. huius autē sententiæ rationē Scæuola esse ait, q̄ partum rei furtiuæ partē nō esse cōstet. d. §. Scæuola. Si enim (inquit) esset pars, nec si apud bonæ fidei possessorem peperisset, vsucapi posse. Cui tamen senten-
11 tię aduersatur Iulianus in l. non solū. d. titu. de vsucap. Non solùm (ait) bonæ fidei emptores, sed & omnes qui possident ex ea causa quam vsucapio sequi solet, partū ancillæ furtiuæ vsu suum faciūt: idque ratione iuris introductū arbitror. Nam ex qua causa quis ancillam vsucaperet, nisi lex xij. Tabu. vel Attinia obstaret: ex ea causa necesse est partū vsucapi, etiam si apud eum cōceptus & editus eo tempore fuerit, quo furtiuā esse matrē ignorabat. Eadem quoq; est sententia apud Vlpian. in d. l. qui vas. §. si ancilla. de furt. Si (inquit) ancilla prægnans surripiatur, vel apud furem con-
" ceperit, partus furtiuus est, siue apud furē edatur, siue apud bonæ fidei pos-
12 sessorē. Sed in hoc posteriore casu furti actio cessat. Sed si cōceperit apud
" bonæ fidei possessorem, ibiq; pepererit, euenietvt partus furtiuus nō sit,
" verum etiā vsucapi possit. Quibus verbis dissoluit ac potius cōciliat ἀντινομίαν si qua videbitur. Longè etenim refert, ancilla apud bonæ fidei emptorem cōceperit nēcne. Nam si iam prægnantē emerit à fure, aut apud ipsum furem pepererit, furtiuus partus cēlendus est: sic igitur vsucapi nō posse. Furti tamen aduersus ipsum emptorē cessare actionem. d. §. si ancilla. Quid si
13 agatur rei vendicatione vel personali actione aduersus emptorē? Respōdet Paulus partū post litē contestatā editum, possessorē restituere debere: quemquidē nō deberet, si cùm mater vindicaretur, iam natus esset. Sed in soluendo fideicōmisso, mora facta, etiā partum restituendū idem Paulus censuit. l. partū. & l. Paulus. ff. de vsur. idem quoq; in pecudibus obseruandum est, & in fœtu earū, quod in partu. Vt scilicet pecude prægnāte surrepta, vel apud furē prægnante facta, partus sit furtiuus. Itaq; nec vsucapi quæat. d. l. qui vas. §. idem & in pecudibus. Quod mehercule in bonæ fidei possessore locū nō habere existimem. Sic igitur nō pugnare hanc sententiam cum d. l. si aliena. §. fi. vt arbitratur Accurs. Nam subdit. Ex furtiuis equis nati, statim ad bonæ fidei emptorē pertinebunt & meritò. Quia & in fructu numerātur: at partus ancillę nō numeratur in fructu. Non enim est (vt superius diximus) pars rei furtiuæ: quoniā ab ipsa re furtiua diuisus est. Sic cùm iam pro indiuiso partus cùm matre nō sit, partē non significari, secundum d. l. rectè dicimus. versicu. quod Q. Mutius. Non poterit
14 etiam vel bonæ fidei emptor, partum ancillæ furtiuæ apud se editum in fructu reponere: quoniam absque eius cura & labore editus est. Nisi fortasse rem cum ipsa ancilla habuisset grauidámque effecisset.

Hæres successor vitiorum defuncti.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM VLP. LIB. XIIII. AD EDICT.

LEX XXVII.

AGer, locus est qui sine villa est. Stipendium dictum est à stipe, quòd per stipes, id est, modica æra, colligatur. Ideò hoc etiam tributũ appellari Pomponius ait. Et sanè appellatur à cõtributione, Tributũ: vel eò quòd militibus tribuatur.

SVMMARIVM.

1 Agri deriuatio tam Latina quam Græca.
2 Ager & rus idem.
3 Ager publicus & vectigalis.
4 Ager pro territorio circa vrbem, tantum singulariter dicitur.

AGER. M. Varro in libro de lingua Latina, Agrum scribit dictum esse, in quã terram quid agebant, & vnde quidẽ agebãt aliquid, fructus causa. Id Græci dicũt ἀγρῷ, vt ager, q̃ agi poterat. Quintil. lib. j. c. x. tradit ex ipso Varrone, agrum dici quòd in eo aliquid agatur. A Græcis ἀγρὸς dicitur παρὰ τὸν ἄγραν, vel q̃ semper in eo aliquid fiat, sicut apud Latinos, vel quod semper aliquid in eo veluti præda capiatur. ἢ παρὰ τὸ ἀρῶν τὸ ἀρόσιμα, ἀφ' οὗ καὶ ἀγρὸς quòd & arando & coaptando agrum, aliquando lucrum, aliquando etiam damnum consequamur. Ager autem significat rus, villam, domum: totámque eam possessionem quæ in agro extra vrbem complecti solet. Vnde ἀγραυλεῖν Græcis est rusticari, in villa degere, in vrbe non habitare, Budæo teste. Promiscuè etiam nonnunquam & alterum pro altero sumitur.

Ager vnde tam apud Latinos quã Græcos dicatur.

Ager quid.

Virgilius libro primo Georgicon.

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros.

Et iterum paulò pòst,

Lætus ager, nullo tantum se Mæsia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.

Iterum paulò pòst,

Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis.

Est quoque apud Horatium in lib. Epod. Od. secunda.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fænore.

Et libro primo Carminum.

Mercator metuens otium, & oppidi
Laudat rura sui.

Plinius lib. iij. Epistol. Caluisio Ruff. Iam (inquit) quod deliberationis nostræ caput est, agri sunt fertiles, pingues, a quo si: cõstant campis, vineis, syluis, quæ materiam, & ex ea reditũ, sicut modicũ ita statũ præstant. Idẽ lib. j. Bebio Hispano. Nam (ait) mala emptio semper ingrata est, eò magis quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

,, quòd exprobrare ſtultitiam domino videtur. In hoc autē agello, ſi modò
,, arriſerit preciū, Tranquilli mei ſtomachū multa ſollicitāt: vicinitas vrbis
,, oportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui auocet magis quā di-
,, ſtringat. Quo loco videtur Plinius nōnihil ponere diſcriminis inter agrū, villam & rus: Ita tamē vt ager hæc omnia cōpræhendat. Te tamē hocvnū velim admonitū, nec agrū, nec etiam rus, villā eſſe: ſed villā in agro, ſeu in rure eſſe dicimus. At verò ager in quo ædificiū eſt, fundus dicetur. Ex quo
,, (ait Fran. Cōnannus lib.iiij. Commen. iuris ciuilis) poſſumus cōiicere fuiſ-
,, ſe hoc vocabulū Latinis generale ad oēm locū ruſticum, in quo ſeri, plan
,, tari, aut ędificari poteſt: vbi poſt quā aliquid actū eſt, nomē mutat, aliūdq;
,, ſibi propriū aſſumit à re cui deſtinatur. Vt ager proſciſſus ad ſerēdas ſe-
,, getes, aruum dicitur: plantatus autē & cōſitus arboribus aut vineis, arbu-
,, ſtum, plantariū, vinetū nominatur. Aedificatus verò, villa eſt: in villa, eſt
,, locus qui area dicitur, ab ariditate, ꝙ ſolibus ſiccanda relinquitur vt ſit ad triturā oportuna. Hæc ille. Cæterū, quis ſit ager publicus, vectigalis, & tutelatus, videbis apud Alcia. lib.j. Parerg. ex Agen. Vrbico. de limi. agro.

Agrum, rus, & villa differre. *Lib.iiij.c.v.* *Ager proſciſſus.* *Plantariū.* *Arbuſtum.* *Vinetum.* *Villa.* *Area.* *Cap.xxxvj. & xxxviij.*

3 Qui igitur ager ſeritur frumētis, aruū nominatur. Adhæc, ager eſt, vt ſcribit Valla lib.iiij. elegantiarū, tum circumiectū ipſi vrbi territoriū. vt ager Campanus, ager Leōtinus, ager Faliſcus τὰ τῆς χώρας. Cice. Philip. vj ſub finē.

Aruum. Cap.lv.

,, De excercitu autē C. Cæſaris ita cēſeo decernendū, Senatui placere, mili-
,, tibus veteranis, q Cęſaris Pōtificis, authoritatēm q; huius ordinis defende-
,, rint atq; defendāt, his, liberiſq; eorū, militię vacationē eſſe. Vtq; C. Panſa,
,, A. Hircius Cōſules, alter ambōve cognoſcerēt, qui ager colonus eſſet, quò
,, milites veterani deducti eſſent, qui cōtra leg. Iul. poſſideretur, vt is militi-
,, bus veteranis diuideretur. De agro Cāpano, ſeparatim cognoſcerent. &c.
,, T. Liuius lib.iiij. Ager diuiſus eſt qui Campanorū fuerat. Sipontū itē, in
,, agrū qui Arpinorū fuerat, coloniā ciuiū Rom. alij triumuiri D. Iuni. Bru-
,, tus, M. Bebius Pamphi. M. Heluius deduxerunt. Idē lib.j. Decad. iiij. Exitu
,, (inquit) huius anni, cū de agris veterū militū relatum eſſet, qui ductu atq;
,, auſpicio proconſulis Scipionis in Aphrica bellum perfeciſſent, decreue-
,, runt patres, vt M. Iunius Prætor vrbis, ſi ei videretur, decēuiros agro Sam-
,, niti Apulóque, quod eius publicum Po. Romani eſſet, metiendo diuiden-
4 dóque crearet. Memineris autem oportet, cùm de ſingularum vrbium territoriis agitur, agros in numero plurali nunquam enunciari, ſed ſingulari tantùm. Quod etiam Valla annotauit.

Valla. eod. lib.iiij.c.lv.

SVMMARIVM.

1 Milites, & qui in caſtris merent, neque ſuam neque aliorum cauſam in foro agere poſſunt, ſed cognitorem dare debent.

STIPENDIVM. Militibus qui merebant, ſolebat ſalarium dari, quod propriè Stipēdium dicebatur. Vnde merere dicebantur ipſi milites, id eſt, ſtipendia facere, cùm ſpe præmij militabant. τροφὸς τροφοδότης à Græcis, Budæo authore. T. Liuius lib.vij. Illis omnibus (& multi erant) adempti equi, qui Cannen-

Mirere. Stipendia facere. *Decad.iij.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſium legionũ equites in Sicilia erant. Addiderũt acerbiatati etiã tempus, ne præterita ſtipẽdia procederent,iis qui equo publico meruerãt:ſed dena ſtipendia equis priuatis facerẽt. Quo autẽ tẽpore primũ fuerit Romæ ſtipendiũ militare inſtitutũ,ipſe T.Liuius lib.iiij.ſub fin.de Anxuris expugnatione loquẽs,amplisimè ſcribit.Ex publico autẽ ſtipendiũ accipiebatur,id eſt,ex eo vectigali quod Po.Rom.penſitari ſolebat,quódq; Græci ἔραρον, id eſt,collationẽ dicunt.Nã ἐφαρμόζειν cõlligere, corrogare,emẽdicare, atq; etiã inter ſe ſe conferre ſignificat,vt ſuperius admonuimus ex Budæi ſentẽtia.Rectè igitur ſtipendiũ Vlpian.à ſtipe dictũ putat,q; per ſtipes, id eſt,modica æra colligebatur.Stipem eũ Græci quoq; ἔραρον à cõtributione dixerũt,quẽ quidẽ ſtipem modici valoris fuiſſe,ex antiquorũ ſcriptis apertiſsimè conſtat,& teſtis eſt Alex.ab Alex.lib.iiij.genial.dierum.Colligebatur itaq; ſtipes per æra modica,ex quo ſtipendium Senatus decreto,milites acciperent veluti ex publico: cùm ante id tẽpus de ſuo quiſque ſunctus eo munere eſſet, authore Liuio.Milites ſiquidẽ Romanos diurno ſtipendio denariũ meruiſſe ſcribit ex Thucydide do.Bud.li.v.de aſſe. Sic miles Athenien.binas drachmas ſuo famulíq; nomine accipiebat, id ſtipendiũ erat in menſem ſexagenæ drachmæ, quę ære noſtro ſenos aureos coronatos valent,id eſt,denos francicos & ſemiſſem,eodem Budæo teſte. Apud nos autem qui minimo merent pedites, in menſem centenos ſolidos accipere ſolent,id eſt,quinos francicos:qui plurimo,ſeptenos francicos:quam mercedem menſtruam Germani apud nos acceperunt.

Decad.j.

Supra in l. inter publica.

Stipes modici valoris.

Cap.xxiiij.

Stipendiũ militum Rom.

Libr.v.de Asse.

Stipendiũ militare apud noſtros Gallos.

TRIBVTVM APPELLARI. Quoniam(vt diximus) ſolebat vnuſquiſq; de ſuo cõtribuere,id eſt, φαρζειν quo ſolueretur ſtipendiũ his,qui merebãt militibus,hoc ideò ſtipendiũ tributũ appellabatur, τοῦ ἔραρον. Hinc pecunia attributa dicebatur quæ in ſtipendiũ militum de ærario (quod ab ære graui dicebatur,antequã nummus argenteus eſſet percuſſus,idq; ante Pyrrhi deuicti tẽpora) à tribunis ærariis adnumerari Quæſtoribus ſolebat,teſte Aſconio.T.Liuius eodem lib.iiij.Poſtremò indicto iam tributo, edixerunt etiã Tribuni auxilio ſe futuros,ſi quis in militare ſtipendiũ tributum nõ contulíſſet.Patres bene cœptã rem perſeuerãter tueri,conferre ipſi primi:& quia nondũ argentum ſignati erat, æs graue plauſtris quidã ad ærariũ conuehentes,ſpecioſam etiã collationẽ,faciebant hæc ille.Inde intelligimus quare milites dicebãtur æra merere:& emeriti milites:emerita item ſtipendia,cũm ſcilicet vacationẽ militiæ,veterani milites impetrarant.Præterea & ſtipendiarij erãt populi qui certis conditionibus,paciſq; penſionibus in amicitiã cũ Romanis venerãtiac differebãt à liberis & fœderatis,de quibus Plin.libr.iij.naturalis hiſto.ca.ij. Quo loco tradit Municipia ſtipendiaria apud Romanos cxx.fuiſſe.Quod reliquum eſt, Milites & qui merent in caſtris non poſſunt, neque ſuam, neque aliorum cauſam in forenſi paleſtra agere.Si qua autem ſit illis controuerſia, debent Cognitorem dare. Hoc eſt in l.qui ſtipendia. & l.quicunque.C. de procurato.

Decad.j.

Pecunia tributa quid.

A erarium unde.

Aera merere quid.

Stipendiarij fœderati liberi.

PAVL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PAVLVS LIB. XXI.

LEX XXVIII.

ALienationis verbum, etiam vſucapionem continet. Vix eſt enim vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amiſit ſeruitutem. Qui occaſione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hæreditatem amittit, aut optionem intra certum tempus datam non complectitur. Oratio, quæ neque coniunctionem, neque diſiunctionem habet, ex mente pronunciantis, vel coniuncta, vel diſiuncta, accipitur.

SVMMARIVM.

1 Res mancipi, alienari nephas non erat.
2 Alienare eſt rem quæ noſtra eſt extra dominium noſtrum poteſtatémque ponere.
3 Alienatio eſt perfecta emptio, vbi venditor alienatæ à ſe rei pretium acceperit.
4 Alienator de euictione tenetur ſicut venditor.
5 Res prohibita alienari, prohibetur vſucapi.
6 Ex alienatione impropria, (quæ fit non prohibendo rem ſuam vſucapi) obuentiones cenſuales non debentur.
7 Non cenſetur alienare velle, qui poſſeſsionem negligit.
8 Res pignori data, non videtur alienata, maximè ſi per moram debitoris in proprium patrimonium non ſit redacta.
9 Res alienata minor credito, aut vſuris ſortem excedentibus alienata cenſetur,
10 In rebus alienari lege permiſsis vſucapioni locus eſt.
11 Qui ſeruitutem ſibi debitam negligit, eam alienare videtur.
12 Patientia vſurpatæ ſeruitutis, præſertim continuæ, & quotidianæ, pro traditione poſſeſsionis habetur.
13 Facultates, & ſeruitutes incorporales, deſuetudine vtendi quantumuis longo tempore non alienantur.
14 Sine poſſeſsione non ſolet præſcribi.
15 Incorporalia non poſsidentur, nec proinde vſucapiuntur.
16 Vſucapio alienationis verbo proprie non continetur.
17 Alienationis nomen hoc loco accipitur generaliter pro omni tranſitione in manus alterius,
18 Qui acquirere poteſt nec acquirit, nec alienare, nec in fraudem creditorum id facere cenſendus eſt.
19 Pauperior fit qui patrimonium minuit, non item qui nihil acquirit.
20 Negligentia, aut eiuratio adeundæ hæreditatis, alienatio eſſe non cenſetur.
21 Noſtrum nihil dici poteſt, ante eius agnitionem.
22 Optio legata ad præſtitutum tempus, & non amplexa, tamen alienatio non eſt.

1 ALIENATIONIS VERBVM. Res mancipi, dicebantur, quas alienari nephas non erat, quod & Abalienari dicebatur. Cicero in Topicis. Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſsio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Boëthius autem ipſius Ciceronis verba exponens, ait. Omnes res quæ Abalienari poſſunt, id eſt, quæ à noſtro dominio ad alterius tranſire poſſunt, mancipi dictæ ſunt. Idipſum quidem quomodo fieret, latè Caius inſtitutionum libro primo declarat. Eſt igitur alienare, rem quæ noſtra eſt, extra dominium noſtrum poteſta-

Res mancipi.
Abalienatio quid.
Alienare quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

témque ponere. Constantinus Harmenopul. libro quarto Epito. iuris ciuilis, titu. de emphyteusi, scribit Alienationem esse perfectam venditionem. πέρας δὲ ἡ ἐκποίησις τελεία τυγχάνει ἐστὶ, ἡ μετὰ τὸ γενέσθαι, τῶν καταβολῶν τῶν τιμήματος, ὅτε τοῦ καταβάλλειν τι ὁ ἀγοράσας δεῖται ἀναγκάζεται κατ' ἐτος διδόναι τι. Ea siquidem alienatione facta, soluto videlicet precio, tutus erit emptor, ne quid annui pensitare cogatur. Quo loco ponit discrimen inter venditionem atque Emphyteusim, quæ singulis annis præstat aliquid. Quod autem scribit 3
Constantinus alienationem esse perfectam venditionem, hoc accipiendum erit, vbi venditor alienatæ à se rei precium acceperit. Is enim alienasse dicitur, qui solutionem accepit: quæ sententia est Bartoli in l. vero. de procurato. & in l. non solùm. ff. soluto matrimonio. quemadmodos peta. vbi citat in hanc rem l. qui hominem. §. qui Titium. ff. de solutio. Quocirca ille perinde ac venditor, de euictione tenetur. In- 4
nocentius in capit. si quis. de rebus eccles. alienan. Est igitur lata significatione alienatio, venditio. vide quæ scripsimus infrà, hoc titul. l. alienatum.

VSVCAPIONEM. Res prohibita alienari, prohibetur quoque 5
vsucapi. l. vbi lex. & ibidem gloss. & docto. not. ff. de vsucapio. Ecce enim cùm res pupilli alienari nequeant, certè eadem ratione vsucapi nephas est. Gloss. in l. vnicam. C. si aduersus vsucap. Textus est in l. si fundum. ff. de fundo dotal. Sic igitur qui rem suam vsucapere non prohibet, propius est vt videatur eam velle alienare. Sed hæc impropria quidem significatio est, & κατάχρησις vsurpata. Nam ex ea alienatione non deben- 6
tur patrono, dominóque benefici prædij obuentiones censualis fundi: quod in vera alienatione seu venditione aliter se habet. Neque tamen 7
censetur alienare velle, qui possessionem negligit tantùm atque omittit. l. item si. §. potest autem. ff. de alienatio. iudic. mutan. causa fact. Quid, an res pignori data, alienata videatur? Respondet Scæuola, non videri, 8
si modo in proprium patrimonium, (quod ferè cessante debitore fit) non sit redacta. l. qui habebat in prouincia. ff. de legatis tertio. vbi Accurs. notat in verbo redacta. l. legata. ad finem. ff. de supellect. lega. Vnde fit, vt si res pignori obligata, minor sit credito, aut sortem vsuræ longè excedant, alienata censeatur, sicut sentit Bartolus in l. rem legatam. ff. de adimen. lega. per dictam l. legata. de supellect. legat. Quod 10
autem dicitur alienationis verbum vsucapionem etiam comprehendere, cum distinctione accipiendum est. Nam aut res alienari prohibetur, aut omnino permittitur. Ea item prohibitio vel ab homine tantùm, vel à lege manat. Si quidem prohibitio est ab homine, veluti à iudice, certè in quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur. l. in quorum. ff. de pignoribus. Si à lege prohibitio sit, earum videlicet rerum quarum commercium non est, vt sunt res sacræ, & cætera id genus, quoniam eas alienari lex vetat, easdem quoque pignori dari non sinit, vt Diuus Pius Claudio

Satur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Saturnino reſcripſit. l.j.§.eam rem.ff.quæ res pign.vel hypoth.oblig.non poſſ.l.non licet.de contrahen.empt.Generalior eſt ſententia in l.ſancimus.C.de reb.alie.nõ alien.& de prohib.re.aliena.vel hypoth. hac quippe diſtinctione intelligenda eſt d.l.in quorum.

Intellectus l.in quorũ. ff.de pig.

EVM QVOQ VE. Dixit Paulus rem ſuã alienare videri eũ qui patitur eam vſu authoritatéq; in alterius trãſire dominiũ:cõſequens eſt vt idem
11 de eo quoq; cẽſeatur,qui cũ ſibi deberetur ſeruitus,vſum eius negligẽdo, eã ipſam perdit.Ecce enim ſi per tuũ fundũ via mihi debeatur,eo autẽ in loco per quẽ ea viẹ ſeruitus deberetur mihi,ẹdificare te,aut quiduis aliud facere ſciuero,ſaltẽ nõ prohibuero,ipſum ius viẹ ſic amitto.l.ſi ſtillicidij.ff.quemadmo.ſer.amitt.Ea quidem ratione videor hãc ipſam,quæ mihi debebatur,ſeruitutẽ,nõ vtendo,velle alienare,id eſt,in alterius dominiũ
12 trãſire:nam hæc mea patientia,qua quidẽ abutitur aduerſarius in vſurpãda ſeruitute quæ mihi debetur,pro traditione poſſeſsionis eſt accipiẽda. l.quoties.la ij.de ſeruit.huic autẽ potiſsimũ ſententiæ locus erit,ſi ea quæ debetur ſeruitus ſit continua,& ſingulorũ dierũ.Qua ratione Seruius ſcribit perdere eum,nõ vtẽdo,ſeruitutem:quia id quod habet,quotidianum ſit.l.ſi ſic.d.tit.quemadmo.ſer.amit.l.ſi aquã.C.de ſerui.& aqua.Quid de facultate dicas quẹ alicui cõpetat,an ſi quis lõgo tempore eius facultatis vſu abſtineat,perdere eam cenſeatur? Panormita.in cap. Quoniam frequenter.§.in aliis.extr.vt lit.nõ cõteſt.& in cap.Cùm ſit generale.extr.de
13 ſo.comp.hos gryphos diſſoluit:ac contendit eam facultatem, non vtendo, nequaquam amitti, etiam ſi quis totos centum annos minimè ea ſit vſus, ſi modò nulla interim neceſsitas vtendi interceſſerit,ac nihil opus fuit vſu. Idem etiam de ſeruitutum iure incorporali ſentiendũ exiſtimo, vt ſcilicet,vſucapi nequeant hæ ſeruitutes patiẽtia domini,& nõ vtendo: quando maximè cauſam interpolatam diſcontinuámq; habent.l.ſi alienare.§.hoc iure.ff.de vſuc.Quãdo quidẽ res ſine poſſeſsione,vſu authorita
14 téq; non ſolet quæri. Arqui iure incorporalia poſſideri non poſſunt:imò
15 verò traditionem ac vſucapionẽ ea nõ recipere ſcribit Caius in l.ſeruus.
16 §. incorporales.ff.de acqui.re.do.Quod reliquum eſt,vſucapionẽ alienationis verbo,propria ſignificatione,non contineri, ἀλλὰ κατάχρησιν, haud dubiè cõfebimus:cùm & ſine traditione,& euictionis onere alienatio nulla ſit.Nam & principẽ ſeu principalẽ alienatorem de euictione ſolũ teneri Inno.ſcribit in cap.ſi quis.de reb.eccleſ.alien.vel non.Vnde arbitror hîc
17 Paulum iureconſ.alienationis nomen poſuiſſe pro eo quod eſt rẽ in alienas manus tranſire:quod etiam furto fieri poteſt.Vide Chaſſan.titu. *Deſiedz* §.viij.in verbo *En alienation & tranſport.* Conſuetud.Burgund.

18 OCCASIONE ACQVIRENDI Qui cùm poſsit quẹrere,nõ id agit vt acquirat,neq; alienare videtur,neq; in fraudẽ creditorũ id ipſum facere.
1 l.qui autem.ff.quẹ in fraud.cred.Neq; verò fit pauperior is qui nõ acquirit,ſed qui patrimoniũ minuit.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus hæres.ff.de dona.
19 inter vir.& vxo.Nec ſi quis hẹreditatem negligit aut pro derelicta habet,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

alienasse eam censebitur d.l.item si.versi.neque.de alien.iud.mut.cau.fa. Eadem quoque ratio erit in eo qui cernendæ ius hæreditatis eiurauit seu repudiauit, vt ea alienatio minimè credatur. Nam cùm alienare sit 20
(vt dictum est à nobis)eius quod in mãcipio nostro est, in alterius transferre dominium,& hæreditas nostra dici nõ possit ante eius agnitionem 21
neque in bonis nostris esse.l.precia rerum.ff.ad leg.falcid.si certè hęreditatem cernere detrectauerimus, non eam alienasse videmur: cùm nihil omnino quod in bonis nostris fuerit, in alium à nobis transtulerimus.l. magis puto.§.si fundus legatus.ff.de reb.eor.in ea est sententia Baldus in l.pupillorum.ad princip.C.de repud.hæred.

AVT OPTIONEM. Si cui optio legata sit,eam autem intra præstitutũ 22
eligendi tempus non amplectitur,non etiam censetur alienare. Nam & re integra,& antequàm vendiderit hæres,audiendus erit legatarius:quoniam damnum subiturus non est hæres,propter quod decernere id prætor solet.l. mancipiorum.ff.eod.titu.Cardin. Clem.j.§.j.de concess.præb. Sed & si prius quàm elegerit legatarius,excesserit è vita,hoc ius ad hæredem transmitti scribit Paulus in l.illud.d.titu.de optio.leg.

SVMMARIVM.

1 Coniunctio sæpius interpretationis loco ponitur.
2 Et coniunctio,implicatiuæ est frequenter.
3 Oratio siue coniunctione, aut disiunctione,secundum captum intentionémque loquentis interpretanda est.
4 Dubia testatoris mens secundum id quod verisimilius est venit accipienda.

λυσιδέτον. διάλυτον. Dissolutum

SORATIO. Quod Quintilianus cæterique alij Rhetorici ἀσυνδέτον καὶ διάλυτον vocant, hoc Cicero dissolutum, quidam arti culum,quãdo videlicet multa sine cõiunctione cohęrent. Vt, VENI, VIDI, VICI. *Ferte citi flãmas, date tela, impellite remos.* Et vt Cicero dixit contra concionem Metelli, qui iudicabantur,eos custodiri,vocari,ad Senatum adduci iussi,in Senatu sunt positi:& totus hic locus.Rutilius(ait Quintilianus libro nono,vbi de figurisverborum scribit) hoc genus διάλυσιν vocat, eorum quæ possunt esse copulata, dissolutionem.Contrarium est schema quod coniunctionibus abundat, quod *Cap.iij.*

Polysindeton. πολυσύνδετον Græci appellant,cùm oratio multis coniunctionibus cohæret.

Vt - Tectúmque larémque.
Armáque amycleúmque canem,cresbámque pharetram.

Coniunctio quid. Est autem coniunctio, quæ à Græcis σύνδεσμος καὶ σύμπλοκη, cùm interpositione verbi, & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, authore Cicerone libro quarto Rheto.ad Herennium:hoc modo. Tutela est vis atque potestas in capite libero: perinde est ac si esset scriptum, tutela est vis seu potestas. Nam coniunctio similia coniungit, 1
& sæpius interpretationis loco ponitur,sicut Chassan.annotauit in Commenta.ad consuetud.Burg.titu. *Des droictz apparte. à gens mar.*§.xij.not. Barto.in l.de quibus.ff.de legibus & sensibus,vt placitum & consensus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

id est placitus consensus, sic ipse Barto. scribit in l.j.ff.de pact. videto Cyn. in l.ij.C.quæ sit long.consue. Sed quatenus ad exemplum attinet quod desumpsimus ex §. Est autem institutio de tutelis, ego quidem eo loci mendosè legi arbitror, vis, pro ius. Nam & Theophilus legit hoc modo. Est autem tutela ius & potestas. Cuius ea verba sic se habent, ἐπίτροπὴ ἐστὶν ὁρισμὸς δίκαιόν τι καὶ ἀξιοῦν ἐλευθέρας κεφαλὰς διδόμενον, &c. Nisi forsan velis id potius esse ἀπίστοχον. Verumtamé qualitercunque res se se habeat, hîc vis non accipitur pro violenta potestate, vt hallucinatur Accursius, & similiter Barto. in l.prima.ff.eodem titu. sed pro potestate & facultate quadam: vt apud Ciceronem pro M.Marcello. Nullius (inquit) tanta vis tantáque dicendi copia, id est tanta dicendi facultas. Et apud Poëtas.

Et, copulatiua dictio, quot modis accipiatur.

Locus institutionum emendatus.

Non ea vis animo est, nec tanta superbia victis.

Sed melius legitur, ius, quàm, vis: vt in cap. venerabilem. §. verùm. de electio. & elect. pot. in hæc verba, Verùm illis principibus ius & potestatem eligendi Regem & Imperatorem postmodum promouendum recognoscimus (vt debemus) ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, præsertim cùm ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, &c. Quo loco hæc copula seu coniunctio, &, inter has duas voces IVS, POTESTAS, collocata, non significandi tantùm, sed & implicandi (vt nostri doctores loquuntur) vim obtinet: facit enim eiusdem qualitatis relationem: quod dictionibus implicatiuis regulariter conuenit, vt satis annotauimus in nostris Aphorismis iurisprud. in verb. ALIVS. Igitur, &, coniunctio aliquando implicat, vt etiam annotauit Vlda. Zasius in l.prima.ff.de iurisdictio. omnium iud. ex doctoribus in eandem l.ibi, &, possessionem dare, & in bonorum possessionem mittere. Sed tamen nunquam, &, diuersa copulat, vt not. Accursius in rubr. titu. de iuris & fact. igno. Et Felin. Sand. in cap. Gregorius. procem. decret. At verò, quæ neque coniunctionem, neque disiunctionem habet oratio, secundum captum intentionémque loquentis interprætanda erit, sicut nos hoc loco Paulus admonet. Quod ipsum qualiter accipiatur, viderimus. Si testator scripserit in hæc verba. Centum aureos pij legati nomine Laurentio volo ex bonis meis erogari, quo die Lutetiam, Lugdunum, Turones, mea causa se contulerit. Hoc est ἀσύνδετον καὶ διάλυτον, seu (vt Cicero vocat) dissolutum: qualiter, quæso, intelligas? Sanè iudicandum erit id voluisse testatorem, vt subintellecta disiunctione, quam tamen omiserit, satisfiat, si legatarius vel Lutetiam, vel Lugdunum, vel Turones adierit: cùm certissimum sit neminem eadem die, diuersis locis iisdémque procul inter se se remotis, esse posse. Propius est igitur vt ea in re dubiam testatoris mentem, secundum id quod verisimilius est, interprætemur. Vide l. sæpe ita. infrà hoc titu.

Dictiones implicatiuæ.

Aphor. vij.

Dissolutum

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. XVII.
LEX XXIX.

CONiunctionem enim nonnunquã pro disiunctione accipi, Labeo ait: vt in illa stipulatione, mihi hæredique meo, te hæredémque tuum.

SVMMARIVM.

1 Coniunctio aliquando pro disiunctione accipi solet.
2 Disiunctiua oratio in coniunctiuam resoluitur, præsumpta iuris suspitione, in obscura testatoris voluntate.
3 Obligatio disiunctiua, sicut obligatio generis, in solutione diuisionem nõ recipit, nam vtriusque eadem est ratio.
4 Generis indefiniti legatum orationis compendio singulas continet species.
5 Genus est in obligatione non indiuiduum.
6 In obligatione generis, quod soluitur indiuiduũ cẽseruat ppetuo fuisse sub genere in obligatione.
7 Conditio tacita legati transmissionem, aut actionis exercitium impedire non potest.
8 Respectu generis nulla est conditio, sed singularum partium.
9 Conditiones in legatis non retrahuntur, non idem in contractibus.
10 Disiunctiua obligatio, à generali in hoc differt, quod in hac sint innumeræ propemodum species, in illa verò pauciores ad quas maiorem affectionem habuisse videntur cõtrahentes.
11 De re sua inutilis est stipulatio.

CONIVNCTIONEM. Postquàm docuit nos Paulus, eam orationem quæ neque coniunctionem habet, neq; disiunctionem, interpretandam esse secundum intellectũ eius, qui pronuntiat, nunc persequitur rationem cur id esse debeat. Coniunctionem enim (inquit) aliquando pro disiunctione accipi, Labeo scribit. Est autem disiunctio (quam alij vocant disiunctiuam, nostri alternatiuam) propositio ex contrariis, quam de disiuncto extremo nominant: cuius partes sunt termini contradictorij. Cicero libro quarto Rheto. ad Heren. Disiunctio (inquit) est, cùm eorum de quibus dicimus, aut vtrunque, aut vnumquodque certo concluditur verbo, sic Populus Roma. Numantiam deleuit, Carthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas euertit. Nihil Numantinis vires auxiliatæ sunt: nihil Carthaginiensibus scientia rei militaris adiumento fuit, nihil Corinthiis erudita calliditas præsidij tulit, nihil Fregellanis morum & sermonis societas opitulata est. Itẽ, formæ dignitas aut morbo defloresciit, aut vetustate extinguitur. Hic vtrunq; & in superiore exemplo vnamquanq; rem certo verbo concludi videmus. Sed Coniunctio est cùm interpositione verbi & superiores orationis partes compræhendũtur, & inferiores, hoc modo formæ dignitas, aut morbo defloresciit, aut vetustate. Est quippe coniunctio latinũ verbum, quod Dialectici propositionẽ copulatiuam appellãt, hoc modo. Paulus & iuris peritissimus fuit, & eloquẽtissimus. Disiunctionem quidem semper Cicero dixit: disiunctiuam nunquam, quod legisse meminerim. Iam verò coniunctionẽ aliter iureconsulti quàm Rhetores & Dialectici vsurpant: volũntq; cõiunctionis ac disiunctionis interpretationem nõ à verbi natura tãtùm, sed à sensu vero & argumẽto eius negotij, quo de

Disiunctio quid.

Coniunctio.

Disiunctiuã non esse latinum verbũ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quo de agitur, petendam esse. Ecce enim si quis ita stipuletur: promittis te hæredémq; tuũ accepto laturũ? Hîc cõiunctio pro disiunctione est posita, vt sit sensus. Promittis te vel hęredem tuũ accepto laturũ? Vel se quis stipuletur Stichũ sibi hęredíq; suo dari, sanè negotij ratio postulat, vt intelligatur cõiunctio disiunctiuè posita: cùm Stichus vtriq; dari nõ posit. Qua ratione confugiendum erit ad iuris coniecturas, ex ordine vel seriepturæ, vel adfectionis enuntiãtis: vt si paterfamiliãs in testamẽto ita scripserit. Si quis mihi filius aut filia genitus fuerit, hęres mihi esto: si mihi filius aut filia hęres non erit, Seius hæres esto. Hîc cùm non satis plana atq; aperta sit testatoris voluntas, præsumpta iuris suspitione, disiunctionẽ pro coniunctione accipiemus: sic vt non aliter testator Seium hæredem esse voluerit, quàm si nec filius nec filia illi fuerit. Iulianus in l. si is qui ducenta. §. fi. ff. de reb. dub. Et hoc quidem propter directæ substitutionis naturã vt Bart. ibidẽ visum est: & liberorũ gratia, qui patri ante omnia centur chariores. Quæ etiã est Bartoli sententia in l. generaliter. C. de institu. & substitu. quo loco vult hanc rationem ad extraneos quoque protendi. Vides igitur qualiter disiuncta oratio resoluatur in coniunctã: tum propter defuncti, & testatoris affectionẽ, tum etiam ex pręsumpta volũtate. Est in l. cùm pater filios. §. penult. de leg. ij. in d. l. generaliter. C. de institu. & substi. l. cùm quidam. C. de verbo. & re. sig. quo loco Alciatus restituisse se testatur dictionem Gręcam sic. Coniunctionem aut, pro &, accipi, vt videatur copulatiuo modo esse prolata, vt magis sit σωώφρα, vt primam personam, &c. Ego, pace Alciati, arbitror, & quidem longè melius σωώφρα potius quàm σωώφρα legi oportere: σωώφρα enim τὸ τῆς σωωφρ. coniunctionem seu commissionem significat, σωώφρα autem est, perinde ac si dicas, coniunctiua. Quod reliquũ est, ad rem facit vt tractemus de obligatione disiunctiua: vt cùm quis stipulatur Stichũ aut Pamphilum dari: ea quidem obligatio similis est ei quæ in genere fit. Traditur nãq; eum qui in genere hominẽ, aut lancẽ, aut aliquod aliud vas debet, soluendo partẽ, nec in parte soluta liberari. l. si stipulatus. §. qui decem. ff. de solutio. l. si non sortem. §. si decem. de condict. indeb. licet enim incerti hominis petitio scindatur, solui tamen, nisi in solidum non potest. l. in executione. §. pro parte. de verbo. obli. Alioqui in diuersis hominibus rectè partes solue rentur: neque quod stipulatus est stipulator consequeretur. d. §. pro parte. Quod & ad obligationem disiunctiuam Paulus iureconf. vult transferri in l. ij §. & harum. versi. eiusdem conditionis. d. tit. de verbo. obl. Is etenim qui disiunctim Stichum aut decem debet, partem Stichi soluendo, minimè liberatur, dicto §. si decem. Nam eadem est obligationis generalis & disiunctiuæ ratio, seu de obligatione introducenda agatur. l. cùm is §. vlti. de condictio. indebi. seu quis obligationis effectum, solutionem scilicet, inspiciat. dicto §. pro parte. Quandoquidem in obligatione generis, perinde atque in disiunctiua, nullus est in obligatione præcisè, sed sub conditione tantùm: videlicet, vt si vnus non

Ratio decid.

Generalis & disiunctiæ obliga. ratio eadem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nõ detur,alius detur.l.iij.ff.qui & à quib.perpendẽdo verbũ, Quodãmodo,quod nõ ad cõditionem,ſed ad ſingulos homines refertur.Siquidẽ & 4
lex ait,hominis legatũ,orationis cõpendio ſingulos homines continere.l. Mæuius.§.duobus.de leg.ij.Neq; verò id ratione caret.Etenim qui homínem in genere promittit,videtur ſpecies reſpexiſſe:cũ genus ſub ſe omnes ſpecies comprehendat,etiã ex proprietate ſermonis,ſicuti Baldus docuit
Explicatio §.ſacra.verſ.vinianutẽ. de verb.obl. in l.ij.C.de iur.aureo.annul.no.in cap.Rhodolphus.de reſcrip.Huc perti
net quod & aliqui dicũt,genus ipſum eſſe in obligatione,nõ aliquid indi 5
uiduũ.l.inter ſtipulãtem.§.ſacrã.verſ.vini autẽ non ſpeciem,ſed genus.de ver.obli.hoc nimirũ ſenſu,vt qui genus promittit,quid certũ ipſo genere promittat.Omnino enim vna eius generis ſpecies debebitur:aliter indiuiduum illud ſit incertũ.Quibus accedit quod & Accurſius in d.§.duobus. l.Mæuius, de leg.ij.ſæpenumero ait,in obligatione generis nullũ hominẽ eſſe in obligatione,ſed omnẽ eſſe in ſolutione. Quod ita accipiẽdũ arbitror,vt nullus ſit in obligatione præciſè,ſed omnes ſint in ſolutione: ſub
cõditione tamen,ſicuti modò oſtẽdimus.Is enim qui ſoluetur,cenſebitur 6
perpetuò in obligatione fuiſſe.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ in melle.ff. de ſolutio.Quod ex veteribus quidã,videlicet Iacobus de aren.hîc & alij
quos immeritò Bartolus reprehẽdit,cẽſuerunt.Neq; verò huiuſmodi cõ- 7
Diluit arg. ditio,cùm ſit tacita,legati trãſmiſsionem aut etiã actionis exercitiũ impedire poteſt.l.conditiones quæ extrinſecus.de cõdit.& demonſtra.l.illud aut illud.de optio.leg.Ro.hîc.cùm tamẽ & in alternatiua obligatione,id obſeruari videamus,quę quidẽ generali ſimilis eſt,licet interim actionẽ nõ oriri nõ diffiteamur.l.itẽ quia.§.j.de pac.ſed neque præciſè quis agere
poteſt vt aliquis detur,at generaliter.Reſpectu itaq; generis nulla eſt con 8
ditio,ſed ſingularũ partiũ. Alcia.in d.l.ij.§.& harum.de ver.obli.Nec nos quicquã mouerit quod lex ait,ſi quis cũ Stichum aut decem deberet,Stichum perſoluerit exiſtimãs ſe Stichũ debere,decem ſolutis, Stichũ condicere poſſe.l.cùm is.§.vlt.de condic.indeb.cùm tamen in legato generis ſecus ſit.l.ſi is cui.de leg.ij.nam hęres à quo generaliter homo legatus eſt, ſi à ſe legatũ Stichũ crediderit,Stichum ſoluat,illi repetitio nõ dabitur. d.l.ſi is cui.Non enim hoc ideò receptũ eſt quòd aliqua ſit inter generalem & diſiunctiuã obligationem differentia:ſed quia contractus in hoc à legatis differunt,quòd in illis conditiones trahuntur retro.l.neceſſario.§.
quòd ſi pendẽte.ff.de peric.& com.rei vend.Vnde quis ſoluendo poſtea 9
decẽ,perpetuò illa decem videtur debuiſſe:Stichúmq;,tanquã indebitũ, repetere poterit:in his verò,conditiones minimè trahũtur retro.l.j.verſi. ſerui.ff.Syllania.Bar.& Moder.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.docto.in l.ſi filius familiâs.de ver.ob.Cùm igitur ſolutus ſit Stichus, tametſi poſtea decem offerat,nõ cenſetur tamen perpetuò in obligatione eſſe:cũ (ſicuti modò admonuimus)in legatis nunquam retro trahatur.d.§.ſerui. Tantùm igitur inter generalẽ & diſiunctiuã obligationem conſtituenda erit differẽtia,quòd cùm diſiunctiua oratio pauciores ſpecies compræhendat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

10 hendat quàm obligatio generis, quæ propemodum infinitas habet, maiorem affectionem circa disiunctiuas species videntur habuisse contrahentes, quàm circa innumeras species quæ generibus continentur. Vnde qui Stichum aut decem stipulatus est, si de non petendo Sticho paciscatur, ne decẽ quidem petere poterit. l. si vnus. §. sed si stipulatus. ff. de pact. Etenim cùm par sit vtriusq; affectionis ratio, si alterum non petere promiserim, in totum liberaris. Alioqui cõtra præsumptam contrahentium mentem, obligatio disiuncta, præcisa efficeretur. Quod quidem in eo minimè obseruatur, qui cùm in genere hominem petere possit, de non petendo Sticho paciscatur. d. §. sed si stipulatus. versi. sed si generaliter. Hic nanque alias omneis species, præter Stichum petere poterit: cùm dissimilis diuersáque affectionis ratio id suadeat. Eodem modo & si Stichum aut Pamphilum stipulatus sum, cùm tamen Pamphilus esset meus: nec si quidem meus esse desierit, liberabitur promissor Pamphilum dando: quod non procedit si hominem generaliter dominus stipuletur. l. qui decem. §. Stichum. de solutio. Differentiæ ratio hæc est, quòd in obligatione disiunctiua Pamphili promissio nunquam valuit. l. Nemo rem suam. l. existimo. de verbo. oblig. cùm nemo rem suam posit stipulari. §. j. institu. de inutil. stipul. cúmque speciem vtranque considerasse videatur. At in generali hominis promissione non videtur stipulator Pamphilum potius quàm alium quamlibet respexisse: vnde vtilis est stipulatio quasi in eum concepta casum quo res sua esse desierit. d. l. existimo. Qua ratione qui hominem aut decem stipulatus est, si decem accepto tulerit, amplius hominem petere non potest. l. qui hominem. de solutio. cùm tamẽ aliud in eo qui hominem in genere stipulatur, Stichum accepto tulerit, obseruari videamus. Aretinus ad §. si tamen hominem. l. ij. de verbo. obligat. Quod ex affectionis differentia satis colligi potest. Neque generalius hanc nostram traditionem euertit, quod videamus eum qui damam aut Stichum stipulatus, si damam oblatam recipere recusset, ísque post oblationem decedat, debitorem iure liberari. l. stipulatus sum damam aut Stichum. de verborum obligatio. l. acceptam. de vsuris. Quod in promissione generis secus est: cùm nõ nisi exceptionis ope liberetur. §. si cui homo. in l. huiusmodi. de lega. j. Nam vterque in specie iure ipso liberatur: léxque dicens eum ope exceptionis liberari, non de intentionis aut facti exceptione, sed de ea quæ iuris est intelligitur. Not. in l. q. i se debere. ff. de condictione ob causam. videto tamen Zasium in suis intellect. singul. Erit igitur similis per omnia generis & disiunctæ obligationis ratio, nisi quòd in affectione aliqua in parte discrepant, vt superioribus argumentis edocuimus.

Explicatio §. sed si stipulatus. l. si vnus, de pactis.

Explicatio. l. qui decẽ.

§. Stichum de solut.

Explicatio l. qui hominẽ. de solu.

Diluitur argu.

Epilogus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX XXX.

SYlua cædua est, vt quidam putant, quæ in hoc habetur, vt cædatur. Seruius eam esse quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus nascitur. Stipula illecta, sunt spicæ in messe deiectæ, nec dum lectæ: quas rustici cùm vacauerint, colligunt. Noualis est terra procissa, quæ anno cessat, quam Græci νεοῖλιν vocant. Integra autem est in quam nõdum dominus pascendi gratia pecus immisit. Glans caduca est quæ ex arbore cecidit. Pascua sylua est, quæ pascuis pecudum destinata est.

SVMMARIVM.

1 Sylua ἀπὸ τῆς ὕλης dicta, & varia significatio.
2 Sylua genus est ad nemus, lucum, saltum.
3 Fructuarius qui arbores intempestiuè cæcidit, de damno sarciendo tenetur: nec fructus suos facit: nisi forsan interiit immaturas succidi, aut decerpi.
4 Syluæ cæduæ ramos & pedamenta fructuatius potest in suos vsus insumere.
5 In sylua cædua glandiferæ arbores esse possunt.
6 Sylua seu glandaria sit, siue non, cædua non dicitur, nisi cædi consueuerit.

Sylua vnde dicta.

YLVA. Syluam quasi soliuam dici quidam existimant. Sed ego puto melius ἀπὸ τῆς ὕλης, quæ quidem dictio præter id quod materiam rudem & informem significat: accipitur etiam ἀπὸ τοῦ δεύμαβος, significátque σύνδενδρον τόπον, vt est apud Etymolog. Itaque Græca imitatione Hyle à nostris sylua dicitur. Vnde arbores quæ in materiam, vel vites quæ in sarmenta eluxuriant, à Græcis dicuntur ὑλεμανεῖν, quod Sylueſcere Latinis dicitur authore Gaza: quemadmodum ἐξυβρίζειν: cùm segetes luxuriant, & nimia pabuli vbertate lasciuiũt, Budæo teste. Sed & Sylua, & verbum Sylueſcere generaliter & ad arbores pertinet & ad herbas. Virgil. libro primo Georg. 1

Sylueſcere quid.

- Sub it aspera sylua,
Lappêque tribulique, intérque nitentia culta,
Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Et Ouidius libro xj. Metamorphoseos.

- Syluíſque paluſtribus exit.

Et idem libro tertio Metamorpho.

Nam duo magnorum viridi coëuntia sylua,
Corpora serpentum, &c.

Quibus locis Sylua herbam virentem significat & luxuriantem. Syluas etiam de vitibus dixisse Virgilium, testis est Seruius, eo loco vbi ait ipse Virg.

Virgil. libr. ij. Georg.

Syluarúmque aliæ pressos propaginis arcus.

Propria tamen significatione de arborum consitione dicitur. Virgilius libro primo Georgicon.

Concussáque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Concuſſáque famem in ſyluis ſolabere quercu.

Quamuis autem generalis ſyluæ ſit appellatio, id tamen diſcriminis ponunt inter Syluam, Lucum, Nemus, & Saltum, quòd Sylua cædua ſit, quæ exciſa ſcilicet repullulat. Lucus verò cæduus non eſt, quin potius manu conſitus religioſúſque, atque alicui Deo, vel hominis alicuius cineribus conſecratus. Ouid. libro ſecundo Faſtorum. *Sylua, Lucus Nemus ſaltus, quantũ differãt.*

Multis incæduus annis.
Iunonis magna nomine lucus erat.

Nemus (quod etiam à Græcis νέμος παρὰ τὸ νέμειν dicitur, quòd in eo greges armentáque paſci ſoleant) eſt locus amœnitatis ac voluptatis plenus. Virgilius libro quarto Aeneid.

In nemus ire parant, vbi primos craſtinus ortus
Extulerit Titan, radiiſque retexerit orbem.

Martialis, libro x. Epig.

Et delicatæ laureum nemus floræ.

Et iterum libro ix.

Tu colis elyſios, nemorísque habitator ãmœni.

Saltus autem eſt ſylua inuia, nec peruia tranſeuntibus: vbi paſci atq; æſtiuare pecudes ſolent: aut ſi locus aërque patiatur, hyemare. Sic fermè Laurent. Vallen. libro quarto. Virgil. libro quarto Aeneid. *Cap. lvj.*

Dum tepidant alæ, Saltúſque indagine cingunt. *Et alibi.*
Saltúſque peragrat
Dictæos: hæret lateri lethalis arundo. *Eodem libro ij.*

Tanta quidem apud veteres ſyluarum cura fuit, vt etiam his cuſtodiendis conſules præficerentur: ne videlicet arbores vulgò cæderentur, ſicque tandem ædificandarum nauium deeſſet materia. Quæ prouincia minor dicebatur. Quapropter Sueto. Tranquil. in Iul. Cæſare ſcribit ab optimatibus datam operam fuiſſe, vt prouinciæ futuris Conſulibus minimi negotij, id eſt ſyluæ calléſque decernerentur. Huius quoque rei Virgil. in Bucolic. meminit his verbis. *Prouincia minor quid.* *Cap. xv. Syluarũ curatores conſules fuit.*

Si canimus ſyluas: ſyluæ ſunt conſule dignæ.

Quia igitur ligna in ſyluis & ampliſsima & excelſa, eáque ædificationi aptiſsima, creſcunt, ſylua propterea dicta eſt παρὰ τὴν ὕλην, id eſt materia ex qua efformatur aliquid, vel copia rei alicuius. Cicero libro tertio de Orato. Rerum (inquit) eſt ſylua magna: quam cùm Græci iam non tenerent, ob eámque cauſam iuuentus noſtra dediſceret penè diſcendo, etiam Latini, ſi diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi extiterunt.

CAEDVA. Sylua cædua dicitur, quòd quæ in ea ſunt arbores in eum deſtinantur vſum, vt aliquando ſuo tempore ſuccidantur: & exciſæ ſuo etiam tempore repullulant. Nam ſi ἀκαίρως, & intempeſtiuè fructuarius cædat, atque aliter quàm paterfamiliâs cædebat, peccauit, & tenetur proprietario ad ſarciendum damnum. l. hactenus. ſub fin. & l. ſequen. ff. *Sylua cædua quid.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de vsufru. Neque eos fructus suos facit, nisi forsan intersit immaturam cædi: sicut Oliua quæ immatura lecta plus adfert fructus, quàm matura, vt l.penulti.de vsufruct.lega.& l.si absente.§.syluam cæduam d.titu.de vsufruc. Quapropter hîc erit expendendum fructiferæ sint arbores nécne, aut in eum habeantur vsum, vt cædantur. Nam earum aliæ, semine radicéque generationem adquirunt: aliæ quidem sponte sua enascuntur & crescunt, vt author est Theophrastus libro tertio de historia plantarum: & Virgilius libro secundo Georgic.his verbis.

Oliua lecta immatura plus adfert fructus.

Cap.j.& ij.

Nanque aliæ nullis hominum cogentibus ipsæ
Sponte sua veniunt, campósque & flumina latè
Curua tenent: vt molle Siler, lentæque Genistæ
Populus, & glauca canentia fronde Salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ, nemorúmque Ioui quæ maxima frondet
Esculus: atque habitæ Graiis oracula Quercus,
Pullulat ab radice aliis densissima sylua:
Vt cerasis, vlmísque: etiam Parnasia Laurus
Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra.

Iam verò quæ semen fructúmque afferunt, tam ex radice, quàm semine prodire possunt eodem Theophrasto authore. Quæ etiam syluestres sunt & steriles, perinde prodeunt. Et cùm earum rami & brachia amputantur, iterum pullulant, & stolones mittunt, hinc insitiuæ plantæ. Nam, vt ipse Theophrastus tradit, & Hippon author est, omnem plantam & vrbanam & syluestrem effici posse planè constat, scilicet cultum adeptam seu non adeptam. Cæduam igitur syluam hîc appellat Caius, cuius non sunt fructiferæ arbores, sed steriles & quæ cædi tempestiuè consueuerint, ac ex quibus pedamenta & ramos possit fructuarius in suos vsus insumere.d.l.ex sylua.& l. sequen.de vsufruct. Ea sanè sylua est ferè quam nostrate lingua dicimus *Taillis & boys de couppe*. Quanquam veteres syluam appellauerint etiam quæ arboribus grandioribus, & ædificationi aptis & opacis sit consita: vt iam admonuimus, & Plinius testis est libro xvj.natu.histo.his verbis. In eadem (inquit) Septentrionali plaga Hercyniæ syluæ, roborum vastitas intacta & congenita mundo propè immortali sorte miracula excedit. Vt alia omittantur fide caritura, constat attolli colles occursantium inter se radicum repercussu. Aut vbi secuta tellus non sit, arcus ad ramos vsque & ipsos inter se rixanteis curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittant. Sed hæc sylua glandaria dicitur, vt à cædua separata sit: sicut videre est ex M.Catone libro primo de re rustica, in hæc verba scribente. Stolo.(Cato quidem inquit) gradatim præponens, alium alio agrum meliorem dicit esse in nouem discriminibus, & quod sit primus

Theophr. li. j. de histo. plan. cap. vj.

Cap. ij.

Cap. vij.

Agrorũ bonorum nouẽ differentiæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CENTRE TOURS

primus vbi vineæ possunt esse bono vino & multo. Secundus, vbi hortus irriguus. Tertius, vbi Salicta. Quartus, vbi Olieta. Quintus, vbi pratum. Sextus, vbi campus frumentarius. Septimus, vbi cędua sylua. Octauus, vbi arbustum. Nonus, vbi glandaria sylua. Hîc vides qualiter cæduam syluã
5 à glandaria distinxit Cato: cùm tamẽ ex Labeone doceamur in sylua cædua glandiferas esse arbores. Sic enim ait in l. cùm manu sata. §. sylua cædua. ff. de contrahen. empt. Sylua cædua in quinquennium venierat, quæ-
6 rebatur cùm glans decidisset vtrius esset, &c. Sed si omnino consideres, sylua seu cædua seu glandaria appelletur, in eum habeatur vsum, vt cædatur necne, tu sanè scrupulum totũ facilimè tollas. Nam cędua nõ censebitur, quæ cędi non cõsueuit. Quam sententiã satis hoc loco exequitur And. Alciatus. Videto etiam quę de ea re scribit Fran. Connannus lib. iiij. Commenta. iuris ciuilis ad principium. *Lib. iiij. cap. j.*

SVMMARIVM.

1 Stipula à stipa, siue stupa dicta est propter similitudinem facilis exarsionis.
2 Prima ex herbis vstis sacrificia.
3 Quæ stipula Latinis, Græcis est κάλαμος, non culmus Latinis, aut calamus.
4 Stipula illecta est spica quam legere messores neglexere.

1
STIPVLA ILLECTA. Stipulam à stipa dici, credũt, quòd stipę, hoc est stupę instar vri in agris soleat. Est autem stupa herba, cuius folia ac radices cùm fructu cremabant antiqui, eáque exhalatione ac fumo diis litabant. Quare ab ea, quam facerent, exhalatione, quam θυμίασιν Græci dicunt, Thisia deriuata est. Thysian autem propriè dixit Porphyrius esse, quę ex herbis fieret
2 diis, litationem. Siquidem cùm ante arbores herbas extitisse crederent, operæ precium facturos se existimauerunt, si vstarum herbarum suffitu primùm diis sacrificarent. Solebat itaque vri & accendi in agris stipula, magno, ait Plinius, Virgilij præconio. Is autem sic scribit lib. j. Georgic. *Stipula vnde dicta.* *Stupa quid.* *Thysia quid.* *Quę primũ sacrificia fuerint.* *Libr. xviij. cap. xxx.*

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis,

Tradit idem ipse Plinius libro decimoseptimo, tantam esse stipulæ crassitudinem in laborino Campaniæ nobili campo, vt ligni vice vtantur. Stipula igitur ea folia quæ culmum ambiunt, significat, authore Seruio. Aliquando tamen pro culmo Virgilius stipulam, idque καταχρηστικῶς accipit. *Cap. iiij.* *Stipula quid.*

Spicea iam campis cum messis inhorruit, & cum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. *Virg. libr. j. Georg.*

Et alibi.

- Culmúmque leuem, stipulásque volanteis.

Quòd verò pro culmo & calamo stipula aliquando vsurpari soleat,
3 hoc quidem fit, significatione Græca. Nam quod stipulam Latinè dici-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mus, hoc à Græcis κάλαμος, appellatur. Est autem κάλαμος, Latinis Calamus, & arundo. Vt κάλαμος ἰνώδης, κάλαμος τέξυλος, κάλαμος πλόκιμος, Theophrasto in libris de causis plantarum, id est calamus odoratus, arundo sagittaria, & textilis. Plinius libro xviij. Stipulæ (inquit) alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur. Alibi ab radice euellunt. Et paulò pòst. Vbi stipula domos contegunt, quàm longissimam feruant. Hoc loco videtur Plinius stipulam pro ipso calamo seu culmo accipere. Est igitur stipula generale verbũ. Spica autem propriè est, Seruio teste in primũ lib. Geor. Virgilij, cùm per culmi folliculum, id est extremum tumorem, aristæ adhuc tenues in modũ spiculi tument. Vnde ego puto spicam dictam. Hoc loco stipulam illectam appellauit Caius, culmum à messoribus derelictum, & qui simul cum spica non est collectus: hoc Græci καλαμᾶδες dicunt.

Cap. xxx.

Spica quid.

SVMMARIVM.

1 Nouale in iure pontificio, dicitur ager qui cum nusquam, nullàque hominum memoria cultus, & proscissus fuerit: nuper ad cultum vocatus est.

Alciatũ arguit.

NOVALIS. Noualis est terra proscissa, &c. Alciatus li. ij. prætermissorum hoc titu. censet legendum scribendúmque, præcisa, licet (inquit) ingentem hîc impressores lacunam reliquerint. Ea quidem Alciati lectio non mihi satis probata videtur: putóque priorem lectionem veriorem: vt qui primùm idem ipse hoc loco, proscissa legerit: & nescio qua ratione mutarit sententiam. Ac ne ego in tuẽda opinione videar ἄλογος, & ineptus repræhẽsor, hac quippe de causa, proscissa potius quàm pręcisa legi oportere existimo, quòd præcidere terram non dicimus, sed proscindere, authore M. Varrone libro primo his scribente verbis. Rursum (inquit) terram cùm primùm arant, proscindere appellant: cùm iterum, Offringere, &c. Columella libro primo. Pingues campi qui diutius continent aquam, proscindendi sunt. Et paulò pòst, igitur (inquit) vliginosi campi proscindi debent post idus mensis Aprilis. Et iterum eodem cap. Item graciles cliui non sunt æstate arandi, sed circa Septembreis Calendas: quoniam si ante hoc tempus proscinditur, effecta, & sine succo humus, æstiuo Sole peruritur, nullásque virium reliquias habet. Virgil. lib. j. Georg.

Varro lib. j. de re rust. cap. xxxx.

Proscindere Offringere.

Cap. iiij.

Et qui proscissa quæ suscitat æquore terga
Rursus in obliquum verso prorumpit aratro.

Erit igitur sic legendum aduersus Alciati sententiam.

Noualis est proscissa terra.

Quæ mea quidem opinio cùm D. Budæo conuenit. Est itaque Noualis, proscissa terra quæ anno cessat, & alternis annis seritur. Virgilius libro primo Georgicon.

Bud. in anno. pand. huc l.

Alternis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Alternis idem tonsas cessare nouales
Et segetem patiere situ durescere campum.

Idem Plin. lib.xviij.capit.xxj.

Nouales(inquit Seruius) propriè sunt primùm arua proscissa, & primum segetem ferentia.Et alio in loco idem Seruius scribit Noualia noua esse rura quæ per singulos annos per semina nouantur. Vel etiam Noualia dicuntur vnde sylua tollitur. Dicimus Nouales, & Noualia. Virgil.Ecglog.prima.

Nouales.

Noualia.

Impius hæc tam culta Noualia miles habebit
Barburus has segetes? &c.

Noualis (ait Varro libro primo) vbi satum fuit ante quàm secunda aratione renouetur:hoc Græci νεαγῶ, vel vt scribit Budæus, νεῶ ἄλω appellant. νεάω enim,nouare significat & noualia facere τὸ μεταβάλλειν τὴν γῆν πρότερον ἀρόμενον. Νεάζω autem & νεάζω Budæus in Commentariis ling.Græcæ,dicit esse nouare terram, veruactum aut nouale facere.Et Xenophon νεοπαθῆν. Nam Veruactum interdum & nouale pro eodem significato vsurpatur. Siquidem dicitur Veruactum terra vere proscissa, quæ à Græcis νεᾶλος καὶ νεός, ὁ νεόμα. Columella Veruactum dicit agrum primo vere proscissum qui anno cessauit.Cui sententiæ conuenit Plinius libr.xviij. Quidam (inquit) vtique ab æquinoctio verno proscindi volunt: quódque vere semel aratum est, à temporis argumento, Veruactum vocatur. Hoc in nouali atque requieto necessarium est. Hæc ille. Varro autem lib.j.rei rusticæ. Illud quoque multùm interest in rudi terra,an in ea seras quæ quotannis obsita sit,quę vocatur,Restibilis:an in veruacto,quæ interdum requieuit. Columella libro secundo ait Veruactum crudum significari cùm durior subeunti pars aliqua obsistit.Cæterùm,Nouale à iuris Pontificij authoribus,dicitur ager qui cùm nusquam nullaque hominum memoria cultus & proscissus fuerit(veluti excissa demum sylua)nuper ad cultum vocatus est.capit.Quid per nouale.hoc titul.de verbo.significa. Et hoc quidem ad ius decimarum attinet, vt scilicet ea terra,decimarum onere perpetuo censeatur immunis.capitulo vltimo.de priuileg. libro sexto. reliqua de hac re videbis diffusè apud scriptores Pontificios.

Cap.xix. & xxj.

Veruactum facere.

Veruactum quid & vnde.

Ca. xix.

Cap. xliiij.

Restibilis terra.

Cap.iiij.

SVMMARIVM.

1 Caduca bona, & caducæ hæreditates, sunt quæ cùm à vero exciderint dominio in Principem, vel fiscum, vel alium insperatum incidunt.

GLANS CADVCA. Rectè sanè Caius dixit caducam glandem esse quæ iam arbore decidit.Nam caducum à cadendo dicitur: & significat quod vel iam cecidit, vel quod casurum est. Vnde μεταφορικῶς caducum mortuum significat: inde Cadauer authore Seruio.Sic Virgilius libro sexto Aeneid.caducos dixit Dardanidas,id est,mortuos.

Glans cadua.

Caducum quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Hîc multum fleti ad ſuperos, bellóque caduci
Dardanidæ, &c.

Præterea & frondes caducas idem Virgil.li.primo Georg.dixit,id eſt, emortuas,& ita exſiccatas,vt propè ex arbore decidant.

Sæpe (inquit) *leuem paleam, & frondeis volitare caducas.*

Hinc caducos ſenes,id eſt,penè mortuos,ſeu morti proximos, appellamus.Nam frigida ſiccáque eſt ſenectus: ac caducis arborum foliis ſimilima.Sic Horatius libro tertio Carmi.Ode ad Calliopen.

Senectus.

Scimus vt impios
Titanas immanémque turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco.

Vnde etiam caduca bona,& caduca poſſeſsio,quę poſtea quàm à vero excidit domino, ſeu morte,ſeu alio quouis modo,in principē vel fiſcum, in aliúmve inſperatò incidit.Et caducæ hæreditates,quæ tum cernuntur, cùm interea nemo ſit qui vel ex teſtamento,vel iure adeat:quæ ideo caducæ dicebantur,ꝗ à vero certóq; hærede & legitimo cadebant.Id hodie vulgari noſtra lingua in ſtatutis municipalibus & conſuetudinibus vocamus Albinagium:Græci ἀβλαβῆα vocāt.Apud antiquos lege Papia,erat cautum,vt ſi viuo teſtatore,vel ante aditā hæreditatē è vita deceſsiſſet hæres, fiſco bona addicerētur,vel ærario. Huius autē ferendę legis cauſa,ciuilia bella fuere,quibus cū permulti viuis teſtatoribus caderent & occiderent, plurima fiebant caduca,nullis quibus relictū legatúmve fuerat,exiſtentibus qui teſtamenti conditiones implerent.l.vnic.C.de cadu.tol.l.item veniunt.§.cùm antequā.ff. de pet.hære.Quod ab Imperatore Iuſtiniano eſt tandem inductū,& antiquatum.Vide quæ de lege Papia,tractat Alciatus lib.iij.diſpunctio.Et quæ etiam tradidit do.Bartholo.Faïus Lugdunenſis, vir & clariſ.& doctiſsimus,Conſiliarus Regius in Curia ſuprema Pariſiorum,familiaris meus & amicus intimus,ad finem libri octaui Commentariorum iuris ciuilis.D.Fran.Connanni.Cicero Phili.x.quæ (inquit)celeritas illa Bruti? quæ cura?quæ virtus? etſi ne illa quidem Antonij celeritas contemnenda eſt,quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent,volaſſe eum nō iter feciſſe diceres.Hoc loco caducas appellat hæreditates quæ in caduci cauſam venerant,vt diximus. Igitur (vt ad nos iam redeamus) Glandem caducam,prociduam appellauit,& proximè etiā nullo impellente caſuram ab arbore:vt oſtenderet aliud eſſe ſtrictiuam,aliud caducam.Eſt autem ſtrictiua glans quæ manibus colligitur.Stringere enim à ſcriptoribus antiquis rei ruſticæ,colligere ſignificat,& ſecare.Hinc ſtricta Olea,quæ manu colligitur.Columel.libro ſexto. Poſſunt etiam (inquit) & folia ficulnea probè dari,ſi ſit eorum copia:aut ſtringere arbores expediat.Hîc ſtringere arbores,amputare,decutere dixit. Virgilius libro ſecundo Georgicon.

Hæreditas caduca quid.

Albinagium.

Lex papia de cadu.

Cap.vj.

Glans ſtrictiua.

Stringere quid.

Cap.iij.

Sed tamen & quernas Glandes tum ſtringere tempus.

Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Et idem Ecglog.nona.

Hic vbi densas
Agricolæ stringunt frondeis, hic Mari canamus.

Et iterum libro primo Georgicon.

Agricola & fragili iam stringeret ordea culmo.

Glandium genera, multiplicésque vsus latè Plinius scribit libro decimosexto natur.historiæ: & hæc quidem non sunt huius instituti.

SVMMARIVM.

1 Pascua in tabulis censoriis sunt omnia ex quibus P.R.reditum habet,quia diu hoc solùm vectigal fuit.

SPASCVA SYLVA. Seruius appellat agrum pascuum qui herbis tantùm & animalibus vacat, Cic. in Topicis. Si compascuus (inquit) est ager, ius est compascere. Sic hoc loco iureconsul. Pascuam syluam appellat, quæ pascendo pecori destinatur. Virgilius libro tertio Georg. *In primo Georg.* *Ager pascuus.*

Pascuntur verò syluas, & summa Lycæi,
Horrentésque rubos, & amanteis ardua dumos.

Refert Plinius libro decimo octauo, in tabulis censoriis pascua omnia dici, ex quibus populus reditus habet: quia diu hoc solùm vectigal fuerat, vt est in l.j.C.de pascu.pub.& priua.lib.xj. *Cap.iij.*

VLPIA. LIB. VIII. AD EDICTVM.

LEX XXXI.

PRatum est in quo ad fructum percipiendum falce, duntaxat, opus est, ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

SVMMARIVM.

1 Pratum quasi paratum dicitur.
2 Pratum etiam dicitur, quod intra decem annos sectum sit.

PRATVM. Pratum à parando dictum volunt Latinæ linguæ authores. Propterea (ait Varro libro primo rei rusticæ) antiqui prata parata appellarunt. Columella libro secundo, tradit veteres Romanos prato nomen dedisse ab eo quòd protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret. Prata (inquit Plinius libro decimo octauo) relinqui debent in læto solo, vel irriguo, vel humido: eáque aqua pluuia rigari via publica. Propterea pratum Græci λειμῶνα vocant. παρὰ τὸ λείβειν τὸ καταβάλλειν, λειβὼν καὶ λειμών. Quod stillare, rigare, libare etiam significat: & λειμὰς, locum irriguum. Cæduntur autem prata (authore eodem Plinio) circa Calendas Iunij. Quod ferè passim apud nostrates solet. Prata autem matur *Cap.vij.* *Columel.li. ij. cap.xvij.* *Ca. xxviij.* *Pratorum situs optimus.* *Prata quo tempore cæduntur.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Lib. primo Georgic. matura Virgilius, interprete Seruio, arida vocat.

Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur, &c.

Pratum quoque. Vlpianus vult dici atque æstimari quod intra decem annos sectum sit. l. forma. suprà, de censib. Quocircà, si statuto aut lege prohibeatur, pecora duci in prata, intelligendum etiam erit de campo quantumlibet inculto. Quod in Commentarijs nostris ad consuetudi Turonens. diffusius tractabimus. 2

PAVLVS LIB. XXIII.

LEX XXXII.

MInus solutum intelligitur, etsi nihil esset solutum.

SVMMARIVM.

1 Sponsionis depositum, non totum redditum, minus redditum censetur, patitque actionem præscriptis verbis.
2 Qui effecit dolo malo vt minus tribueretur, in eum competit Actio Tributoria.
3 Minus tribuit qui nihil omnino tribuit.

MINVS. Duo cursu certantes, treis annulos apud Carolum deposuerunt, sponsione in eam rem facta: vt eosdem qui vinceret acciperet: eorum tandem victori duos tantùm annulos reddidit Carolus, certè minùs reddidisse censebitur & dabitur aduersus eum actio præscriptis verbis. l. si rem tibi. §. si quis sponsionis. ff. de præscriptis verbis. Ita si cuius dolo malo factum est quominus ita tribueretur, in eum datur tributoria, vt quanto minùs quàm debuerit tributum sit, præstet. Si tamen ignorans in merce seruum habere, minus tribuit, non videtur dolo minus tribuisse. At verò re comperta, si minus tribuat, dolo non caret. Minus autem tribuisse videbitur, etiam si nihil omnino tributum sit. Est ea quidem Vlpiani sententia in l. illud. ff. de tributo. actio. Videro in hanc rem quæ scripsi in l. si cui ex empto. §. Minus soluit. suprà hoc titul. 1 2 3

VLPIA. LIB. XXI. AD EDICT.

LEX XXXIII.

PAlàm, est coram pluribus.

SVMMARIVM.

1 Palàm est coram pluribus, sed & aliquando manifestè, quia non semper publicum significat.

Aphoris. lxxxj. in verbo Fama publica.

PALAM. Aduerbium est, Palàm, quod significat coram pluribus, vel publicè seu in loco publico de qua re scripsimus in Aphoris. iurispruden. Sed quàm variè hæc dictio, Palam, accipiatur, diffusè tractauit Alciatus hoc loco: quem perleg

1 perlegito. Non omittam tamen, quod forsan ille tacitus præteriit, palam, aliquando poni pro manifestè παρ' ἰφ' φανερῶς. Non enim semper publicum significat vt scripsit Vlpianus in l. hæredes palàm. ff. de testament. & in l. Palàm. de ritu nupti. Bartol. in d. l. hæredes palàm. & l. hac consultissima. C. de testamentis. *Palam quid.*

PAVLVS LIB. XXIIII.

LEX XXXIIII.

ACtionis verbo, etiam persecutio continetur.

SVMMARIVM.

1 Actio à persecutione, vt species à genere differt.
2 Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.
3 Ius actionis est quædam ratio seu formula iuris, qua edita futuræ litis species demonstratur.
4 Actio cùm sit ius, differt ab his quæ facti sunt, & propterea ab officio iudicis, quod veluti in facto versatur.
5 In actione iniuriarum condemnatio fit officio iudicis.
6 Omnis actio generaliter iudicium appellatur.
7 Actio persequendi ius dicitur, vt ab exceptione differat, quæ ius est retinendi.
8 Actio multa iura continet.
9 Actio in personam, petitio in rem dicitur.
10 Persecutio tam ad rem, quàm ad personam traducitur.
11 Actionis definitio cum suo definito conuertitur.
12 Persecutio propriè est imploratio officij iudicis, quod misti est imperij.

1 ACTIONIS. Quod genus à specie, hoc Actio à persecutione differt: & id quidem ex ipsa actionis diffinitione colligitur. Nihili est enim actio aliud quàm ius perfequēdi in iudicio quod sibi debetur. instit. de act. in prin. Primùm autem
2 dicit Imperator Actionem esse ius, id est, iuris quandam rationem seu
3 formam, qua edita, futuræ litis species demonstratur: & per quam actionem lis iniiciatur. l. edita actio. C. de eden. Placentin. in tit. de rerum vendicatio. lib. j. Sic autem iuris vocabulum (quod alioqui latissimè patet. l. ius pluribus modis. de iustit. & iur.) interpretor. Differt siquidem actio,
4 cùm sit ius, ab his quæ facti sunt. Cuiusmodi est venditio, traditio, solutio. Hæc namque ad factum, non ad ius, transferuntur, hac quidem ratione, iudicis officium ab actione secernitur. l. quod si minor. §. vltim. ff. de minorib. xxv. anno. Gloss. in verb. quod ius. ad medium. institu. de actio. §. j. cùm illud ipsum in facto, veluti exercitio versetur. Explosa etenim iampridem fuit Martin. sententia, existimantis nihil inter ea discriminis esse: atque id, actionis iniuriarum exemplo. §. in summa. Institutio. *Mar. in glo. in verbo quamuis. d. §. j.*
5 de iniuriis. In qua licet officio iudicis condemnatio fiat. l. Prætor. §. primo. & l. quod Senatusconsultum. ff. de iniuriis: etiam id quod nobis debetur, persequimur. Sed hæc quidem nihil nos mouere debent, potissim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

potiſsimùm quòd iudicis officium illi actioni inhærere dicatur:& generaliter omnis actio,iudicium appelletur.l.in cauſæ.ff.de minorib.l.ſi longius.§.ſi filiusfamiliâs.ff. de iu.l.j.C. famil.herciſc. 6

Sequitur poſtmodùm in ipſa diffinitione actionis,

PERSEQVENDI. Hoc,(ait Placentin.loco ſuprà citato) adiectum eſt ad differentiam exceptionis,quæ eſt ius excipiendi, vel retinendi. Perſequendi quippe verbo, & actio ſimul & petitio continetur.Sed & actio- 7
nis verbo,complectitur in rem,in perſonam, directa,vtilis,præiudicium, 8
Stipulationes prætoriæ,interdicta omnia.l.actio.ff.de actio.& oblig.l.pecuniæ verb.infrà hoc titul.l.actio in perſonam.d.titu.de actio.& obliga. Quamuis propria ſignificatione actio in perſonam dicatur: petitio,in 9
rem:tamen perſecutio tam ad rem quàm ad perſonam traducitur. Ergo 10
rectè dixit Placentinus hanc definitionem conuerti cum ſuo definito. 11
Omnis enim (inquit) actio eſt ius perſequendi &c. Et omne ius perſequendi eſt actio.At verò propriè perſecutio eſt imploratio officij iudicis: 12
quod quidem miſti eſt imperij.Hæc omnia à iureconſultis & Doctorib. latiſsimè tractantur:& nos aliquid ſuprà attigimus.in l.creditores.hoc ti.

IDEM LIBER XIIII.

LEX XXXV.

RESTituere autem is intelligitur, qui ſimul & rem, & cauſam actori reddit quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicii accepti tempore res ei reddita fuiſſet: item & vſucapionis cauſam vel fructus.

SVMMARIVM.

1 Reſtituendi verbum continet, & rem de qua quæſtio eſt, & rei cauſas atque acceſsiones. in actione ſtricti iuris,non item bonæ fidei.
2 Acceſsiones rei petitæ,non actionis iure,ſed iudicis officio præſtari ſolent.
3 Officij iudicis ante incœptum iudicium in contractibus ſtricti iuris nulla eſt commoditas.
4 In bonæ fidei iudiciis, iudicis officium transferri poteſt ad ea,quæ ante cœptum iudicium obuenerunt.

In l.plus eſt in reſtit.ſuprà hoc tit.

Reſtituendi verbum.

RESTITVERE. Reſtituendi verbum latiſsimè patet,multipléxque eſt eius ſignificatio, vt ſuprà diximus: Sed 1
hoc loco Paulus intelligit eum qui ad rem reſtituendam condemnatus eſt, non eam rem tantùm quæ præcipuè in controuerſiam adducitur & principaliter petita eſt,debere reſtituere,ſed & omneis rei ipſius acceſsiones,fructus,obuentiones,atque ea omnia quæ poſt acceptum iudicium,id eſt,litem conteſtatam, & ab ipſo incœpti iudicij tempore non ex re ſua quæſiuit, quæque petitor habiturus foret,ſi eo tempore quo iudicium accipiebatur,reſtituta res illi fuiſſet.Hoc enim eſt rem cum ſua cauſa reſtitui.l.præterea.ff.de rei vendica.l.illud. ad principium.ff.de petitio.hæred.l.cùm verbum.ff.de regul.iur.l.videamus.§.in fauia

Res cum ſua cauſa quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

fauiana.ff. de vsur.diximus suprà,in l.plus est in restitutione .hoc tit.Verùm isthæc quidem accipienda sunt,si actione stricti iuris,vt certi condictione, quis experiatur:vt l.uj.§. in hac.ff.commodati.l. cùm fundus. Si cert.pet. Aliud autem in bonæ fidei iudiciis agitur,in quibus accessiones statim à mora debentur,Alc.in d.l.cũ fundus.quo loco citat in hanc rem
2 l.vsuræ.l.mora.§.j.ff.de vsur.l.ij.C.de pac.inter empt.Cuius quidẽ rei eam rationem tradit,ꝙ hæ accessiones non actionis iure,sed iudicis officio præ
3 stari solent.l.si deposita.C.depos.Alex.l.si marito.§.fi.ff.sol.mat. Cuius officij,ante incœptum iudicium in contractibus stricti iuris nulla est com-
4 moditas.l.ædiles.§.item sciendum.de ædil.edict.At verò in bonę fidei iudiciis quæ latè patentem naturam habent,potest iudicis officium ad ea transferri & extendi quæ ante cœptum iudicium obuenerunt.Quæ sententia est Accursij,in §.actionum.ver.bonæ fidei institut. de actio.Gloss. in dicta l.ædiles.§. item sciendum. verb. iniuncta.l. si quis missum.§.iudex.ff.de damno infecto. *Limitatio.*

VLPIANVS LIB. XXI'I.

LEX XXXVI.

LItis nomen, actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.

SVMMARIVM.

1 Actio,lis,& causa,re parum dissident.
2 Τὸ κρόμμυον est disceptatio quæ ex rationis,& firmamenti concursu exoritur.
3 Negotium caussam,& eius circunstantias continet.
4 Causa à negotia differt,vt res à circunstantia.
5 Actio est causæ agitatio.
6 Lis est causa in iudicio controuersa.
7 Lis post incœptum iudicium esse potest.
8 Lis à limite dicta.
9 Translatiua constitutio, est qua peremptoriæ,& dilatoriæ exceptiones hodie proponuntur.
10 Actionem, causam, litem, iudicium Græci vnico vocabulo Δίκην appellant.
11 Lis non rem qua de agitur, sed actionem continet.



1 ITIS. Superiori capite,actionis verbũ, ex Paulo finitũ est, nunc verò litis nomen ex Vlpiani interpretatione finiendũ fuit.Eiusdem enim ferè sunt virtutis actio,lis,& causa, parũmq; τῷ ὄνοματι dissident inter sese, quòd ad iudiciorum rationem ineundam attinet.Nam actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur,atque etiam ipsa persecutio,vt superius annotauimus:Causa est quam in Senatu dicimus,siue accusationis aut petitionis, siue defensionis gratia.Causam finit Apollodorus, Quintil.teste lib.iij.esse negotium omnibus suis partibus spectans ad quæstionem: aut etiã negotium,cuius
» finis est,controuersia.Ea à Græcis δίκη dicitur.Et δίκην ἐνέχειν causam dice-
» re:& δίκην ὑπέχειν subire iudicium.Cice.lib.j.Epistol.famil.Nam cùm in ser
» mone quotidiano, tum in Senatu palàm sic egit causam tuam,vt neque
» eloquentia maiore quisquam, nec grauitate,nec studio,nec contentione *Cap.v.* *Causaquid.* *Epistol.j.ad Lentulum.*

k

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

agere potuerit. Quod verò actio perinde vt causa non solùm ad ius persequendi in iudicio, sed & ad ipsam quoq; vim vocis & pronunciationis pertineat, videre est ex eodem Cicerone his propemodũ verbis scribente lib.iij.de Oratore ad Q.frat. Sed hæc ipsa (inquit) omnia perinde sunt vt aguntur: actio inquam in dicendo vna dominatur: sine hac, summus Orator esse in numero nullo potest: mediocris hac instructus suminos sæpe superare. Et paulò pòst. Ad actionis autem vsum atque laudem, maximam sine dubio partem vox obtinet, quę primùm est optanda nobis. Et iterum mox eodem loco. Quid ad aures nostras, & actionis suauitatem, quid est vicissitudine & varietate & cõmutatione aptius? &c. Et hæc sanè πρὸς τὸ κρυπτόμενον, id est, ad iudicationem transseruntur, quam quidem Cicero in partitio. oratoriis, disceptationem appellat, quæ scilicet, ex rationis & firmamenti conflictione & quasi concursu exoritur. Nam causa propriè est negotium ipsum, quod est cõgregatio personarũ, locorũ, temporũ, causarũ, modorum, casuum, factorũ, instrumentorum, sermonũ, scriptorum & nõ scriptorum. Quæ Quintil. definitio ferè conuenit cũ Cicer. verbis. Causa (inquit in lib. Topic.) certis personis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisq; eorum. Id autem discriminis inter causam & negotium credit esse Quintil. lib. iij. cp causam, ὑπόθεσιν, negotium πράγματα intelligamus, id est, Thema seu propositum, & circunstantias. Causam Isocrates ait esse finitã quæstionem, ciuilem, aut rerũ controuersiam in personarũ finitarum complexu. Ego verò existimò actionem propriè esse causæ ipsius agitationẽ & exercitium. Causarũ genera varia, ac significationes profert Cicero in Partitionibus oratoriis. Cæterùm lis, causam significat, & eã rem quæ in iudicio est controuersa. Marcus Varro in libro de lingua Latina. Itaque (inquit) quibus res erat in controuersia, ea vocabatur lis. Ideo, in actionibus videmus dici, quã rem, siue litem dicere oportet: Sunt qui dicant litem dici post constitutũ iudiciũ, seu contestationem. Ego verò cum Alciat. ex Cornelij Frontonis sententia in libro de nominum verborũmq; differentiis, litem quoque post incœptum iudicium esse, cùm tamen ipse Alciatus alio loco, aliter sentire videatur. Quapropter (ait) si lege municipij tantùm sit, vt propter Aduocati absentiam lites suspendantur, post litem contestatam accipitur: vt Bald. Salice. & Riminald. tradiderunt. In ea quoque est sententia Bartol. hîc, & in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. & in l. causas. C. de transf. Cui tamen aduersatur Accurs. in d. l. causas. videtúrque opinari litem etiam ante incœptum iudicium esse dicendam. Veteres, teste eodem Alciato in d. l. causas. stlitem non litem dicebant, sicuti etiam tradit Festus Pompeius. Hinc & decemuiri stlitibus iudicandis. Quocirca dubiam esse, ait Alcia. etymologiam Isidori litem à limitibus dictum existimantis in c. forus. de verbo. signi. Sed hæc nihilominus Isidori etymologia defendi potest, quòd primæ lites & controuersia inter homines de limitibus & agrorũ finibus fuerint. Rectéque ac πρὸς ἔπος Virgil. in hanc rem citauit his verbis.

Negotium quid.

Cap. v.

Quintil. eod. loco.

Lis quid.

Alcia. li. ij. dispun. cap. xxiiij.

In l. causas. C. de transf.

Lis vnde dicta.

Limes

1 2 3 4 5 6 7 8

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Limes agro positus litem qui differat arui.

In summa litem, actionem, & causam, sæpe pro eodem ἀδιάφορος & promiscuè accipit. Idem Cicero, & idem Quint. lib. xij. Neq; verò (inquit) pudor obstet quominus susceptã, cùm melior videretur, litẽ, cognita inter disceptandum iniquitate, dimittat, cùm prius litigatori dixerit verbũ. Idem lib. vij. Cùm ex ipsa præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri nõ est necesse. Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. hoc loco de actionis quæstione tractat, & his quæ iudiciũ antecedũt, vt cùm de iure ambigitur accusatoris & petitoris: & aut intentio aut præscriptio in controuersiam adducitur. Aut etiam cùm causa ex eo pendet quòd non is agere videtur quem oportet: aut non cùm eo quicum oportet: aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet: tunc quidem translatiua constitutio à Quintiliano libro tertio, dicitur. Quæ omnia pertinent ad eam litis iudiciũque partem, in qua tum peremptorię, tum etiam dilatorię exceptiones hodie proponuntur. Quod & ante inceptum iudicium, & aliquando post ipsam litis contestationem fieri solet: & non in personalibus actionibus tantùm sed etiam in realibus. Quare rectè dixisse videtur Vlpianus hoc loco, litis nomen actionem significare, siue in rem, siue in personam sit actio. Nam & Græci quoque litem, actionem, & causam, atque etiam iudicium vnico vocabulo, Δίκην, appellant. Connannus libro quinto tradit, litem, non rem ipsam de qua agitur, sed actionem continere. videto ibidem latius.

Cap. vij.

Quintil. lib. vij. cap. v.

Connan. lib. v. c. iiij. Commen. iur. ciuil. & c. vij.

PAVLVS LIB. XXVII.

LEX XXXVII.

VErbum Oportere, non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest vel pluris vel minoris condemnare: sed ad veritatem refertur.

SVMMARIVM.

1 Iudex propter contumaciæ peccatum, vltra precium rei in iudicium deductæ litem potest æstimare.
2 In stipulationibus verbum OPORTET, de eo tantùm quod præsentis est diei dicitur, non futuri, nisi adiiciatur futurum oportebitve.
3 Verbum præsentis temporis non trahitur ad futurum.
4 Confiscatio bonorum de præsentibus, non de futuris intelligitur.
5 Verbum OPORTET, ad personæ facultatem, LICET ad iuris legũmque authoritatem refertur.
6 LICET verbum, est permissiuum, non necessitatis.



ERBVM OPORTERE. Quod mihi dare faceréve Mæuium oportet, promisit iureiurando Mæuius Calendis Aprilis se persoluturum, non persoluit Mæuius, peto itaque eum à iudice condemnari, certè iudex, qui tamen pro litis natæ argumento pluris vel minoris potest condem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nare, non poterit Mæuium pluris condemnare, quàm quod mihi dare
faceréve eum oportebat cùm ab eo ſtipulatus eſſem: tametſi æremodicij 1
ſeu contumaciæ peccato, vltra precium rei in iudicium deductæ, litem
poſsit æſtimare. l. j. ff. de in litem iuran. Qui igitur ſtipulatur quicquid te 2
dare faceréve oportet, id quod præſenti tantùm die debetur, in ſtipulationem cenſetur deduci, non, vt in iudiciis, etiam futurum. Vnde ſi in eadem ſtipulatione, quicquid in futurum debebitur comprehendi volo, adiiciendum erat verbum futuri temporis. Vt, quicquid te dare faceréve oportet ac oportebit. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cùm ſtipulamur. de verbo. obligationib. Quare ſi à colono, cui fundum in quinque annos locaueram, poſt tres annos ita fuero ſtipulatus: Quicquid te dare faceréve oportet, non amplius quidem in ſtipulationem deducitur, quàm quod iam & præſenti die dari oportet. Quod ſi hæc verba adiiciantur, OPORTEBITVE, ſtipulatio etiam in diem concepta cenſebitur: & quod in futurum debebitur venire. Sic Vlpianus in l. ſi à colono. dicto titu. de verbo. obligationib. His quidem rationibus colligimus verbum præſentis tem- 3
poris ad futurum non protrahi: quod & in extremis mandatis habet locum. Nam ſi his verbis quis teſtamento reliquiſſet. Quicquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego, nec adiecerit præſens in diémve: non dubitarem (inquit Proculus) quantum ad verborum ſignificationem attinet, quin ea pecunia comprehenſa non eſſet, cuius dies, moriente eo qui teſtamentum feciſſet, nondum veniſſet. Quòd ſi hæc verba adieciſſet, præſens in diémve, apertè declaraſſet, eam quoque pecuniam legare voluiſſe. l. ſi ita ſcripſiſſet. de legatis ſecundo. Huc etiam 4
pertinet ſententia confiſcationis bonorum, vt de præſentibus non etiam de futuris intelligatur, quæque à proſcriptione, induſtria ſua quis quæreret. textus in capitu. fœlicis. verſicul. verum. de pœnis. libro ſexto. Paulus in l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. mandati. Quod reliquum eſt, de ſignificatione verbi, Oportet, multa tradunt Doctores, & quam vim habeat, quidque à verbo, licet, differat. Nam verbum oportere, ad perſonarum 5
facultatem refertur, licere autem ad iuris legumque authoritatem. Vnde
Aretin. in §. final. inſtitut. quib. mod. ius pat. pot. ſol. aſſerit eſſe permiſsi- 6
uum, non neceſsitatis. Cicero autem in Oratione pro Cornel. Balbo oſten
dit quantum ſit inter vtrunque diſcriminis his verbis. Nunc verò (inquit)
quid dicitur? quid ait accuſator feciſſe Pompeium, quod ei facere
non licuerit? quod grauius eſt quàm ſi id factum ab eo diceret, quod non oportuiſſet. Eſt enim aliquid quod non oporteat, etiam ſi licet: quicquid verò non licet, certè non oportet. Cætera vide apud Grammaticos, & Latinæ linguæ authores.

Oportet, Licet, quantum differant.

VLPI

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

VLPIANVS LIB. XXV.

LEX XXXVIII.

OStentum Labeo diffinit omne contra naturam cuiusque rei gentium factúmque. Duo genera sunt ostentorum. Vnum quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus fortè aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est: alterum, cùm quid prodigiosum videtur, quod Græci φάσμα vocant.

SVMMARIVM.

1 Portentum quod à porrò tendo dicitur, est signum quod contra naturam aliquid portendit.
2 Ostentum est quod præter naturam euenit. Signum seu miraculum quod præter communem consuetudinem accidit.
3 Monstrum pro terribili re inopinata vsurpatur.
4 Inter ostentum portentum, & prodigium nulla est differentia.
5 Monstrum propriè & sæpius de hominibus & de pecudibus & brutis dicitur.
6 Quod naturalibus, aut naturalibus legitimis liberis legatum est: ad monstrosos partus non pertinet.
7 Partus in quo natura membrorum humanorum officia ampliauit inter liberos censetur, & qui etiam integer non sit editus.
8 Contra naturam partus editus legitimus non est.
9 Contra naturam factum, est præter naturalem consuetudinem.
10 Androgynus legitimus habetur eius sexus qui in eo præualere videtur.
11 Quæ contra naturam creantur statim pereunt.
12 φάσμα περιέχει est visum monstrosum.

STENTVM. Polydorus Vergilius vrbinas, vir multa lectione exercitatus, in eo libro quē scripsit DE PRODIGIIS, tradit Portenta, Monstra, Prodigia, Ostenta, eiusdē ferè esse generis: ac prodigia quidē dici q̃ prædicent: Portenta, quia portendunt: Ostenta, quòd ostendunt: monstra, quia monstrant. Variam tamen horum verborum significationem, secūdum proprium, varii effectus demonstrant. Quippe portentum, est signum quod contra naturam aliquid portendit, quod à Græcis dicitur τέρας, παρὰ τὸ ἔρα τὸ λίγω, ἤρας καὶ τέρας, vt est apud Etymologicum authorem: quo loco ostentum, id est, τέρας, sic diffinit, addens differentiam inter ostentum & miraculum. Τέρας (inquit) λέγεται τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον παράγματοσημεῖον δὴ, τὸ παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν γινόμενον. Id est, Ostentū dicitur quod præter naturā euenit: Signum seu miraculum, quod præter cōmunem consuetudinem accidit. Cicer. lib. ij. de natu. deorum, vbi causas quatuor tradit cur Cleanthes dixerit, informatas esse in animis hominū, deorū notiones. Tertiam (inquit) quæ terret animos fulminibus, tēpestatibus, nymbis, niuibus, grandinibus, vastitate, pestilentia, terræ motibus, & sæpe fremitibus, lapideisq; imbribus, & guttis imbrium quasi cruentis, tum lapidibus aut repētinis terrarum hiatibus, tum præter naturam hominū, pecudúmq; portentis, tum facibus visis cœlestibus, tum stellis his, quas Græci Cometas, nostri Crinitas vocant, quæ nuper bello

Signum miraculum.

Comete Sol geminus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Octauiano magnarũ calamitatum fuerũt prænunciæ: tum Sole geminato, quod, vt è patre audiui, Tuditano & Aquilio COSS. euenerat. Quo quidem anno P. Aphricanus Sol alter extinctus est: quibus exterriti homines vim quãdam cœlestem esse & diuinam suspicati sunt. Constat occiso Cæsare in Senatu, pridie iduum Martiarum (ait Seruius) Solis fuisse deliquium ab hora sexta vsque ad noctem. Vnde Virgil. lib. j. Georg.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cùm caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiáque æternam timuerunt secula noctem.
Tempore quanquam illo tellus quoque, & æquora ponti,
Obscœnique canes, importunæque volucres.
Signa dabant, quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aethnam:
Flammarúmque globos liquefactáque voluere saxa?
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silenteis
Ingens, & simulachra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis: pecudesque locutæ,
Infandum: sistunt amnes: terræque dehiscunt,
Et mæstum illachrymat templis ebur, æráque sudant.

Idem etiam Cicero lib. j. de diuinatione. Hetrusci autem, q̃ religione imbuti, studiosiùs & crebrius hostias immolabant, extorum cognitioni se maximè dediderunt: quódque propter aëris crassitudinem de cœlo apud eos multa fiebant, & quod ob eandem causam multa inusitata partim è cœlo, alia ex terra exoriebãtur: quædam etiam ex hominum conceptu & satu, portentorum exercitatissimi interpretes extiterunt: quorum quidem vim, vt tu soles dicere, verba ipsa prudenter à maioribus posita declarãt. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Et eodem libro paulò pòst. Nam & quum (ait) duo visi Soles essent, & quum tres Lunæ, & quum faces, & quum Sol nocte visus esset, & cùm è cœlo fremitus auditus, & quum cœlum discessisse visum est, atque in eo animaduersi globi. Delata etiã ad Senatum labes agri Priuernatis, cùm ad infinitam altitudinẽ terra desedisset, Apuliáque maximis terræ motibus conquassata esset, quibus portentis magna Pop. Romano bella pernitiosæque seditiones denunciabantur. Et pauiò pòst. Quid cum Cumis Apollo sudauit? Capuæ victoria? Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit? Quid quod fluuius atratus sanguine fluxit? &c. Quibus quidem locis videtur Cicero nihil omnino discriminis facere inter monstrum & portentum. Quod etiam deprehendimus ex eo libro Iulij obsequentis quem de prodigiis scripsit, In Area Vulcani per biduum, in area concordiæ totidem diebus sanguinem pluisse: & multa alia miracula quæ ipse Iulius modò prodigia, modò etiam portẽta appellat, qualia serè nostris temporibus visa fuere, Sol scilicet geminus, Cometes, & nuper An. M.D.L I. mẽse Augusto in

Ostenta Monstra Portenta Prodigia quid & vnde dicta.

Sol geminus, Luna tres.

præclar

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pręclara ciuitate nostra Turonensi grandinem miræ magnitudinis, ac ponderis duarum librarum pluere vidimus:& Luteię Bylleam arcem de cœlo tactam, multáque alia huius generis prodigia, quæ Græci θαυμάσια vocant, queque non est huius instituti recensere. Monstra aliquando Seruius apud Virgilium, res insperatas interpretatur lib.iij.Aeneid.

Portentum in Turonen. ciuitate an. 1551.

Vt me conspexit venientem, & Troia circum
Arma amens vidit, magnis exterrita monstris:
Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit,

Tradit quoque idem Seruius portentum re vera esse, homines in aues conuersos: quales fuere Diomedis socij post ducis sui interitū: quem extinctum impatienter dolebant hę aues, postea Diomedeę à Latinis appellatæ: quas Erodios Græci nominant. Huius rei meminit Virgil. libro vndecimo Aeneid. his versibus.

Diomedis auium fabula.

Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur
Et socij amissi petierunt æthera pennis.

Ego quidem existimo nihil esse inter portentū, ostentum, & prodigiū differentiæ, vt videre est ex exemplis quæ ex Ciceronis, Iulij obsequentis, & Virgilij scriptis adduximus: & iterum ex Virgilio Aeneid. lib. iij.

Sola nouum, dictúque nephas, Harpya Celæno
Prodigium canit, & tristes denuntiat iras.

Quo loco Seruius notat prodigium, monstrum, portentum modico fine discerni, sed confusè pro se plerunq; poni: monstrum tamen propriè & sæpius dici de hominibus & pecudibus seu brutis existimo. Vnde ipse Virgilius lib. iiij. Aeneid. famæ imaginem describens, inquit.

Monstrum horrendum ingens, cui quot sunt corpore plumæ
Tot vigiles oculi subter, &c.

Et idem libro sexto.

Multáque præterea variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant: Scylléque biformes:
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum stridens, flammisque armata Chimera:
Gorgones, Harpyæque, & forma tricorporis Umbræ.

Et item libro octauo, de Porca cum triginta porcellis visa.

Ecce autem subitum, atque oculis mirabile monstrum:
Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridíque in littore conspicitur sus.

T. Liuius libro primo Decad. iij. tradit lupum qui castra intrauerat, laniatis obuiis, intactum euasisse: & examen apum in arbore prętoria cōsedisse. Quæ prodigia appellat ipse Liuius. Sed & Plinius lib. xvij. scribit varia arborum plantarūmque prodigia ostenta, & miracula, hisque verbis pro eodem significato, videtur ἀδιάφορον, & promiscuè vti. Est (inquit) & prodigiis locus. Inuenimus enim sub foliis natas, vitem, ficum, & malū punicum stirpe fructū tulisse, nō palmite aut ramis: vitem vuas sine foliis:

Cap. xxv. Prodigia in arboribus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

oleas quoq; amisisse folia baccis hærentibus. Sunt & miracula fortuita. Nam & Oliua in totum ambusta reuixit: & in Bœotia derosæ à locustis ficus iterum germinauere. Et idem paulò inferius. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, è caprifico fici, & contra, graui ostento cùm in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum: ex candida vua & fico, in nigras, vt Laodicææ Xerxis aduentu, Platano in Oleam mutata: qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet. Et idem paulò infrà. Sunt prodigia & cùm alienis locis nascũtur: vt in capitibus statuarum vel aris, & cũ in arboribus ipsis alienæ. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem. Hæc ille, & multa alia huius rei. Eadẽ etiã cõmemorat Theophrastus li. ij. περὶ φυτῶν ἱστορίας quẽ legisse minimè pigebit obuaria, quę illic narrat, miracula & ostẽta plantarũ. Ac vt planè ostẽdã mõstrũ varia significatione à Latinis authoribus vsurpatũ, nõ omittã Virg. li. j. Geor. accepisse mõstri nomẽ pro terrarũ purgamẽto, Seruio interpręte.

Theophrastus lib. j. de historia plãta. cap. iiij.

Tum variæ illudunt pestes: sæpe exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ:
Inuentúsque cauis bufo: & quæ plurima terræ
Monstra ferunt, &c.

Hęc igitur omnia quæ diximus planè nos admonent, docéntque, quid & quantum significent hęc vocabula, ostentum, monstrum, miraculum, portentum, & prodigium. Qua ratione mihi videtur Vlpianus hoc loco frustra posuisse duo ostentorum genera: cùm & ostentum, & prodigium idem significent. Nam quodcunque contra naturalis consuetudinis rationem aut fit, aut nascitur, id ostentum & prodigium esse constat. Quod sanè eò pertinet, vt si quis filiis suis seu naturalibus tantùm, seu naturalibus & legitimis ducenta legauerit, non censeatur legatum factum fuisse illi qui monstro similis natus sit, veluti rictu coruino, aut faciem habenti asininam, vel quid aliud monstrosum ac prodigiosum, id est contra formam humani generis. Quòd si mulier enixa sit partum qui membrorum humanorum officia ampliauit, veluti sex digitorum aut quiduis aliud simile, nihilominus inter liberos cõnumerabitur. l. nõ sunt liberi. ff. de sta. hom. Sed & si integer partus editus non sit, vt qui oculo aut altera manu careat, cũ spiritu tamẽ, idẽ dicẽdũ erit. l. quod dicitur. ff. de libe. & posth. hęred. formã siquidem mutare, nocet: ampliare nõ autẽ nocet, glo. in d. l. nõ sunt liberi. De qua re nos latè scripsimus in nostris Aphorismis iurisprudẽ. Quocirca si cõtra naturã partus sit editus, legitimus nõ erit. Intelligo autem contra naturam, pręter cõsuetudinẽ. Quicquid enim oritur, qualecunque est, causam habeat à natura necesse est: vt etiam si præter consuetudinem extiterit, pręter naturam tamen non posit existere. Ita (inquit Marcus Cicero libro secũdo de diuinatione) te nec terræ fremitus, nec cœli discessus, nec lapideus aut sanguineus imber, nec traiectio stellæ, nec faces visæ terrebunt. Quarum omnium causas si à Chrysippo

Aphor. viij. ix. in verbo forma.

Contra naturam nihil fieri.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

,, Chrysippo quærerem, ipse ille diuinationis author, nunquam illa dicet
,, facta fortuitò, naturalémque rationem omnium reddet. Nihil enim fieri
,, sine causa potest, nec quicquã fit, quod fieri nõ potest: nec si id factum est
,, quod fieri potuit, portentum debuit videri. Nulla igitur portenta sunt. *Nulla portenta esse.*
,, Nam, si quod rarò fit, id portentum putandum est, sapientem esse, porten
,, tum est. Sæpius enim mulam peperisse arbitror, quàm sapientẽ fuisse. Illa *Sapientem esse, portentum est.*
,, igitur ratione concluditur, nec id quod non potuerit fieri, factũ vnquàm
,, esse: nec quod potuerit, portentũ esse: ita omnino nullum esse portentum.
,, Quod etiã coniector quidam & interpres portentorũ nõ inscitè respon-
,, disse dicitur ei, qui cùm ad eum retulisset quasi ostentum, quod anguis
domi vectem circuniectus fuisset, tum esset, inquit ostentum, si anguem
vectis circumplicasset. Hoc ille responso satis apertè declarauit, nihil ha-
11 bendum esse portentum quod fieri posset, hæc ille. Hac ratione si Andro-
gynum Hermaphroditúmve mulier pepererit, legitimum dicemus esse
partum: magísque putat Vlpianus eius sexum existimandum qui in eo
prẹualet. l. quẹritur. ff. de sta. hom. itaque interprẹtabimur Vlpiani men-
tem hoc loco dicentis, quoties quid contra naturam nascitur, ostentum
esse, id est præter consuetudinem naturẹ, & formam vulgò à natura pro-
ditam: cùm nihil, vt diximus ex Cicerone, sit contra naturam factum ge
12 nitúmque. Sed & quæ contra naturam possunt creari (si qua tamen pos-
sunt) statim perire Physici scriptores tradidere: & Seruius in libro vj.
Æneid. eo loco quo scribit Virgil.

Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes.

Bene (ait ipse Seruius) in foribus: quia ea quẹ contra naturam pos-
sunt creari, statim pereunt.

QVOD GRAECI. Alterum genus ostentorum hoc loco Vlpianus exe-
quitur: quum quid (ait) prodigiosum videtur, quod Græci φάσμα vocãt.
Budæus hunc locum restituit φάσμα τερατῶδες. Quidam verò sic legunt, quo-
modo Gręci φάσμαῖα vocant. Ego sanè G. Budẹi lectionem probatiorem
existimauerim. Quandoquidem φάσμαῖα absolutè monstra non significant.
13 Sed φάντασμα Cicero visum interprẹtatur. Cùm igitur adieceris τερατῶδες si-
gnificat visum monstrosum: sicque magis ad iureconsulti mentem ac-
cedemus. Cùm itaque nobis vel dormientibus, & noctu, vel vigilanti-
bus, & interdiu, aliquid apparet, ac veluti oculis nostris sese obiicit,
hoc ipsum φάσμα, id est visum, spectrum, imaginationem atque illusionẽ
appellamus, παρὰ τὸ φαίνεσθαι, quod apparere significat. Etenim apud Græcos
hęc verba φάσμα quid & vnde.
φαίνομαι, φαντάζομαι, καὶ ὑποφαίνομαι imaginari, apparere & perspicuũ esse
significãt. Hęrodot. in Polym. ὁρᾷς ὡς τὰ ὑποφαινόμενα ἤδη καὶ παραυτοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι.
Et τὰ φαινόμενα Aristoteli in primo posterio. dicũtur astra & stellẹ, propterea
quòd lucidæ apparent & visuntur. Est igitur φάσμα, φάσις, φάντασία apparitio, φαντάσμα quid.
imaginatio Budęo teste in Commenta. linguæ Gręcẹ, cùm inter vigiliam
& adultam quietem, in quadam (vt aiunt) prima somnij nebula, adhuc
vigilare se existimans, qui dormire vix cœpit, aspicere videtur irruenteis
in se,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in se, vel passim vaganteis formas, à natura, seu magnitudine, seu specie discrepãteis: variásq; tempestates rerum vel lætas, vel turbulentas. In hoc genere est ἐφιάλτης, quẽ publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo pressos ac sentiẽteis grauare. Hęc Macrob. lib. j. in somnium Scipio. quo loco tradit somniandi genera quinq;. Virgil. lib. iiij. Aeneid.

Ephialtes.

Macrob. li. j. cap. iij.

Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent.

Hic Virgilius docet quòd Dido vehementi Aenææ amore correpta & affecta, ipsum etiam Aenæan per somnium viderit. Quod fit cùm affectu aliquo agitur animus & perturbatur, vt vehemẽte motu doloris, iracundiæ, amoris, & id genus animi ægritudinum. Aut cùm hypochondriacę ac flatuosę melancholię cerebri ventriculos ascẽdunt, eámq; partem tenent quæ φαντασία nominatur à Græcis, à nostris autem imaginatiua pars. Sic verò ea humoris atri, item etiam flauę bilis, pituitosa frigidáque intemperies, varias patienti animo efformat rerum imagines & figuras secundum euincentis humoris & ὑπερτέρους qualitatem ac δυνάμεις. Nam biliosi calidíque morbi, Galeno libro tertio de locis affectis authore, vigilias, deliria, phrenetides generant: pituitosi autem frigidíque, soporem & ignauiam. Constat enim ex Platone, Hippocrate & Aristotele animi mores corporis κράσιν ac temperaturam sequi. Galenus quoq; huius argumenti librum edidit. Sed & ipse Galenus dicto lib. iij. de locis affectis scribit melancholia affectorũ imagines varias: ac quẽdã cõmemorat, qui cùm se testã effectũ opinaretur, obuiãtibus omnibus cedebat ne collideretur. Alterũ, gallos cantare audientem brachiorũ plausu, vt ipsi alarum, imitatum vocem galli. Fuisse præterea alium scribit, qui magnopere extimescens vt Atlas qui mundum humeris sustinere dicitur, tanti ponderis mole grauatus ac penè oppressus, ipsum à se excuteret, & sic cum illo collideretur ipse, nósque vnà periremus. Multas huius rei rationes tradiderunt ipse Plato, Hippocrates, Aristot. Plotinus, Galenus, Iamblichus, & Proclus. Prodit Macrobius libro primo in somnium Scipio. in Solis circulo & sphæra sentiendi opinandíque naturam esse, quod ἀισθητὴν καὶ φανταστικὴν appellant. Est itaque φάσμα τερατῶδες visum monstrificum & portentosum, seu spectrum, quale solent videre quibus mens ratióque loco mota est furore vrgente: cúmq; animo occursant tristia: cuiusmodi scribit Virgilius libro quarto Georg.

Phasmata vnde hominibus.

Cap. iiij.

Galen. lib. animi mo. corpo. tempe. seq.

Cap. vj.

Melancholicorum illusiones.

Cap. xij.

In secreta senis ducam, quo fessus ab vndis "
Se recipit, facilè vt somnu adgrediare iacentem. "
Verùm vbi correptum manibus, vinclisque tenebis, "
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum. "
Fiet enim subito sus horridus, atráque tigris: "
Squammosúsque draco, & fulua cerulce leena. "

Sed Protea hic describit in varias sese commutantem figuras. Et hæc quidem satis de phasmate, cum etiam de ostentis, quod ad huius capitis intelligentiam attinet. Pergamus igitur ad reliqua.

Paulus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PAVLVS LIB. LII.

LEX XXXIX.

SVbsignatum dicitur quod ab aliquo scriptum est. Nam veteres subsignationis verbo pro scriptione vti solebant. Bona intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno supersunt. Attestari, est absenti denuntiare. Incertus possessor est, quem ignoramus.

SVMMARIVM.

1 Adstantes testamentis, aut nuptiis contrahendis, subsignare olim solebant.
2 Annulo an alio impresso testes signent non refert.
3 Subsignatores, & signatores in nuptiarum contractibus dotem consignabant.
4 Signare est sigillo obsitmare.
5 Interrogationes literis inclusæ, & obsignatæ. Vulgo. *Informations closes, & seellees.*
6 Assignare est libertum libertámve alicui ex suis liberis statuere.
7 Subscriptum pro subsignato accipitur.
8 Subscribere variæ significationis est verbum.
9 Subscriptores sunt, qui à pragmaticis adiuncti vocantur, & subscriptiones adiunctiones.
10 Qui alienæ schædæ, nomen aut chirographum subscripserit: aut etiam subsignauerit, eam comprobare videtur.
11 Subscriptio testimonium appellatur.
12 Alterius obligationi subscribens, pariter se obligat.
13 Qui subscripsit nullo obligationis proposito, sed testimonij gratia alteriúsve causæ, nexum non init.
14 Qui Chirographum subscripserit libro rationum eas censetur comprobare.
15 Perscriptiones seu minutæ à notario subsignatæ, vel subscriptæ testimonium publicæ authoritatis habent.
16 In instrumento propria manu notarij publici descripto subscriptione opus non est.
17 Signum & subscriptio ad perfectionem syngraphæ requiritur.
18 Scheda descripta sine subscriptione aut signo, nihilominus scriptorem suum obligat.
19 Scriptura non est modus inducendæ obligationis.
20 In perscriptione non est habenda ratio quo scripta est, sed quo subscripta.
21 In Chirographis ea tantùm quæ gesta sunt scribi solent in syngraphis, etiam contra fidem veritatis pactio venit.

1 SVBSIGNATVM. Mos erat apud antiquos vt qui condendis scribendisque testamentis, aut nuptiis contrahendis intererant, testamenti nuptiarúmque tabulas subsignarent, id est sigillum suum apponerent, noménve subscriberent. Vlpianus in l. ad testium. §. si quis, & sequen. ff. de testamen. Si quis (ait) ex testibus nomen suum non adscripserit, verumtamen signauerit, pro eo est atque si adhibitus non esset. Et si (vt multi faciunt) adscripserit se, non tamen signauerit, adhuc idem dicemus. Signum autem, vtrùm annulo tantùm impresso adhibemus, an verò & sine annulo, verùm alio quodam impresso? variè enim homines signant. Et magis est vt annulo tantùm quis posit signare, dum habeat charactêres. Posse & nocte signari testamentum, nulla dubitatio est. Et iterum l. sequen. Si testamentum, quod resignauerit testator, iterum signatum fuerit septem testium signis, non erit imperfectum, sed valebit vtroque iure, tam ciuili quàm prætorio. Subsignari igitur testamenta à testibus testamentariis lex prætoria

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

toria voluit : quod legibus xij.Tabul.omissum fuerat. Nec verò refert 2
annulo signatorio,aut alio impresso testis subsignaret. Quam rem latius
Cap.ij. exequitur Fr.Connannus,libro ix. Commenta.iuris ciuilis:vbi de testa-
mento prætorio agit. Erant igitur qui non testamenta tantùm, sed &
Signatores quid. sponsaliorum tabulas subsignarent: qui subsignatores & signatores dice-
bantur.Hi dotem consignabant. Vnde scribit Sueto. Tranquillus Claud. 3
Cæsarem vxorem suam Messalinam supplicio affecisse,quòd eam com-
Sueto. in Claud. Cæs. cap.xxvj. perisset super cætera flagitia & dedecora C.Silio etiam nupsisse dote in-
ter Auspices consignata.Cuius quoque rei Cornel. Tacitus meminit : &
Iuuenalis Satyra decima,his verbis.

- Et ritu decies centena dabuntur
Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.
Et rursus Satyra prima.
Et multum referens de Mecænate supino
Signator falsò, qui se lautum atque beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda.

Quo loco arguit criminatúrq; Iuuenalis Regulum quendam, qui alio
Signare quid. rum testamenta falsò, & signabat & scribebat.Signare autem est sigillo 4
Vide infra l. signatorum hoc tit. obfirmare. Vlpianus in l.videamus.§.qui vinum.ff.locati.Qui vinum (in-
quit) de Campania transportandum conduxisset, deinde mota à quo-
dam controuersia signatum suo & alterius sigillo in apothecam depo-
suisset, ex locato tenetur, vt locatori possessionem vini sine controuersia
reddat:nisi culpa conductor careret.Sed & Salustius in Catilin.signa pro
sigillis vsurpauit.Igitur (inquit) perlectis literis, cùm prius omnes signa
sua cognouissent, Senatus decreuit, vti abdicato magistratu Lentulus,
itémque cæteri in liberis custodiis haberentur. Signa sua,sigilla intelle-
Obsignare quid. xit. Vnde Obsignare (quod Græci ἐπισφραγίζειν, & ἀποσφραγίζειν sigilla) est im-
presso aliquo occludere. Martianus in l.diuus Adrianus.ff.de custo. &
exhib.reo.Sed & caput mandatorum extat, quod diuus Pius cùm pro-
uinciæ Asiæ præerat,sub edicto proposuit, vt Eirenarchæ cùm apprehen
derint latrones,interrogẽt eos de sociis & receptatoribus,& interroga. 5
tiones literis inclusas & obsignatas, ad cognitionem magistratus mit-
tant. Quod hodie vulgari nostro eóque forensi sermone scribimus.
Et les informations que faictes auras tu apportes ou enuoyes pardeuers nous
doses & sellées, &c. Quare quòd frequenter scribit in epistolis Cice-
ro, obsignatas literas, nos dicimus clausas & sigillatas? Idem Cicero in
oratione pro Cluentio.Cùm esset adolescens apud mulierculam quan-
dam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur,Aiu-
lius, vt erat constitutum, simulat se egrotare, & testamentum sacere
velle. Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque Asinium,neque Aiu-
lium nossent, adducit, & illum Asinium appellat ipse, testamento Asi-
nij nomine obsignato, discedit,& infra paulò pòst. Eadem hac Dinea
testamentum faciente, cùm tabulas prendisset Oppianicus qui gener

cius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eius fuisset, digito legata deleuit: & cùm id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. Vides qualiter hoc loco Cicero, obsignare testamẽtum etiam dixit, pro eo quod est subsignare vel subscribere. Idem Cice. li. v. Tuscula. quæstio. Tu quidem (inquit) tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris quid dixerim aliquando, aut scripserim.

6 Asignare autem est iureconsultis, cùm quis duos plurésve libertos ex iustis nuptiis quæsitos in potestate habens, de liberto, libertáve sua significasset, cuius ex liberis suis eum libertum eámve libertam esse vellet. Vlpianus in l. j. ff. de asig. libert. & infrà l. asignare. hoc titu. Quo loco hãc *Asignare quid.*

7 rem diffusius tractabimus. Quoniam igitur antiqui subsignationis verbũ pro scriptione vsurpabant, factum est vt quod subscriptum esset, diceretur subsignatum, id est signo propria manu subnotatum, quod χαρόγραφον, *Subscriptũ.*

8 Græci appellant. Multas quidem significationes habet verbum subscribere. Nam & aliquãdo significat alicui assentiri & in eius opinionem descendere. Aliquando etiam διαβιβαζειν τῇ συνδικίᾳ. Vnde qui in eandem causam incumbunt σύνδικοι dicuntur Budæo teste in Commenta. linguę Græcę, hoc est subscribere in causam. Dicimus etiã & subscribere causam, id est sententiæ causam asignare: & subscribere causæ, id est adiungere se causę, Quæ omnia latissimè exequitur Budęus in annotatio. Subscriptores (ait Pędianus) non solũ chartarũ causa, neq; iuuandi accusatoris adhiberi solent, sed etiã vt nõ facilè corrũpãtur. Nostri pragmatici hodie vul *Subscribere* *Syndiciqui.* *Subscriptores.*

9 gari lingua nostra celtica Adiunctos appellant: & subscriptiones, Adiunctiones. Cicero pro Aul. Cluẽt. Ac primum (inquit) illud statuamus, vtrum quia censores subscripserint, ita sit: an quia ita fuerit, illi subscripserint. Si ideò quia subscripserint, videte quid agatis, ne in vnumquenq; nostrum censoribus in posterũ potestatẽ regiã permittatis: ne subscriptio censoria non minus calamitatis ciuibus, quàm illa acerbissima proscriptio possit adferre. Iam verò Paulus hoc loco subsignatũ dici cõtendit, quod ab ali- *Subscriptio Proscriptio*

10 quo est subscriptum: vt si quis alienę scripturę schedæve nomẽ suũ manu propria scribat, notétq; solito chirographo, aut etiã sigillo, eã scripturã ac schedam censetur cõprobare, vt l. super chirographariis. C. si cer. pe.

11 Quo loco Baldus notat subscriptionem, testimonium appellari, quasi tũc

12 is testificari videatur, qui subscribit. Qui igitur alterius subscribit schedę & scripturę, aut obligationi, is perinde censetur nexum iniisse, & fortunis cauisse, ac si ipsemet totã schedã scripsisset. Bal. in l. hac cõsultissima. & l. cùm antiquitas. C. qui testam. fac. pos. l. diuus. §. itẽ senatus. ad leg. Cornel. de fal. vbi senatus cẽsuit, vt si seruus domini iussu testamẽto codicillisve libertatẽ sibi adscripserit, ob eã rẽ quòd ipsius manu adscriptum est, nõ min⁹ liber sit, sed ei libertas ex fideicõmissi causa pręstetur, si modò post eã scripturã, manu sua testator testamento codicillisve subscripserit. Idẽ sentit Bal. in auth. contra qui. C. de nõ num. pec. multa in hãc rem Vldari.

13 Zasius in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de ver. ob. Quod si aliter quàm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ineundæ obligationis proposito subscripserit aliquis, sed vel testimonij gratia, vel aliquam ob aliam causam, nõ inibit nexum: ac citra damnum periculúmq; fortunarũ suarum subscripserit. Panor. & doct. in cap. ij. de fide instru. idem respõdit Herẽnius Modestinus in l. Caius. ff. de pig. act. Quid si aliqs subscribat Cheirographi nota ad finẽ libri ratione in quo 14
plura & varia capita descripta sunt aliena manu, an censeri debeat com
Quæstio notanda. probare voluisse ea omnia quę in ipso libro cõtinentur? Et sanè proprius est vt si quis expensi acceptiq; rationes manu propria subsignarit ac subscripserit, eas ipsas cõprobasse dicatur: exemplo Notariorum qui perscri 15
ptiones & Syngraphas seu minutas (vt dicunt) cũ subsignarint, eas testimonio publico & authoritate prędítas faciunt, cõprobãtq;, vt instit. ciui lib. de empt. & vend. §. in his autem. Quo loco Io. Fab. notat subscriptione 16
opus nõ esse, quando notarij publici manu instrumẽtum descriptũ est. Et
Intellectus l. cõtractus. C. de fid. instru. in eum quidem sensum accipienda est Imperatoris cõstitutio in l. cõtractus. C. de fid. instru. Sic qui multa eáque varia expensi acceptiq; capitula eadem tabella seu libello complexus est, si subscripserit, censebitur comprobare, ac quodcunq; supra subscriptionem cõtinetur scripto, suscipere atq; agnoscere. d. l. contractus. & doct. Bar. & Bal. eo loco notant, signum 17
& subscriptionem, ad perfectionem scripturæ & Syngraphæ requiri. Quòd verò si scheda tantùm descripta sit, careátq; subscriptione aut si- 18
gno, nihilo magis propterea obligabitur scriptor. Etenim nõ est scriptu- 19
ra cõstituẽdæ obligationis modus: sed solũ inuehit præsumptã suspitionẽ obligationis, ex ea causã quã antecessisse cõstabit. no. l. cũ de in rẽ verso. ff. de vsur. Bal. ad rub. C. de fide instru. Qua de causa cẽsuerũt Alex. in d. l. diuus. §. item senatus. ad leg. Cornel. de falsf. & Paul. Cas. in l. hac consultissima. ad princ. C. qui testa. fa. pos. temporis quo perscriptio facta est, ra 20
tionem non esse habendã, sed quo ipsa pręscriptio subscripta est. Porrò, ne quid, quod ad rẽ Institutã pertineret, videamur omnino pręterm isisse, quoniã supra de Syngrapha mẽtionẽ fecimus, velim ego te admonitũ, inter Syngraphas & Cheirographa hoc interesse (vt adnotauit Asco. in act. 1
Syngraphe. Chirographa. iij. in Verrem) quòd in Cheirographis tãtùm quę gesta sunt, scribi solent: in Syngraphis, etiam cõtra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoq; pecunia, aut nõ integrè numerata pro tẽporaria volũtate hominũ scribi solẽt. More institutóq; Grecorũ, & cęteræ tabellę ab vna parte seruari solẽt: Syngraphę neutrius manu, vtriq; parti seruandũ tradũt. Cicero in Verrem act. iij. Præterea pecunias occuparat apud populos, & Syngraphas fecerat. Et alibi, ex Syngrapha agere dixit. « « «

SUMMARIUM.

1 Legatariis fisco, nihil competit nisi ex eo quod superest deducto ære alieno.

Vide infr. l. bonorũ appellatio.

BONA. Cùm quis testamento ita cauit. Fili mi, volo ex bonis meis ducenta Xenotrophio, & iterũ ducenta Ptochotrophio erogari, id supremi mãdati eatenus exequendum erit, quatenus creditoribus omnibus satisfiet. Neq; verò amplius ad quenquem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ad quenquē legatorum nomine aliquid pertinere videbitur, quàm quod ære alieno deducto: quódq; explendę conditionis causa datum est, superest. Pompon. in l. non amplius. de leg. j. Sed neq; etiam bona aliqua ad fiscum pertinere dici poterunt, nisi quę creditoribus superfutura sunt. Pau. l. cùm emancipati. §. illud. ff. de colla. bono. Præterea, si viro mulier bona sua omnia in dotem dedit, respondit Paulus non posse virum à creditoribus conueniri: neque plus in bonorum promissione esse, quàm quod superest deducto ære alieno. l. mulier. ff. de iur. dot. *Bana quę.*

SVMMARIVM.

1 Antestari est in ius vocare.
2 Antestati *Gallicè Records.*
3 Absens cui denunciatur, is est qui vadimonium deserit, iudicémque negligit.
4 Denunciare testimonium est, alicui ad testimonium ferendum diem dicere.
5 Καλεῖνεν est antestari, & denunciare testimonium.
6 In publicis tantum iudiciis olim licuit testimonium denunciare.
7 Ἀφοσιοῦσθαι, est non acti studio, & attentione, sed quasi perfunctoriè aliquid facere.
8 Detestari est denunciare absenti cum attestatione publici tabularij, & testium.

1 ANTESTARI. Forsan legendum fuerat, Antestari, id est, vadari, quod Græci καλεῖνεν dicunt, id est, vt Budæus interpretatur, in iusvocare παρεγγυᾶν ἐς δίκην denuntiare iudicium. Denuntiantes autem (inquit Acron) præsentes quosdam habebant antestatos, coram quibus iudicij denuntiatio fiebat lege xij. tabul. At verò ei coram quo contestabantur, aurem vellebant, vt memor esset. Vnde Virgil. *Antestari quid. Vadari. Καλεῖνεν. Antestati.*

- Cynthius aurem
Vellit & admonuit Pastorem, &c.

Et Horatius libro primo sermonum. Saty. ix.

- Casu venit obuius illi
Aduersarius, & quo tu turpissime magna
Exclamat voce: & licet antestari? ego verò
Oppono auriculam: rapit in ius: clamor vtrinque
Vndique concursus: sic me seruauit Apollo.

Plautus in Curgul. Ambula in ius. Mi. non eo. Phi. licet antestari? Mi. non licet. Phi. Iuppiter te malè perdat: intestatus viuito. Mi. At ego, quem licet, te: accede huc. Curgul. seruum antestari? Idem in pœnulo. Ire in ius ne moramini: antestare me atque duce. At ego te antestabor, postea hāc amabo, atq; amplexabor. Budęus scribit à verbo sisto, antestari deductū esse: ac existimat omnino legēdum, antestari, nō autē attestari, nullo licet exemplari fidem faciēte. Quod itaq; hoc loco Paulus dicit antestari esse 2 absenti denūtiare, intelligendū est, quando in iudicium quis vocatur. Nā 3 antestati, qui à Grecis καλῆτορες, sunt quos hodie forenses nostri & pragma- 4 tici vulgò appellāt, *Records*. Absenti autē denūtiare dicit, trahere in ius eū qui quòd vadimoniū deseruit, iudicémq; negligit, absens dicitur. Dice *Antestari vnde. Antestati Καλῆτορες. Denūtiare absenti cur dictum.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Denũtiare testimonii. bant quoq; denũtiare testimonium, id est alicui diem ferẽdo testimonio dicere: hoc est ad iudicium inuitum trahere ferendi testimonij gratia. Quod etiam καταμαρτυρεῖν, id est antestari Budæus dicit esse, in annotatio. ex Iulio Pollu. libro octauo. Quo loco existimat ipse Budæ. in publicis tantùm iudiciis licuisse testimonium denuntiare: hoc est, inuitum euocari ad remotum longinquúmque tribunal. His itaque facilè perspicies, veterem lectionem eorum qui hoc loco legunt, detestari, optimo iure esse explosam: potiúsque legendum esse antestari, quàm etiam attestari. Neque verò video quam ob causam iureconsulti nostri detestari pro ea significatione acceperint, nisi quòd Græcos imitati qui ἀφορκίζειν dicunt, cùm aliquid non ex acri intentione atq; animi promptitudine faciunt, sed quouis modo & quasi præuaricari καὶ τυχόντως πως ea tantùm gratia ne incusentur ob rem neglectam: sic illi detestari, cùm absenti denuntiatione facta testibus in hanc rem rogatis, vel actionis, vel exceptionis, aut vsucapionis periculo liberari & eximi se contendunt. Veluti quando eius personæ aduersus quam licet experiri, aut præscriptionẽ oportet interrumpi, copia per absentiam fieri nobis non potest, illi coram tabulario, ad domicilium, diligentiam nostram, quam in vsucapione dirimenda adhibuimus, obtestamur, & vsurpationem denuntiamus: quod detestari dicunt: atque ea detestatione, id est denuntiatione, quã etiam pragmatici nostri attestationem appellant, rectè consultum nobis videtur. l. vt perfectus. C. de annali except.

Detestari ἀφορκίζειν.

SVMMARIVM.

1 Incerta possessio dupliciter dicitur, vel natura, vel facto hominis.
2 Incertæ partis hæreditatis prætor petitionem indulget iustis quibusdam ex causis.
3 Incerta possessio dicitur facto hominis, quia iudicij euentus sit incertus.

INCERTVS POSSESSOR. Incerta possessio dicitur, vel naturâ, vel facto hominis. Naturâ, videlicet si ex quatuor fratribus, tres è vita excesserint, vnus quidẽ eorum, relicto filio nato: duo alij, vxoribus grauidis: postremò, quartus nullis liberis superstitibus obiit: nunc de herciscunda familia inter filium fatris relictum, & mortuorum posthumos agitur: certè quoniam naturâ incertum est quot filios parient grauidæ (potest enim earum altera, aut vtraque, quinque septémve liberos edere) incerta est & nati iam filij, & posthumorum possessio. Quocirca, prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget, iustis aliquibus de causis. 1 2

Vlpia. in l. j. §. fina. ff. si pars hæred. peta. Facto hominis incertam etiam dicemus possessionem, vt quia iudicij euentus incertus sit. Scæuola in l. Quod debetur. ff. de peculio. 3

Vlpi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX XL.

DEtestatio, est denuntiatio facta cum testatione.

SVMMARIVM.

1 Protestari est testato reclamare,& intercedere,quominus aliquid fiat, aut testari rem se iudicio executurum.
2 Quiritare,& Quitirari est Deos hominésque implorando contestari.
3 Protestari iurisconsultis pontificiis,est vehementer adfirmare.
4 Protestari propriè est animi sententiam declarare,eáque protestatione iuris sui rationibus in futurum consulere.
5 Protestatio causæ de negotio gesto audienda est.
6 Qui patrem sepelit cum protestatione pietatis, non autem adeundæ hæreditatis:legatariis, & creditoribus non tenetur.
7 Protestatio metus iudicis,ius exercendæ appellationis in futurum conseruat.



DETESTATIO. Cælius Calcagninus existimat antestatio,non detestatio,esse legendum:& ego sanè in ea sum sententia, sicuti superiore capite admonui: nisi detestari pro ἀφοσιοῦσθαι (vt prędictũ est)accipias. Alciatus protestationẽ interpretatur. Est autẽ protestari,testato reclamare, & intercedere quominus aliquid fiat:aut testari rẽ se iudicio executurũ:Græci διαμαρτύρασθαι, apud Demosthe. Quod aliquãdo etiã quiritare significat,Budæo teste,id est deos, hominésq; implorando,contestari. Dicimus quoq;, Quiritari pro eodem significato, σχετλιάζειν κλαυστιάζειν. Pontificij iurisconsulti scribunt protestari esse vehementer adfirmare.cap.eum qui.de dolo & contuma.libr.vj.Sed propriè protestari dicimur, cùm animi nostri declaramus sententiam. Atque ea quidem protestatione,iuris nostri rationibus in futurum consulimus. Ecce enim auia quæ nepotis sui negotia gessit, tandem excedit è vita, postmodum etiam moritur nepos:auiæ hæredes ab hæredibus nepotis conueniuntur:reposcunt ipsi nepotis hæredes negotiorũ gestorũ rationem. Reputabant hæredes auiæ alimenta præstita nepoti:respondebatur auiã iure pietatis de suo præstitisse. Negant id factum hæredes auiæ: atq; esse verisimilius de re ipsius nepotis eum aluisse. Quid(inquit Paulus) si protestata est se nepotẽ ideò alere,vt aut ipsum,aut tutores eius conueniret? Quippe audiẽdos esse hęredes auię si reputare velint alimenta:maximè etiam si in rationem impẽsarum ea retulisse auiam apparebit.l.Nesennius.ff.de nego.gest. Simile est si quis patrẽ sepeliens,protestetur id eo animo nõ agere vt se gerat pro hęrede,cernátq; hęreditatẽ patriã, ne teneatur legatariis & creditoribus,sed tãtũ pietatis ergo. Vlpia.in l.pro hęrede.§.j.ff.de acqui.her. Quo loco ipse Vlpia.vtitur verbo testari,pro protestari,& in hanc significationẽ. Pręterea, & si protestetur aliquis se metu iudicis nõ appellasse,ius exercẽdæ appellationis in futurũ tẽpus cõfert,& sibi conseruat.l.his qui.C.de his qui pẽ met.iud. non appel.vbi Baldus tradit qualitẽr & quando fieri protestationem oporteat.gloss.in d.l.Nesennius. Lucas de pen.in l.cusiales.C.de præd.curial.li.x. plurima in hãc rem. Alciatus,ne diutius immorer.

Protestari vulgò qualiter Latinus

Quiritare & quiritari quid.

Protestari

Testari pro protestari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Seruis legatis ancillæ debentur, non autem ancillarum appellatione serui comprehenduntur.
2 Masculorum nomen fœminas comprehendit non contrà: nam turpe est masculos fœmineo vocabulo contineri.
3 Domus vel familia constat, viro, vxore, liberis, & seruis.
4 Domesticum testimonium est eorum quos paterfamiliâs in subiectionis vnitate habet.
5 Domus pro familia apud iurisc. frequenter vsurpatur.
6 Sui hæredes, domestici appellantur.
7 Cui domus vsus relictus est, ei cum tota familia habitare licet.
8 Ὁμοσιτίους, καὶ ὁμοκάπους, in familia numerantur.
9 Iumenta familia censentur.
10 Vnus duóve serui familiam non explent.
11 Binarius numerus contentio est, ternarius iustitia, Pythagoricis.
12 Seruus pro tota familia reputatur in deiectionis facto.



Serui appellatio, etiam ad ancillam refertur. Familiæ appellatione, liberi quoque cõtinentur. Vnicus seruus, familiæ appellatione non continetur: nec duo quidem familiam faciunt.

SERVI. Huius quidem rei ratio est, quòd commune nomen sexum vtrunq; complectatur. Vnde, seruis legatis ancillas quoq; deberi Modestinus tradit. l. seruis legatis. de leg. iij. l. inter stuprũ. §. seruis legatis. infrà. hoc tit. At è contrario, ancillis legatis, seruos nõ deberi palam est, d. l. seruis legatis. Nam cùm masculorum nomen, fœminas etiam cõprehendat, turpissimum est fœmineo vocabulo, masculos cõtineri. l. si ita scriptum. de leg. ij. quod & in l. j. suprà hoc tit. attigimus. 1 2

FAMILIAE. Qui præclarè eam Philosophię partem quæ ad mores politiámq; pertinet, tractauerunt, hi sanè domum & familiam totam constituerũt, viro, vxore, liberis, & seruis. Quod videre est apud Aristotelem lib. j. politicorum. Et ipsa charitas generis (ait Cicero lib. v. de finib. bono. & malorum) quę nata à primo satu, quo à procreatoribus nati diligũtur, & tota domus cõiugio & stirpe cõiungitur, serpit sensim foras cognationibus primum, tum adfinitatibus, deinde amicitiis, &c. Itaque cùm dicimus domesticum testimonium explodendum esse, minimèq; admittendum, intelligimus eorum omnium testimonium, non qui sanguinis iure coniuncti sunt tantùm, sed quos ipse paterfamiliâs ἐν τῇ ἑνώσει τῇ οἰκειοκτήτου, vt ait Theophilus, id est ex subiectionis vnitate, apud se habet, liberos scilicet, & seruos, ex quibus tota domus, id est familia, constituitur. Domum enim pro familia, frequẽter iureconsf. ponũt. Quare domesticos hæredes, suos appellauit Imper. Iustinianus in §. sed sui quidẽ. instit. de hære. quali. & differ. id est filios. Vnde fit vt cui domus vsus relictus est, in ea liceat nõ ipsi solum, sed cum tota sua familia, liberis scilicet, libertis, & seruis habitare. l. ij. de vsu & habita. Ex quibus liquidò apparet eam fuisse hoc loco Vlpiani mentem, vt cùm familiam dicimus, liberos etiam significaremus, & ego quoque his adiicio seruos, τοὺς τε ἀπελευθέρους ὁμοσιτίους, vt Charondas Catiniensis legum lator dicebat, qui eadem penu agebant: atque Epimenides Cretensis ὁμοκάπους, qui in vno eodémque diuersorio habitãt. Vlpianus in l. ædiles

Cap. iij.

Domus pro familia.

3 4 5 6 7 8

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ædiles.§.j.ff.de ædil.edic.tradit familiæ appellatione contineri eos omneis qui in seruitio sunt,etiã liberos homines qui bona fide ei seruiũt, vel alienos,& qui in potestate eius sunt. Vlp.in l.j.§.familiæ autẽ.& §.seq.ff.de vi
9 & vi ar.l.si familia.de iurisd.om.iud.l.ij.§.familiæ.ff.vi bo.rapt.Sed & animalia quoq; non esse extra familam,argumento erit nobis Hesiodus,qui domũ familiámq;,potissimũ viro,coniuge,ac boue aratore cõstare dixit.

Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀρότηρα.

Bos enim (inquit ipse Aristot.) egenis seruorum erat loco.

10 VNICVS SERVVS. Nec vnus quidẽ,sed nec etiam duo serui satis sunt ad familiã nominandã.Quocirca non minus tribus opus esse existimauerim. arg.l.Nerat.infra hoc tit.vbi de ea re plura.Equidẽ Pythagorici bina
11 rium numerũ contentionẽ atq; audaciã vocität.At verò ternario,iustitiã
12 significari voluerũt.Veruntamẽ si vnus ex seruis deiecerit, qm̃ familiæ appellatione serui continentur,familiã deiecisse rectè dicemus.d.§. familiæ.

Aristotel. lib.j. Politi. cap.j.

CAIVS LIB. XXI.

LEX XLI.

ARmorum appellatio,non vtique tantùm scuta,& gladios,& galeas significat,sed & fusteis,& lapides.

SVMMARIVM.

1 Arma sunt aut offensionis, aut defensionis.
2 Arma ab harmis humeris, vel ab arcendo Varroni dicta.
3 Bos pro numismate accipitur.
4 Bouem habere in lingua dicitur, qui precio vel metu tacet.
5 Statuta de armis non portandis,fustes,& saxa non comprehendunt.
6 Arma ea omnia dicuntur quibus & nocere,& offendere quis possit.
7 Dentes & vngues brutorum arma dicuntur.
8 Arma dicuntur instrumenta nautica, & rustica.

1 ARMORVM. Multiplex equidẽ est armorũ ratio & consideratio. Alia enim tuendi nostri gratia habemus:alia verò ad offendendũ sunt comparata.Cuiusmodi sunt tela, fustes, lapides: atq; hæ igneæ machinæ,quas Bombardas vocant,& reliqua id genus,quæ ictum fulminis instar habẽt. Quæ autẽ arma aptantur corpori,ea ad defensionẽ potiùs quã ad offensionem sumũtur. Vt sunt Galeæ,Cassides Thoraces seu loricæ. Quarum pars altera pectus,ac totũ epigastrion munit:altera verò dorsum & parteis corporis posteriores.has loricas sic ferè Pausan.in Phocicis describit. Αἱ δὲ τῶν χαλκῶν κατάμετρα, τὰ μὲν τέρενα καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν κεφαλὴν ἀρμόζοντα· τὰ δὲ ὡς πλάτος στερνῶν ἄνω· γύαλα ἐκαλοῦτο. τὰ μὲν ὄπισθεν, τὰ δὲ ἔμπροσθεν, ἐπεὶ τὰ πρόσθεν αὐτῶν σωματῶν, χωρὶς ἄλλα. Duo quippe thoracum seu loricarum genera apud antiquos fuere:quod & adhuc hac nostra tẽpestate obseruamus.Vnum scilicet fibulis consertũ, veluti maculis rhetis: ἐλατὰ ὀνομάζουσι Græci vocant: παρὰ τὸ ἐλάσσω, quòd catenarum more componantur:qualis apud Virgilium ea lorica conserta hamis. Alterum loricæ genus à Græcis dictum φαλάγγιον, quòd solidis laminis ferri bene compactum sit squammarum modo: aut cùm de solido ferro tota thoracis forma ducitur,

Galea.

Lorica.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Nostri brigandinas, & animas vulgari idiomate appellãt. Hæc autẽ quoniam armis, id est, humeris coaptantur, arma rectè dici quidã existimant παρὰ τὸ ἁρμόζειν. Cætera verò, vt fustes, lapides, tela, ab arcendo dicta Varro in libro de lingua Latina tradit: ᾧ, scilicet, his hostẽ arceamus. Ante ferri vsum, arma primùm ænea fuere, sicuti coniicere licet ex Hesiodi verbis. 2

χαλκῷ δ' ἤργαζόντο μέλας δ' οὐκ ἔστι σίδηρος

Aere operabantur, nec nigrum ducere ferrum
Mos erat.

Postea quidẽ aurea fabricauerũt, & ferrea: qualiã cũ Glauco Troiano, Diomedes græcus cõmutauit, arma videlicet aurea centũ bobus æstimata, æreis armis nouénq; bobus æstimatis: vt est apud Hom. lib. vj. Illiad. sub fi.

Κρίσαν χαλκείων τευχέα, τὰ δὲ ἐννεαβοίων.

Arma igitur illa, Hecatombœa, & enneabœa ab Homero vocata sunt, ᾧ centũ, & nouẽ bobus æstimarẽtur, id est, didrachmis & tetradrachmis, & hoc nummorũ genere ab eius pecudis nota sic dicto, vt tradidit Bud. lib. ij. & v. de Asse. Bos (inquit) etiam olim numisma erat Atticũ, bouis nota percussum, didrachmũ alio nomine dictũ. Ab eo numismate notũ est apud Græcos prouerbium. βοῦς ὑπὸ γλώττης βέβηκεν. Bos super linguã situs est, vel firmatus: contra eos vsurpatũ qui aut pecuniæ autoramento loquendi libertatẽ perdiderũt: aut mulctæ irrogãdæ metu, quæ dicenda sunt, reticẽt. 1 3 4

Didrachmum.

Prouerb.

Varij siquidẽ apud varias gẽteis armorũ militariũ mos est. Sanè Euboici & Aphri hastis cõgrediuntur, quas vocãt Phalãges. Cares, funda. Aegyptij oblongis scutis, & magnis hastis, sic vt vix hostẽ cõspiciãt. Galli, prælõgis gladiis, & sine mucronibus, & vastis supra vmbilicũ scutis, nudi dimicabant. Vascones, tecto capite, aut cũ galea certare nephas ducunt. Scythæ galeis in acutũ desinentibus, pyramidis instar. Multa alia huiusce rei videbis amplissimè apud Alex. Neapol. lib. vj. genialiũ dierum. Quibus exemplis licebit coniicere, armorũ appellationẽ, nõ tantũ ad thoraças, cassides & galeas, sed ad cuiusuis generis gladios, ad tela, scuta, fustes, lapides, generali significatione transferri. Hæc vno eodémq; verbo Græci τὰ ὅπλα, vocant. Nam & ἀναλαμβάνειν ὅπλα Xenophon Ἑλλιν. iij. dixit, quod Latini, arma capere. Et ὁπλομαχεῖν sub armis exercerj. Iam verò quãdocunq; statuto arma deferri prohibẽtur, fustes & lapides nõ intelliguntur proprié. Quæ sententia est Ange. Aret. in §. ex maleficiis. instit. de act. vbi etiã Iason permulta in hãc rẽ scribit, & quæ huius l. interpretationi maximè cõueniant. Videtur tamẽ diuersa Vl, sentẽtia in l. iij. §. armis. ff. de vi & vi ar. Quo loco scribit Arma esse omnia tela, hoc est, fustes & lapides; nõ solũ gladios, hastas, & phrãmeas, hoc est rõphęas. Planè & si vnus vel alter fustẽ, vel gladiũ tenuit, armis possessorẽ deiectũ censeri. Plus dicitur, & si inermes venerũt, si in ipsa concertatione qui inermes venerant, eò processerunt, vt fustes aut lapides sumerent, vis erit armata. In summa, arma ea omnia dicemus esse quib⁹ & nocere offendere quis possit. l. armatos. ff. ad l. Iul. de vi pu. Sed id quidẽ ex improprio dicẽdi vsu esse accipiẽdũ cẽset. Gl. in Cle. j. de sta. mo. 5 6

Alexan. ab Alex. li. vj. cap. xxij.

Τὰ ὅπλα.

Vis armata quæ.

ad verb

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ad verb. Arma. Quam multum Aret. expendit in d. §. ex maleficiis. Et ipse Ang. in tractatu de maleficiis. verb. Et ad hoc colloquiũ tractatum. versi. quod autem si statutũ. quo loco amplissimè discutit quid armorum ap-
7 pellatione cõtineatur. Præterea, & dentes & vngues brutorũ animalium, arma esse dicimus. Lactan. Firmia. in lib. de Opificio Dei. Quibusdã (inquit) in ore arma sunt dentes: aut in pedibus, adunci vngues: nullíq; munimentum ad tutelam sui deest. Idem traditum est in cap. noli. de pœnit. *Cap. ij.*
8 disti. j. Nautarum etiam instrumenta, arma dicuntur. Virgil. libro quinto.

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis.

Vnde Armamẽtariũ, est in quo arma, instrumẽta, machinæ, & omnis generis tela reponuntur: ab armamẽtis, quæ propriè nauiũ sunt instrumẽta, dictũ. Adde etiam q̃ rustici aratra, ligones, vomeres, rastros, & reliqua id genus instrumenta, qualia traduntur ab Vlpiano in l. instrumenta. ff. de fundo instru. vel instru. lega. sua arma appellant. Virgil. libro primo Georgicon, fermè ad principium, sic. *Armamentariũ quid. Armamenta. Arma rusticorum.*

Dicendum, & quæ sint duris agrestibus arma,
Queis sine nec potuere seri, nec surgere messes
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
Tardáque Eleusina matris voluentia plaustra
Tribuláque, trahæque, & iniquo pondere rastri.

VLPIA. LIB. LIII.

LEX XLII.

PRobrum & opprobrium, idem sunt. Probra quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis: vt puta, furtum, adulterium, naturâ turpe est. Enim verò tutelæ damnari, hoc non naturâ probrum est, sed more ciuitatis. Nec enim naturâ probrum est: quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

SVMMARIVM.

1 Probrum est vitium factum, Opprobrium vitij ignominia & obiectio.
2 Lex naturalis diuina est.
3 Furta iure ciuili punita.
4 Furta impunita olim apud Persas Cardacas, Tauroscythas, Aegyptios & Spartanos fuere.
5 Furta semper probrosa fuerunt tametsi impunita.
6 Actio directa tutelæ infamiam irrogat.

ROBRVM. Fallitur sanè hoc loco Vlpianus, cùm Probrum & opprobriũ promiscuè ἐν συνεμφάσει accipi vult. Est enim longè diuersa vtriusq; vocis significatio. Quippe q̃ Probrum
3 sit ipsum peccatum & vitium. Opprobrium autem, ignominia quæ ex ipso probro enata, probroso obũcitur. Itaque probrum rectè dicemus esse id quod turpe sit: cùm nihil turpe cum Stoicis debeamus appellare, nisi quod cum vitio sit coniunctũ. Quamobrem Cicero lib. j. officiorũ. Turpia vocat iniusta, & indecora. Quod me quidẽ mouet vt Lau-

rentij

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Vallens. lib. viij. c. xliij. rentij Vallę ſententiam omnino ſequar, qui cenſet probrũ eſſe ipſum crimen & flagitium à Græcis ὕβρις dictum: quod Budæus in Commen. linguę Græcæ ſcribit ſignificare petulantiã, ſuperbiam, inſolentiam, adulterium, improbitatẽ, flagitium, & ſtuprũ. Vnde ὑβριστὴς καὶ ὑβριόλος ἀνὴρ homo contumelioſus & cõfidenter improbus. Sophocles in Elect. ἐγὼ δ' ὕβρις μὲν οὐκ ἔχω. Non ſum ego contumelioſa, & probro affecta. Elegans loquendi modus apud Græcos per verbum ἔχειν. His quidẽ exemplis admonemur, probri ſignificatum, ad contumeliam, flagitium, & ad ſtuprum quoq; latè transferri. Cicer. Philip. ſecunda. Filiam eius ſororẽ tuã eieciſti, alia conditione quę- " ſita, & ante petita. Non ſatis eſt, probri inſimulaſti pudiciſsimã fœminam. " "

Probrum pro ſtupro. Stuprum. Adulterium. Dedecus. probrum idem. Hîc probrũ pro ſtupro poſuit Cicero: quod apud veteres erat frequentiſsimum. Nam probri inſimulare dicebant, quod nũc, de ſtupro accuſare. Quod Budæus etiam annotauit, vt tradit ſtuprum & adulterium idem ſignificare, τοῦ ἐξ μοιχείας, διαφθορὰν, διοχλύειν, quod vltimum (inquit) Latinè probrum eſſe videtur. Plautus ad verbum, Dedecus dixit.

PROBRA quædam.) Hac veluti partitione eſt vſus Vlpianus, quò clariùs probri ſignificationẽ & exactius oſtenderet. Nam cùm ſcribit, Probra quædam natura turpia eſſe, quædam ciuiliter & quaſi more ciuitatis, ex hoc deprehendimus probrũ propria ſignificatione eſſe infamiã, ignominiam, dedecus, ſimul & vitiũ: ac ſi diceret, duobus modis quis probroſus, ignominioſus & infamis efficitur: naturali ſcilicet lege, & iure ciuili. Etenim cùm lex naturalis (quã etiam diuinã appellamus, ſicuti ampliſsimè docuimus in Cõmentariis noſtris ad conſuetudines Turonenſes) vetet 2
alienũ maculare thorũ, & detrahere quicquam alteri, certè qui furti atq;
Ad Rubr. generalem. adulterij reus peractus eſt, is naturali præſcripto, afficitur probro, turpitudine & infamia: non autẽ ciuiliter neq; more ciuitatis. Hoc igitur probrũ natura turpe cenſetur eſſe, nõ ciuiliter. Hæc quippe diſtinctio à iureconſ. Vlpiano poſita, minimi momenti videtur eſſe. Nam quamuis lege naturali prohibitum cenſet Paulus. l. j. de furt. furtũ admittere, idipſum etiã iure
ciuili ſancitum fuit. Quandoquidẽ lege xij. Tabul. furta non ſolũ turpia 3
erant, ſed & vſq; adeò ſeuerè plecti & coherceri ſolita, vt manifeſtũ furem lex iuberet in ſeruitutẽ dari illi cui res furto ſubſtracta eſſet. Furem autẽ quoquomodo noctu deprehenſum, die verò cum telo, cũ clamore demum interfici iuſſerit. At quoniã duriores ſeuerioréſq; Draconis erãt leges hæ quæ capitis ſupplicio plectendum furem volebant, paulatim tacito populi conſenſu ac conſuetudine, non autem decreto ſeu iuſſo, antiquatæ ſunt. Poſtea verò legibus aliis mitioribus à Solone editis, vſi ſunt
Aul. Gell. lib. xij. cap. xviij. Athenienſes, vt teſtis eſt Gellius lib. xij. noctium Attica. Veruntamen non 4
apud omneis peræquè gentes furta turpia fuere, neque ſancita pœnis.
Furta apud quos permiſſa. Nam Perſis lege permiſſa viſa ſunt: apud quos qui rapto viuerent, Cardaces nominabantur. Quia Carda, virile ſignificat & bellicoſum. Et apud Pauſaniam & Ammonium, Cardaces pro militibus acceptos legimus: quod verbum à Caribus deriuatum tradit Euſtathius.

Tamen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Tamen Cælius Rhodoginus libr.xviij. lectio.antiq. scribit se obseruasse apud Aelium Dionysium Cardaces homines impios dictos.Herodotus author est in Melpomene Tauroscythas victum sibi comparare solitos furandi licentia.Apud veteres Aegyptios,quod genus homines constat in reperiendis artibus solertes extitisse(ait Gellius)& cognitione rerum indaganda sagaces,furta omnia licita,& impunè admissa fuerunt. Idem quoque fuit apud Spartanos Lycurgi permissu:quo magis acuerentur ingenia animóque essent vegeto & solerti:idque Germanorum & Aegyptiorum exemplo.Cuius etiam rei meminit Alex.Neapolitanus lib.vj. Genial. dierum.Semper tamen datum est probro furtum admittere, quamuis nulla furibus pœna imposita esset.Sicque natura turpe illis erat furtum & probrum:cùm alioqui ciuiliter & more ciuitatis idipsum liceret.

Cardaces qui.

Gel.ecd.lib. xij.c.xliij.

Alexan.ab Alex. libr. vj.cap.x.

TVTELAE damnari.Hîc exemplum profert eorum quæ non natura probra & turpia sunt sed iure ciuili. Videlicet, Tutelæ damnari. Nam actio directa tutelæ,infamiam irrogat:vt institut.de pœna teme.litig.§.ex quibusdam.Sed id quidem infamia iuris & sententiæ,non autem naturali lege : argumen.eorum quæ tradit Archidiac.in cap.non est.extra de consuetud.

IDEM VLPIANVS LIB. LVIII.

LEX. XLIII.

VErbo victus, continentur quæ esui potuique,& cultui corporis, qúæque ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque,victus habere vicem Labeo ait.

SVMMARIVM.

1 Victus præter cibum,& potum cætera quoque ad vsum necessaria continet.
2 Victus legati nomine viaticum non significatur.
3 Viaticum dicitur sumptus quem in via facit qui peregrè proficiscitur.



VERBO VICTVS. Hæc Vlpiani sententia eò pertinet, vt si quis testamento suo victum nepoti reliquerit & legauerit,non ea tantùm quæ alendo corpori potu cibóque necessaria sunt,legasse censeatur,verùm etiam & quæ vestiendo: ac quæcunq; ad vitę visum cultúmq; requiruntur & spectant. Terẽ.in And.

S I. Primum quidem hæc pudicè vitam, parcè ac duriter
Agebat, lana & tela victum quæritans.

T.Liuius lib.iiij.Manlius primùm ob virtutem laudatus,donatúsq; nõ à tribunis solũ militũ,sed consensu etiã militari:cui vniuersi selibras farris & quartarios vini,ad ędes eius,quæ in arce erãt,cõtulerunt: rem dictu paruã,cæterũ inopia fecerat eã argumẽtũ ingẽs charitatis:cũ se quisq; victu suo fraudans,detractũ corpori atq; vsibus necessariis,ad honorẽ vniuiuiri conferret.His Liuij verbis colligimus victũ significare potũ esũmq;, simul

Decad.j.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

simul & quę vsibus vitę necessariis conducunt. Circero quoq; lib. j. Rhetor. ad Herennii, vbi de cõfirmatione agit, verborũ victus & ad viuendi ratione profert, & ad mores, & ad rem familiarẽ. In victu (inquit) cõsiderare oportet apud quos, & quo more, & cuius arbitratu sit educatus: quos habuerit artiũ liberalium magistros, quos viuẽdi pręceptores: quibus amicis vtatur: quo in negotio, quæstu, artificio sit occupatus: quo rem familiarẽ administret, qua cõsuetudine domestica sit. Videtur quippe hoc loci ipse Cicero verbo victus velle intelligere latissimè quæ Græci appellãt τὰ οἰκεῖα, τὴν διαίτας, τὸ ἐπιτήδευμα, & quæ etiã Græci Theologi τὰ βιωτικά Siquidem τὰ οἰκεῖα παρὰ τὸ οἴκοι ἢ οἴκοι, ἢ οἰκέομαι quod edere, nutrire, & victitare significat, dicũtur ea quæ ad potum esũmq; spectãt. Hippocr. lib. ij. Aphorif. οἰκοῖσι dixit, eos qui cupidè comedũt, & cùm magno appetitu cibũ assũmunt. τῷ δὲ ἀφροδίσιος (inquit) οἰκοῖσι μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ σῶμα, μᾶλλον ἢ μᾶλλον. Id est, Si corpus eius qui à morbo auidè comedit nihilò magis proficit, malum. Et sequẽti Aphorismo. ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φύσεως ἔχοντες, καὶ ἀρχὰς μὲν οἰκοῖσι, ἢ μᾶλλον ὠφελεῖσι πρὸς τῷ τέλει πάλιν οἰκοῖσιν, οἱ δὲ καὶ ἀρχὰς μὲν οἰκοῖσι ἧσσον, ὕστερον δὲ οἰκοῖσι, βλάπτει ἀπαλλάσσουσιν. Id est. Omnes vt plurimũ qui malè se habẽt, cibos circa initia auidè sumẽtes, nec propterea corroborati, sub finem iterũ cibum minimè appetunt: Qui verò initio cibos valde fastidiũt, postremò cupidè edentes, euadunt in melius, proficiunt, & corroborãtur. Hoc loco οἰκεῖα Philotheo est πολλὰ τροφή, victus & cibus copiosus. Vsurpant etiã Latini Medici verbũ victus, pro eo quod Hipocra. & Galen. τὴν διαίτας, dicunt, viuẽdi scilicet rationẽ, quæ ægris exhiberi & obseruari solet. Sic & λεπτὴ διαίτα, ἢ ἀδρὰ διαίτα, ἢ ἀδρὰ τροφή, ἢ λεπτὴ τροφή. Linacro, Gulielmo Copo, atq; aliis probatioribus medicis Latinis dicitur victus tenuis, victus plenus. Hippocra. j. lib. Aphorif. διὰ τοῦτο (inquit) οὐκ ἂν λεπτὴ ἢ ἀκριβὴς διαίτα σφαλερὰ, ἢ τὰ πλεῖστα τῶν μορίων ἀδρεστέρων. Hac igitur de causa periculosus magis est sanis victus tenuis & exactus, quã qui paulò plenior existit. Ex hoc perpendimus verbũ victus eam viuẽdi & cibandi rationẽ, quæ ægrotis solet præscribi à medicis, etiam significare. Quare αἱ λεπτὴ ἢ ἀκριβὴς διαίτα ab Hippocrate, id est, victus tenuis atq; exquisitus: à Galeno interpretatur victus definiens, status, & circunscriptus qualitate, quãtitate, tẽpore & modo. Vnde & ipse Hippoc. scripsit libros τὸ περὶ διαίτης ὀξέων νουσημάτων, id est, de ratione victus in morbis acutis. Accipitur etiã & victus aliquãdo pro eo quod Græci ἐπιτήδευμα dicunt, id est, hoc ipsum vitæ genus & institutũ quo se quisq; exercere solet. Vt equitatio, nauigatio, gladiatoria, deambulationes, & reliqua id genus: quæ exercitationis gratia, corporis nostri functionibus obire consueuimus, sicuti Galenus tradit lib. iij. de Sympto. caus. c. j. Cæterùm, victus ponitur pro his quæ ad vitam pertinent, seu necessitatis, seu ornatus gratia: quæ Theologi secularia vocant: & do. Basilius magnus τὰ βιωτικὰ appellat. Vnde scripsit librum cui titulum fecit περὶ τῶν μὴ προσηκόντων τοῖς βιωτικοῖς: id est. Quod rebus secularibus ad fixum addictúmque minimè esse oporteat. Sic Xenophon in Oeconomicis dixit ἀπὸ γεωργίας τὸν βίον πορίζεσθαι victum agricultura quæritare. Ita enim βίον intelligit hoc

Οἰκεῖα, ἢ οἰκέω quid.

Lib. v. Aph. xxxj. & xxxvj.

Διαῖτα quid

Aph. v.

Lib. j. Aph. Aphosmij.

Victus tenuis & exquisitus quid Hipp. & Galeno.

ἐπιτήδευμα.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

hoc loco, quæ ad vitæ ac corporis cultũ sunt necessaria, id est, victũ. Cuius quidem significationis testimonia quàm plurima profert ex Homero & Euripide d. And. Tiraquell. in tractatu de nobilitate. c. xxxj. sub num. 352. Quod & Cicero lib. j. de Oratore ad Q. Fratrem eodem sensu vsurpauit, vbi fermè ad verbum repetit locum illum Platonis in Apologia pro Socrate, quo Socrates ipse cõtendit se dignum esse qui publicè in Prytaneio aleretur. Erat enim (ait Cicero) Athenis reo damnato, si fraus capitalis nõ
» esset, quasi pœnæ æstimatio, & sentẽtia cùm iudicibus daretur, interroga-
» batur reus, quã quasi æstimationem commeruisse se maximè cõfiteretur.
» Quod cùm interrogatus Socrates esset, respondit sese meruisse vt am-
» plissimis honoribus & præmiis decoraretur: & vt ei victus quotidianus in Prytaneio publicè præberetur. Hîc verbum σιτίσομαι, quod edere & victitare significat, vt iam commonuimus, ipse Cicero pro victu conuertit. Sic au-
» tem ipse Plato, ἐ αὖν δὲ μὲ ἀξῖ τὸ δίκαιον τ δέξιός τιμᾶσθαι, τίνα τιμᾶμαι ἄξιος ὢν πρυτανείῳ σιτίσασθαι.
» Id est, Qua ratione, si dignum merito præmium consequi par est, merui
» sanè vt in Prytaneio victus mihi publicè exhibeatur. Erat quippe Prytaneium locus publicus Athenis, quo viri rerum gestarum gloria percelebres, ac bene de republica meriti, ex publico alebãtur. Hîc itaq; Cicero, vt videre est, verbo σιτίσασθαι, quod victum vertit, intelligi voluit quodcunque esui, potui, cultúque corporis, & ad viuendum homini necessarium esset. Quare non satis vera mihi videtur Vallæ repræhensio, qui aduersus Vlp. victum à vestitu separauit, ratus pro esu potúque tantùm victus verbum accipi debere: tum quòd à viuendo deriuatum sit, tum etiam quòd sine vestitu (inquit) viuere liceat: vt in Aethiopia. Ridicula sanè acerrimi hominis sententia videtur Alcia. Nec enim (inquit) Aethiopum leges hîc interpretamur, sed Romanorũ qui sine veste non solent viuere. Ego verò ipsius Alciati opinionẽ magis probauerim, qui existimat hanc Vallæ significationem ex interpretatione magis, quàm ex stricta propria vi verbi accipiendam. Sed an victus viaticum etiã significet? Et puto latissima interpretatione significare. Quod quidem colligere licet ex D. Basilio loquente de patribus qui opes immodicas liberis relinquunt. Is autẽ in hæc verba scribit, Μὴ σιτοῦσι δεπτὰ τιμαρόμενοι, ὧν τὰ αὐτὰς ἀδίκως, ἢ ὧν ἕτερον ἐφοδιάζεις. Id est, (vt eleganter vertit Budæus) censu & facultatibus immodicis muniuisti, quasi viatico vitæ. Nam ἐφοδιάζομαι, viaticor, id est, viaticũ accipio, significat. Sic Gellius lib. xvij. noct. atticarum, magnum viaticũ pro magna facultate & paratu magno à Q. Claudio in primo annali nouè positum dixit Græcos sequutus, qui ἐφόδιον sumptum viæ ad aliarum quoque rerum ap-
2 paratus traducunt, vt suprà ex do. Basilio docuimus. Sed si quis victum legauerit, non existimo viaticum, propria verbi significatione, legato
3 contineri. Est enim propriè viaticum sumptus ille quem qui peregrè proficiscitur, solet in via facere. Quod ex Vlpiano colligimus in l. eum
» quem. ff. de iudic. Eum (inquit) quem temere aduersarium suum in iu-
» dicium vocasse constiterit, viatica litísque sumptus aduersario suo red-

Prytaneiũ quid.

Laurẽ. Vall. libr. vj. elegant. c. lvj.

Victus vnde dictus.

Viaticum quid.

Viaticor quid.

Cap. j.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dere oportebit. Hîc viatica accipit Vlpianus quæcunque expensa aduersarius in via fecerit. Vnde viaticum à via dictum est: sicut apud Græcos ἐφόδια παρὰ τὸ οὐδὸς ἢ ἕδος: quanquàm & ἐφόδιον alias significationes habeat: vt docet Budæus in Commentariis ling. Græcæ.

Viaticum vnde dictum

CAIVS LIB. LXXII.

LEX XLIIII.

CAetera quibus viuendi curandíve corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significantur.

SVMMARIVM.

1 Victus appellatione continentur omnia ad tuitionē corporis bonæque valetudinis necessaria.
2 Viuendi verbo vestimenta, & stramenta continentur.
3 Interpretationis discordia ex definito verbo, & indefinito nascitur.
4 Victu & alimento specialiter legato, vestimentum, & habitatio non continetur.
5 Alimenta simplici verbo legata, aut pupillo à iudice decreta, vestimenta & habitationem continent, nisi aliter testatorem, aut iudicem voluisse constet.
6 Consuetudine Turonum educatio liberorum ab alterio coniugum præstanda, Vestimenta, calciamenta, habitationem & institutionem in literis & artibus complectitur.
7 Alimentis legatis, medicamenta legata etiam intelliguntur.
8 Qui vtendum hominem accepit cibariorum & valetudinis impensas debet.
9 Diaria cibaria relicta, neque vestiarium, neque calcearium complectuntur.
10 Alimenta per fideicommissum relicta sine adiectione quantitatis, secundum solitum morem defuncti, aut aliorum legatariorum comparationem, aut denique defuncti facultates, ac fideicommissarij charitatem erunt modificanda.
11 Victus simpliciter pro cibo accipitur, vnde conuictores.

AETERA. Cura vitæ atque corporis non in alimentorum ratione versatur tantùm, cibo videlicet & potu, sed etiam in vestiariis, & quæ tuendi corporis gratia aduersus περιπλοκὴν seu ambientis aëris iniuriā parata esse solent. Quocirca, & tectum, & domus atq; habitatio, simul & lectisterniū, verbo victus compræhendi puto. Quod ex verbis Pauli coniicere licet. l. fi. ff. de alimen. & ciba. leg. Rogatus es (inquit) vt quendā educes: ad victum necessaria ei præstare cogendus es. Paulus. Cur plenius est, rogo, alimentorum legatū, vbi dictum est & vestiarium & habitationem cōtineri? Imò ambo exequenda sunt. Sic Offilius respondit, viuendi verbo & vestimenta & stramenta contineri: cū sine his viuere neminē posse compertum sit. Hoc in l. quos nos. §. verbum viuere. infrà hoc tit. Sed videtur Vlpianus in l. cū hi. §. qui transigit. ff. de transact. aduersus hanc Pauli & Caij sententiam pugnare. Qui, inquit, transigit de alimentis, non videbitur neque de habitatione, neque de vestiario transegisse: cùm D. Marcus specialiter de istis transigi voluerit. Quæ quidem Vlpiani verba videntur indicare, aliud esse alimenta deberi, aliud item habitationem & vestiarium. Sed hoc non erit ex indistincta rerum explicatione accipiendum. Sæpe enim interpretationis discordia ἐξὸν τὸ διορισμοῦ καὶ ἀδιόριστον γένηται ait Galenus, in libro primum Hippocrat. περὶ ἀιδοίων ὀξέων νοσημάτων. Nam aut absolutè testator alimenta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

menta legauit & victum:tunc ſanè crederem eą omnia quibus viuendi curandíve corporis noſtri gratia vtimur,legato eſſe compræhenſa:veſtitũ ſcilicet,& habitationem cum alimentis,vt d.l.fin.de alim.& cib.leg.& ca. conquerente.& ibidem glo.de cler.non reſiden.c.omnino.xxxj.diſtin.vbi gloſ.aſſerit aduerſus Vlpian.in d.§.Qui tranſigit, verbo victus veſtitum quoque contineri. Et Arch. ibidem contendit ipſius Vlp.verba intelligi
4 debere tantùm in tranſactionibus:atque ita conciliatam eſſe ἀντινομίαν: aut alimenta nominatim & ſpecialiter legauit:tunc de cibo potúque tantùm teſtatorem ſenſiſſe iudicandum erit,quibus ſolet & augeri &corroborari corpus: τρυφή à Græcis τοῦ ἐξ τὸ καταδίστου ἀναπλήρωσις vt ait Galen.id eſt,vacui repletio. παρὰ τὸ τρέφω τὸ ὑγιαίνω, ἡ ὑγιείας ἢ σάρκα τὸ σώμαλα, vt eſt apud Etymologicũ.Et eam arbitror fuiſſe mentẽ Vlp.in l.diariis.ff.de alim. & cib. leg.Diariis(inquit) vel cibariis relictis,neque habitationem,neque veſtiarium,neque calcearium deberi palã eſt:quoniam de cibo tantùm teſtator ſenſit.Aliter verò ſi teſtator ἁπλῶς,& abſolutè cauiſſet his verbis.Lucio Seio,quoad viuet,alimenta ex bonis meis erogari volo.Iabolenus in l.legatis.d.tit.de alim.leg.ſenſit cibaria,veſtitum,& habitationẽ deberi:quia
5 ſine his ali corpus non poſsit, niſi aliam fuiſſe ipſius teſtatoris voluntatem probetur.l.ſeq.Qua ratione,cùm iudex pupillo alimenta decernit, victũ ſimul & veſtitum cum habitatione cõpræhendit. Nam ſine his probè edu
6 cari non poſſe pupillum compertiſsimum eſt.Et cum moribus municipalibus præfecturæ noſtræ Turonenſ.cautum ſit liberos ab altero coniuge ſuperſtite educandos,vulgò obſeruamus habitationẽ,veſtiarium, calcearium ſimul cũm cibo potũq; deberi:atq; etiam pupillos ipſos,& literis,& moribus,artibũq; inſtituendos:donec arte ac induſtria victũ ſibi quęrere poſsint.Quid de medicamentis,an verbo victus,veniant,aut legatis alimẽtis? Et hercule propius eſt vt qui victum aut alimenta deb et legatario:ſiquidem caſu in morbum incidat legatarius,medicamenta quoque ei deberi cenſeamus.Si enim eiuſmodi ſit morbus,vt abſque medicamẽtis curari nequeat,& tandem neglectus æger intereat, quis dubitat eius rei nomine culpandum grauiter ac criminandũ eum qui cùm alimenta deberet,medicamenta ægro non curauit exhiberi ſecundũ Medicorum præſcriptum,& veluti cauſam morti dedit? Quippe cùm tuendæ vitæ gratia alimenta nobis data ſint,ſit autẽ compertiſsimũ tutam ſemper nobis non eſſe valetudinem,ſed multis ac variis ægritudinum periculis, atque etiam tranſmutationi corpus noſtrũ eſſe obnoxium,non tantùm ideò alimentis ſed & medicamentis opus eſſe curando corpori,veriſimilius eſt teſtatorẽ qui alimenta legauit,vt de medicamentis ſimul ſenſiſſe exiſtimemus:pręſertim cùm quædam ſint quæ Medici φάρμακα καθάρσια vocant,id eſt,purgantia:quædam verò quæ in alimentum corpori cedunt : & in humorem ad quem educendum apta erant, nonnunquam conuertuntur, ſicut à Galeno traditum eſt libro tertio de.ſimplicium medicamen. faculta.cap. xxiij. Non enim medicamenta omnia ſunt καθάρσια, & quæ etiam vehe-

Antinomia conciliata.

Medicamenta an veniant alimentis legatis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mentia vocant, sed quædam sunt χρήσα, seu benigna, qualia ante dixi-
mus, quæ minimo constant. Ideóque negari nec debent, nec possunt
ei cui alimenta debentur: cùm latissima significatione alimentorum
nomine medicamenta, etiam apud medicos ipsos veniant. Itaque qui 7
alimenta debet, medicamenta quoque naturali ratione exhibere te-
netur, sine quibus valetudo magis quàm alimentis seruari ac tueri
nequit. Nam (inquit Paulus.l.in rebus.§. possunt.ff. commodati.) ciba- 8
riorum impensæ ad eum naturali videlicet ratione, pertinent qui vten «
dum accepit: idem quoque de impensis in valetudine serui factis di- «
cendum erit. Et Caius in l.sicut.ff. de vsufruct. Sicut impendia cibario- «
rum in seruum, cuius vsusfructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis
impendia ad eum respicere naturâ manifestum est. Sic maritum in
sæuissimo furore constitutam mulierem & alere, & medicinæ eius suc-
currere teneri scribit Vlpianus in l. si cùm dotem.§.si autem. ff. so-
luto matrimonio. Legatis igitur alimentis, medicamenta etiam le-
gata censentur esse: & qui alimenta præstare tenetur, medica-
menta, quæ saltem modico ære comparantur, præstare debet. Qui
victum, hæc omnia: præterea & habitationem & vestiarium, quæ sin- 9
gula verbo victus continentur. Diariis verò cibariis relictis, neque ha-
bitationem, neque vestiarium, neque calcearium deberi Vlpianus scri-
bit.l.diariis.ff.de alimentis legatis. Quoniam de cibo tantùm testator
sensit. In alimentis autem, si non adiecta quantitate per fideicom- 10
missum relicta sint, censet Valens ante omnia inspiciendum esse quæ «
defunctus solitus fuerat ei præstare cui legata sunt: deinde quid cæ- «
teris eiusdem ordinis reliquerit: si neutrum appareat, tunc ex faculta- «
tibus defuncti, & charitate eius cui fideicommissum datum erit, mo- «
dus statui debebit. Aliàs autem victus simpliciter pro cibo accipitur. «
Vnde Virgilius libro primo Aeneidos. «

Tum victu reuocant vires: fusique per herbam
Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinæ.
Postquàm exempta fames epulis, &c.

Hîc Seruius victum, pro cibo intelligit. Vnde & Conuictores dicimus, vt Horatius.

Nam quia sum tibi Mæcenas conuictor.

Vlp

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

VLPIANVS.

LEX XLV.

INstratum omne vestimentum continere quod iniiciatur, Labeo ait. Neque enim dubium est quin stragula vestis sit omne πόδιστρόμα. In victum ergo vestem accipiemus, non stragulam. Instratum, omnem stragulam vestem.

SVMMARIVM.

1 Victus appellatio, vestes non etiam stragulas continet.
2 Stragula, & πόδιστρόμα omne quod circuntegit generaliter significat.
3 Pallium proprie vestis est Græca.
4 Pithagoræ symbolum. STRAGVLA CONVOLVTA HABETO, corporeos sensus significat ad animi rationem conuertendos.



INSTRATVM. Quod superiore capite dixerit Vlp. vestem victus habere vicem, hoc sanè loco qualiter ĩdipsum ac
1 cipi debeat, ostendit. In victũ (inquit) vestem, nõ stragulam accipiemus. Nã cùm dixerit victũ esse quæcunq; cultui corporis necessaria habentur, quoniã sine stratu, tapetis, aulæis vita hominis cõmodè traduci potest, veste aũt nobis maximè opus sit aduersus πόδιχρῶς atq; ambientis aëris iniuriã, concludendũ erit in victu vestẽ, non stratum contineri, neq; stragulã vestem. Nam stratum & stragulũ dicimus quod iniicitur & sternitur. Quicquid enim (ait Varro) insternebant, à sternendo stragulum appellabant: quale est illud quod lectis operiendis insterni solet, à Græcis ἐπίβλημα παρὰ τὸ ἐπιβάλλομαι dictum. Est etiam instratum operimentum equorum: cuiusmodi stragulæ Babylonicæ feruntur. ἐπίβλημα.

STRAGVLA VESTIS. Variè hæc lectio habetur. Nam in quibusdam Codicibus legitur.

Nec dubium est quin stragula vestis sit omne pallium, quod Græci πόδιστρόμα vocant.

Et ita videntur Valla, & Bud. legisse. Quæ lectio nõ satis mihi vera videtur. Nam arbitror Vlpia. voluisse dicere Stragulã vestẽ generale verbũ
2 esse ad omne tegumẽ quod circuninduit & circũtegit, sicut apud Græcos πόδιστρόμα παρὰ τὸ ποδὶ καὶ στρόμωμα τὸ πόδιστλλω quod circuntego, circũorno significat καὶ ἐμβάλλω. Itaq; πόδιστρόμα cõplectitur & stragulũ simul & πόδιπτλόσμαῖα, πολύμιτα, aulæa, tapetis, quæ in tricliniis potẽtiorũ expandũtur, & parietes domorũ circumtegũt. Vide hoc loco Bud. Pallium quippe generali significatione πόδιστρόμα non cõpræhendit. Sed propriè significat vestẽ Græcorũ, quãuis in
3 lecto palliorũ esse aliquãdo vsum asseramus. De qua re videto Lazarum Bayfium ad tit. de auro & arg. leg. Non erat igitur legendũ stragulã vestẽ esse omne palliũ quod Græci πόδιστρόμα vocãt. Nã oporteret omne pallium esse omne πόδιστρόμα: cũ alioqui hoc significet omne versicoloris tapeti genus quo circumornãtur aulæ diuitũ. Vnde Themistoclẽ Persarũ Regi ferunt respondisse, hominũ sermones πόδιστρωμάτων esse simillimos, propterea q̃ incerti & varij coloris essent: ac cũ πόδιστρωμãῖα expãdũtur, varij generis formas

Palliũ quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

figurâsq; apparere: contractis autē, latere & abscondi: illud verò propriā Græcorum vestem τὴν ἐξ ἱμάτιον. Nisi contendas pallia etiam significare ea linthea quæ lectis insterni solent. Cæterū Lau. Val. lib. vj. eleg. scribit se nō reperisse stragulā vestē in hunc sensum quē hîc Iurisc. vsurpauit: videlicet vt sit vestimentū hominis quo amicitur, quale est Græcorū palliū. Bayfius amictū illum quo nautę & nauigantes vtūtur, stragulā vestē appellat, & Gausapinas, cæteráq; eius generis amphimalla, & heteromalla, id est vtrinq; villosa: veluti id quod hodie nostrate lingua appellamus *Mantes de Cateloigne*. Videtur tamē inter preciosam suppellectilem Cicero posuisse Stragulam vestē. Is autē sic scribit Actio. iiij. in Ver. Verum esto, eripe hæreditatē, ꝓpinquis, da palestritis, prędare in bonis alienis nomine ciuitatis, euerte leges, testamēta, voluntates mortuorū, iura viuorū, num etiā patriis Heracliū bonis exturbare oportuit? qui simul ac profugit: quā impudēter quā palam, quā acerbè Dij immortales illa bona direpta sunt? quā illa res calamitosa Heraclio, quęstuosa Verri, turpis Syracusanis, miserāda omnibus videbatur. Nā illud quidē statim curatur, vt quicquid cælati argenti fuit in illis bonis, ad istū deferatur, quicquid Corinthiorū vasorū, quicquid stragulæ vestis. Hîc Cice. stragulā vestem intellexit quicquid insterneretur τὴν ἐξ ὑφάσματα aulæa, amphimalla, amphitapas & cætera id genus tapeta quibus solēt insterni & circūornari domus potentiorū. Rectē igitur dixit Vlp. instratum omnē stragulā vestem, id est, pro omni eo quod insternitur, accipi. Qua de re, victu aut alimentis legatis, tametsi vestis contineatur, tamen stragulam vestem minimè comprahendi. Ad extremum, Stragulorum nomine inferiores animæ vires Cęlius libro sexto decimo lectionum antiquarum interpretatur ex Symbolo Pythagoræ. STRAGVLA CONVOLVTA HABETO. quoniam rationi in capite velut in arce constitutæ, subiiciantur, straguli quadam imagine. Vel stragulorum nomine, corporeos sensus accipi debere contendit qui obuoluendi sunt, id est, conuertendi, vt Plotinus ait, ad vtens, id est, ratione pollentem animam: quæ plerunque rapta transuersim ita affici debet, perinde ac corpore non vtatur dum consurgit altius, inserítque cœlo caput: ac alios tumultuanteis sensus conticescere prorsum cogit.

Cap. xlvj.

Rhodig. lib. xvj. c. xviij.

4

VLPIANVS LIB. LIIII.

LEX XLVI.

PRonunciatum & statutum, idem dici potest. Promiscuè enim & pronunciasse, & statuisse solemus dicere eos qui ius habent dicendi & cognoscendi. Matremfamiliâs accipere debemus eam quæ non inhoneste viuit. Matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores discernunt atque separant. Proinde, nihil intererit nupta sit an vidua: ingenua an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matrēfamiliâs, sed & boni mores.

Pronunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Pronunciat iudex dum sententiam dicit.
2 Pronunciare est omnium iudicum, statuere summi magistratus merum habentis imperium.
3 Statuta municipalia appellantur mores patrij, quod Principis placito legis vim obtineant.
4 Pronunciatum dialecticum est oratio absolutè verum aut falsum significans.
5 Materfamilias est quæ in mariti mancipio.
6 Coemptionem facere est matremfamiliâs iungere viro.
7 Moribus francorum patriis matresfamiliâs, consortes sunt thori & bonorum, non autem iure scripto.
8 Pater, & materfamilias personæ sunt sui iuris.
9 Materfamilias dicitur quæ castè pudicéque in domo sua vitam agit.

PRONVNTIATVM. Quod hoc loco Vlpianus dicit pronuntiatum & statutum συμμιγῶς, & promiscuè atq; alterũ pro altero dici, καταχρηστικῶς id ipsum sensisse puto, non ex proprio. Nam veram germanámq; horũ verborum significationem si expendas ἀκριβῶς, pronuntiare propriè est iudicis sententiam dicentis. Vnde Imperator prolatam à præside sententiam dicit. tit. de senten. & interlo. om. iud. C. l. prolatam. & l. ex stipulatione. eod. tit. Quapropter (inquit) si nihil causa cognita secũdũ iuris rationem pronuntiatũ est, &c. Et id quidem tam ad arbitros & Comopolitanos aut etiam obnoxios iudices, quàm ad iuridicos regios & primarios pertinet. Statutũ verò & statuere, solius est summos fasces merúmq; habentis Imperium. Vnde statuta principum, quæ leges appellamus: & plebiscita, quæ plebs constituit. Nam scisere antiqui dicebant quod nunc statuere decerneréque. Et statuta municipalia, mores patrios vocamus, quia in legẽ transierunt ex non scripto, placito principis. Cæterùm, pronuntiatum, dialecticis est plena atque perfecta verborũ sentẽtia. Vt Annibal pœnus fuit. Scipio Numantiam deleuit. Milo cædis damnatus est. Neq; bonum est voluptas, neque malum. Oratio verum aut falsum plenè significans, est pronũtiatũ, quod Græci ἀξίωμα dicunt: sicut testatur Gellius libr. xvj. noct. Attica. quo loco tradit M. Varronem τὰ ἀξιώματα vocare modò proloquia, aliâs profata: à Cicerone autem ἀξίωμα pronuntiatum dici: quo ille tamen vocabulo tantisper vti se attestatus est, quoad melius inuenisset. Quare alio loco ipse Cicero ἀξιώματα postulata vocat & enuntiationes, vt in libro de fato. Explicanda autem (inquit) est vis ratióque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant. Nos vulgò vnam maximam diximus, ἀξιωματικῶς ἂν φαίλω pro vna maxima ponere interpretatur Budæus.

Pronuntiare quid.

Statuere quid.

Scisere.

Pronuntiatum dialecti. quid.

Cap. viij.

Axioma quid.

MATREM FAMIL. Antiqui vocabant matremfamiliâs eam solam quæ in mariti manu mancipióque, aut in eius in cuius maritus manu mancipióque esset: quoniam non in matrimonium tantùm, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset. Strebæus in librum primum de Oratore ex Aulo Gellio libro decimo octauo noct. Attica. Et hoc quidem coëmptione fiebat. Nam facere coëmptionem est matremfamiliâs iungere viro, in quo mancipium quod-

Mater familias quæ.

Gell. libro xviij. cap. vij.

Coëmptio quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dam est vtrinque emptio. Vnde Virgilius libr. j. Georg.

Teque sibi generum Tethys emat.

Cicero in orat. pro. L. Murena. Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorũ potestate esse voluerunt: hi inuenerunt genera tutorũ quæ potestate mulierum cõtinerẽtur. Sacra interire illi noluerũt. Horũ ingenio senes ad coëmptiones faciendas interimendorũ sacrorum causa reperti sunt. Boëthius in Topi. Cice. coëmptionem certis solẽnitatibus fieri quondã solitã: & sese coëmendo inuicẽ interrogabãt. Vir ita, An sibi mulier materfamiliâs esse vellet? Illa respõdebat, velle. mulier, An sibi paterfamiliâs esse vellet? Ille velle respõdebat. Itaq; mulier viri cõuenie-
Bud. ad. l. poster. de aq. iur. bat in manum: & erat materfamil. viro loco filiæ. Secũdũ hoc (ait Budeus in annota. in Pandect.) moribus nostris vxores, & matronæ, & matres fa- 7
miliâs sunt, quæ consortes nõ modò lecti genialis, sed etiam bonorũ fortunarũmq; sunt: quod non est in his locis quæ iure scripto regũtur. Multa
Cap. iij. quoq; in hanc rem scribit eleganter Fran. Connannus lib. viij. Commen.
iuris ciuil. Ad reliquum, matrem familiâs etiam & patrem famil. appella- 8
mus eum qui sui iuris est, nullíque addictus mancipio, vt in §. masculi. & ibidem gl. instit. ciuilib. de nupt. & l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Sed hoc loco Vlpia. matrem familiâs, præter alia significata, vult
9 eam esse, quæ castam pudicámq; in domo sua vitam traducit, siue nupta sit, seu vidua: sicut alio in loco ipse ait. Cùm audis matrem familiâs, accipe notæ authoritatis fœminam. l. iij. ff. de libe. exhiben. & Papinianus in l. materfamiliâs. ff. ad leg. Iul. de adulte. & stup.

PAVL. LIB. LVI. AD EDICTVM.

LEX XLVII.

Liberationis verbum, eandem vim habet, quam solutionis.

SVMMARIVM.

1 Soluere est debito liberare τὸ λυεῖν.
2 Solutionis vocabulum magis ad substantiam obligationis refertur, quàm nummorum.
3 Debitoris est soluere, creditoris liberare.
4 Solutio, & liberatio sunt correlatiua.

Soluere liberare quid.



IBERATIONIS. Soluere idem est quod liberare. Græci λυεῖν. Vnde Virgil. lib. iiij. Aeneid. de Didone loquens. 1

Accipite hanc animam, méque his exoluite curis.

Id est, hoc me amoris vinculo liberate. Item dicimus nauem portu soluere, id est eximere. Quo fit, vt qui obligationis nexu districtus, pecuniam quam debet, soluit creditori, tollatur ei obligationis vinculum & dissoluatur: ac ideò liberetur debitor nexu. institution. Quibus modis tollitur obligatio. ad princip. Paulus in l. solutionis. ff. de solution. & liberat. Solutionis (inquit) verbum pertinet 2
ad omnem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ad omnem liberationem quoquo modo factam: magísq; ad substãtiam obligationis refertur, quàm ad nummorũ solutionem. Nam etiã & acceptilatione fieri potest solutio & liberatio debiti: vt si quis dicat ἔχεις λαβὼν δυνάρια τόσα, ἔχω λαβών. Tot acceptos denarios habes? Acceptos habeo. d. titu.
3 quib. mod. tol. oblig. §. item per acceptilationem. Propriè siquidem debitoris est pecuniam soluere: creditoris autem liberare debitorem. Quã ra-
4 tione existimo iureconsultum longè melius dixisse solutionem & liberationem correlatiua esse, quàm eadem. Sed qualiter debitorem liberabit creditor solutione facta? Certè confessione accepti debiti, aut si creditor reddat debitori obligationis instrumentum. Quid si creditor perdidit perscriptionem nexus? An poterit compelli debitor vt soluat nisi reddito primùm sibi instrumento per creditorẽ, vt quia debitor velit instrumentum exhiberi vt videat nunquid verum sit an verò falsum? Vide Bartolum in l. huiusmodi. §. si ita. de lega. j.

CAIVS LIB. I. AD EDICTVM PRAETO. VRBA.

LEX XLVIII.

QVi neque sequantur, neque ducantur. Solutum non intelligimus eum qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. Ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur.

SVMMARIVM.

1 Publicum in hac lege pro carcere accipitur.



QVI NEQVE. Multiplex & varia est huius capitis lectio. Quidam enim putant has quinque voces expungendas esse & abundare: alij verò ad titulum libri Caij pertinere. Tamẽ Alciatus has quinque voces enarrat: atq; arbitratur Caium hæc duo verba, sequi, & duci, posuisse pro eodem significato. Doctorum esto iudicium. Sunt tamen hæc verba eorum qui rapiebãtur in ius. Videto in hanc rem quod scripsi suprà in l. subsignatum. §. attestari. hoc titu.

IN PVBLICO. Diximus suprà quid publicum significet, & quot mo-
1 dis accipiatur. Sed hoc loco admonere te velim lector optime, publicum pro carcere accipi: vt apud Plautum. Vereor ne hac nocte aduenies publico excipiar, id est, in carcerem trudar. An autem quis posit vi ad eum iudicem deduci cuius iurisdictioni non subest, & quando quis posit domo sua in carcerem trahi, latissimè hoc loco Barthol. Cæpola tradidit, quem videbis.

Supr. l. eum qui vestigal.

Vlp.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX XLIX.

BOnorum appellatio, aut ciuilis, aut naturalis est. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est, beatos faciunt: beare enim, est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est, non solùm quæ dominii nostri sunt, sed & si à nobis bona fide possidentur, vel superficiaria sint. Aequè bonis adnumerabitur, & si quid est in actionibus, petitionibus, persequutionibus. Nam hæc omnia in bonis esse videntur.

SVMMARIVM.

1 Bona sunt animi, corporis, & fortunæ.
2 Bonum est quod omnia appetunt.
3 Bonum appetere est suapte natura ferri & procliuem esse in bonum.
4 Bona animi Theologis sunt charismata spiritusanncti.
5 Bona naturaliter ea dicuntur quæ commodum, sine vllo aut paruo admodum nocumento adferunt solo rei respectu.
6 Bona ciuiliter dicuntur quæ iure successionis obueniunt, quocunque periculo lucri vel damni.
7 Bonorum possessio est ius persequendi, retinendique impetij.
8 Patrimonium est quidquid in bonis nostris censetur.
9 In bonis dicitur esse res quæ bona fide possidetur.
10 Res clientelares, & feuda in bonis censentur.

Bonorũ species.

BONORVM. Multiplices ac varias bonorũ species, tradiderunt Philosophiæ professores sanctissimi. Alia siquidẽ ad animi mores, alia ad corpus pertinere, alia denique fortunæ bona esse dixerunt. Bonum animi, est illud quod rectè summum bonum appellamus, quo immortalitatẽ consequimur. Et hoc quidẽ beat homines, id est beatos efficit. Est itaq; summa illa virtus, vel perfecta & ad summum perducta natura, vt ait Cicero, quæ beatos efficit. 1

Bona animi.

Nã si (inquit libr. v. Tuscul. quæst.) omne beatũ est cui nihil deest, & quod in suo genere expletũ atq; cumulatũ est, idq; virtutis est proprium, certè omnes virtutis cõpotes sunt beati. Qua ratione dicemus virtutẽ bonum esse animi, quę ipsum animum beatũ efficiat.

Bona corporis.

Bona corporis sunt pulchritudo & elegãtia formæ, firma valetudo, & quæ à Suda dicitur σωματικὰ, ἐπιτηδεύματα ἰσχύος, ἀκμὴ ἰσχύος, Robur corporis, intensa sanitas, sanitatis summitas & excellentia, à Medicis Græcis, ἀκμὴ, quæ in mediocri temperie similarium, & proba organicarum partium constructione consistit: quam etiam ἀσφάλειαν ἰσχυροτάτὴν esse volunt.

Bona corporis valetudo quæ.

Bona fortunæ.

Bona denique fortunæ, sunt diuitiæ, honores, & id genus reliqua. Quæ tamen propriè & naturaliter bona dicenda non sunt, quæ quidem sunt (vt ait Lactantius) non tantùm fallacia, quia dubia: verùm etiam insidiosa, quia dulcia. Et Cicero eodem libro quinto Tuscul. quæst. Non autem (inquit) ea bona dicenda sunt quibus abundantem licet esse miserrimum. An dubitas quin præstans valetudine, forma, viribus, acerrimis integerrimisque sensibus, addè etiam si lubet, pernicitatem & velocitatem, da diuitias, honores,

Lib. de opifi. dei.

Imperia,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

,, Imperia, opes, gloriam, si fuerit is qui hæc habet, iniustus, intemperans, ti-
,, midus, hebeti ingenio atq; nullo, dubitatisne eum miserum dicere? Pul-
,, chrè & sanctè Horatius li.iiij. Carminum ad Marcum Lolium Ode ix.

Non possidentem (inquit) multa vocaueris
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter vti
Duramque callet pauperiem pati,
Peiúsque leto flagitium timet,
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.

1 Bonorum igitur primum, est sapientia. Secundum, optanda corporis habitudo. Tertium, fortunæ commoditas. Sed hæc duo (ait Marsil. Ficinus in Gorgiam Platonis) eatenus iudicantur bona, quatenus commodum menti exhibent ministerium. Quare bona ipsa quæ beant, hoc est beatos efficiunt homines, sola animi bona sunt, & naturaliter bona dicta, vt quia sempiternã quandã naturam sortita esse putemus, ait Plato in Philebo. Et quòd natura sit generata vis hominis, vt ad omnẽ virtutem nata factáq; esse videatur, vt à Cicerone est traditum lib. v. de finibus bono. & malorum. Nam cùm vitiorum colluuie obruuntur homines, hoc ex corrupta natura contrahitur. Quãdoquidem omnes natura trahimur
2 ad beatæ vitæ appetitionem. Quapropter (inquit Aristo. lib. j. Ethicorum)
3 bene veteres bonum, id esse dixerunt quod omnia appetũt. Id autem bo- *Bonum appetere quid.*
num appetere, est suapte natura ferri in bonum & procliuem esse, sicut
4 rectè interpretatur Faber Stapulensis. Ea tamen animi bona vocantur à Theologis nostris bona Spiritus sancti, quæ de superis sunt, descendẽtia à patre luminum. Vnde in Euãgelio Matthæi. Si vos igitur cùm sitis ma- *Matth. vij.*
li, nostis bona dona dare filiis vestris, quantò magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona si postuletis ab ipso? Δόματα ἀγαθὰ dixit bona Spiritus sancti: que in animum, non in corporis putidam molem penetrant.

IN BONIS. Hic naturaliter bona, Caius in alium sensum accipit,
5 quàm suprà à nobis dictum est. Nam naturaliter bona intelligit quæ omnino commodum nobis adferunt, incommodi aut oneris parum, vel nihil: atque hoc quidem vt distingueret à ciuiliter bonis. Quæ autem *Bona naturaliter ci & uiliter.*
naturaliter bona sunt, ea sine detrimento aliquo habemus: sed cùm rem ipsam solùm, nõ ius respicimus: vt quodcunque superest deducto
6 ære alieno. At cùm ad hæreditatem & patrimonium attendimus, & bona successionis iure nobis obueniunt, quoniam in ius mortui succedimus, siue lucrum siue damnum ex adita hæreditate consequamur, seu in rerum corporibus, seu in actionibus, bona iure ciuili propriè dicuntur:
7 & hæc bonorum appellatio iuris est. Vnde bonorum possessionem Vlpianus definiuit ius persequendi retinendíque patrimonij. Hæreditatem, bonorum quoq; possessionẽ, ex Labeone dixit: sed iuris magis quàm *Bonorũ possessio quid.*

corporis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Patrimonium quid. corporis possessionem.l.ij.de bono.possess.Præterea & quicquid in bonis 8
nostris esse dicimus,hoc nos patrimoniũ appellamus,cuius quidem com
modum atque etiam incommodum ad nos pertinet.videto in hanc l.
Vide supr.l. subsignatiũ. §.bona. Francisc.Connan.libro tertio Commenta.iuris ciuilis.cap.ij. Adhęc rem 9
in bonis nostris esse dicimus quam bona fide habemus:& quam possiden
tes, exceptionem, aut amittentes,ad eam recuperandam actionem ha-
bemus.l.rem in bonis.ff.de acquiren.re.domi.Res quoque clientelares ac 10
hæreditatis patrimonium seu feuda in bonis nostris esse notat And.Ti-
raquellus in tracta.de nobilita.cap.octauo,ex And.Isern.sententia.Vnde
qui bona sua vendidit, res quoque feudales vendidisse censebitur.Ad re-
liquum vide quæ scripsimus in l.princeps.verb.bona.supra .eod.videto
etiam Bartolum in l.quintus.§.argento.ff.de auro & argen.leg.& Bal.in
rub.C.hoc titu.de verbo.signifi.

IDEM LIB. LXI. AD EDICTVM.

LEX L.

NVrus appellatio,etiam ad pronurum & vltra porrigenda est.

SVMMARIVM.

1 Nurus pronurum etiam significat, non proptiè ἀλλὰ κατ' ἐξοχήν.
2 Præpositio pro,in censendis nominibus affinitatis excurrere,& vltra extendere significat.



Nurus pronurus quid. VRVS. Vxorem filij,Nurum iureconsulti appellant: Pronurum verò nepotis vxorem.Sed in adfinitatis iure cen- 1
sendo, Nurus appellatio, Pronurum etiam significat, non
propria quidem significatione: sed per extensionem. Quod
Porrigere quid. docemur ex verbo, porrigenda.Nam porrigere, est veluti excurrere &
vlra extendere. παρ' ἐξοχὴν, ἐξέρχω. Vlpianus in l.cui eorum.§.item Pompo- 2
nius.suprà,de postul. Põponius (inquit)nurus, generi appellatione, & so- "
ceri socrus, & vlteriores quibus,pro præpositio solet accedere,contineri "
ait.Quo loco quidam existimauerunt voluisse Vlpianum, significatione "
propria Pronurum Nurum appellari.Sed veritas longè aliter sese habet:
atq; id translatitia interprætatione accipi, commodius erit dicere. Vi-
Connan. li. x. cap.iiij. deto in hanc l.Franc.Connan.libro decimo Commenta.iuris ciuilis.ad
Galli formulam & legem Velleiam.

CAIVS LIB. XIIII. AD EDICTVM PROVINC.

LEX LI.

APpellatione Parentis, non tantùm pater, sed etiam auus & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater,& auia,& proauia.

Summarium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Parentis nomine,pater,mater,patria,& terra significantur.
2 Parentare est defunctis vita parentibus iusta persoluere.
3 Parentalia festa quibus iusta fiebant mortuis,mense Februario.
4 Denicales dies & Feralia,sunt dies quibus residentur mortui.
5 Parentis appellatione pater, auus & omnes superiores vsque ad tritauum significantur, qui supra sunt maiores vocantur.
6 Parentes dicuntur omnes superiores in infinitum.

1 APPELLATIONE. Parentem vno nomine patrem & matrem significare tradit Lauren. Valla lib.iij.elegãtiarum. Vnde latini sermonis authores à pariendo dictos parentes existimauerunt. Iuuenalis Satyra decima quarta, quæ in parentes,id est,in patres & matres qui filiorum suorum mores prauo vitæ exemplo corrumpunt,scribitur,his cantat verbis. *Parẽs quid & vnde. Val. libr. iij. cap. lxx.*

Quæ monstrant ipsi pueris, tradúntque parentes,
Si damnosa senem iuuat alea,ludit & hæres
Bullatus,paruóque eadem mouet arma fritillo.

Et Virgilius ecgloga quinta.

Incipe parue puer: cui non risere parentes.

Theophilus in tit.de legiti.agna.succes.insti. συγγενὲς ὄνομα ἐπὶ γονέων, τριῶν· ἐὰν μὲν ἐπὶ τρία, ἐπὶ τοὺς πάππους, ἐπὶ τοὺς παππάππους, ἐπὶ τοὺς πατέρας τῶν πατέρων μόνον ἐὰν, ἀ ἡμᾶς γεννήσασι, μητέρα, πατέρα. Id est, cognatio nomen generale est, quæ quidem in tria diuiditur:in parenteis,in liberos,& in propinquos. Qui verò nos progenuerunt parentes dicuntur:pater mater, &c. Hic τοὺς ἐπάνω dixit τοὺς γονέας, quòd parentis appellatio ad ascendentes protrahatur. Parentem quoque accipimus aliquando pro patre,aut matre tantùm. Vt sæpe à Virgilio, chari cura parentis dicitur,id est, chari,genitoris Anchisæ. Cicero in Verrem Hæc si tibi tuus parens diceret,posses ab eo veniam petere? posses, vt tibi ignosceret,postulare? Et iterum paulò suprà. Tu inter eiusmodi mulieres,prætextatum filium tuum nepotẽ meum,collocauisti: vt ætati maximè lubricæ atque incertæ,exempla nequitiæ parentis vita præberet. Sic pro matre parentem dixit ipse Cicero in oratione pro A.Cluentio. Nam (inquit) illud me præterit,cuiusmodicunque mater sit,tamen in iudicio filij,de turpitudine parentis dici vix oportere,&c. Pacuuius in Medo,cùm ostenderet à Medæo Medææ filio Matrem quæri,*Tẽ Sol* (inquit) *inuoco, vt mihi potestatem duis inquirendi mei parentis.* Et apud Virgilium libro tertio Aeneid. *Attio. vij.* *Cognatio.*

Ecquæ iam puero est amissi cura parentis.

Quo loco Seruius, parentem Creusam non esse accipiendam existimat, sed patriam: quemadmodum Cicero vocat patriam communem omnium parentem. Sic & terram parentem scribit Virgilius.

Salue sancta parens frugum Saturnia Tellus.

Quo fit vt patrem matrémque significatione propria parentes Latini

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rectè appellent. Virgilius libro quarto Georgicon. Et sexto Aeneid.

Impositique rogis iuuenes ante ora parentum.

Cicero pro Cn. Plancio. Omitto (inquit) illa, quę si minus in scena sunt, at certè cùm sint prolata, laudantur: vt viuat cum suis, primùm cum parente: nam iudicio meo pietas fundamentum est omnium virtutum: quę veretur, vt Deum. Neque enim multò secus parens liberis, &c. Et in oratione post reditum in Senatu. Quòd si parentes charissimos habere debemus quòd ab his, nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas, tradita est: si deos immortaleis quorum beneficio & hæc tenuimus, & cæteris rebus aucti sumus, &c. Inde verbum Parentare, id est defunctis vita parentibus iusta persoluere: quanquam etiam & auorum, & maiorum, & aliorum amicorum mânibus sacrificare, significaret: veluti quod his nostris temporibus ecclesiastici dicunt voce pia & ecclesiastica, orare pro defunctis vt à peccatis soluantur. Dicimus etiam parentare alicui cæso pro morte alicuius vlcisci, & hominis cæsi pœnas persequi: quod Græci τιμωρῶ σοι dicunt, & τιμωροῦμαι Budæo teste. Cæsar libr. vij. belli gallici. Præstare omnes perferre acerbitates, quàm non ciuibus Romanis qui Genabi perfidia Gallorum interissent, parentarent. Cicero Philip. xiij. Quàm benignè denique vsi liberalitate Antonij milites Imperatorem reliquerunt, & se ad hostem metu perteriti contulerunt: per quos si nõ stetisset, non Dolabella prius Imperatori suo, quàm Antonius etiam collegę parentasset, id est, non prius Dolabella Trebonium, quàm Antonius Brutum, occidisset: vt Iulij manes placaret necem eius vlciscendo. sic D. Budæus interpretatur. Et rursus Philip. prima, An mẽ censetis P. C. quòd vos inuiti sequuti estis decreturum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur? vt inexpiabiles religiones in rempub. inducerentur? vt decernerẽtur supplicationes mortuorum? Nihil dico quis fuerit ille Iunius Brutus, qui & ipse regio dominatu rempub. liberauit, & ad similem virtutem & simile factum stirpem in prope quingẽtesimum annũ propagauit, adduci tamẽ non possem, vt quẽquam mortuum coniungerem cum deorum immortalium religione, vt cuius sepulchrum nusquam extet vbi parentetur, ei publicè supplicetur. Ab eo parentalia dicebant eos dies quibus parentare & iusta mortuis facere liceret: Iusta funebria vocat T. Liuius τοῦτ' ἐστὶ τὰ νομιζόμενα, quasi τοῦ τὰ νόμου ἀφειλόμενα ait Budæ. Hæc ipsa quidem parentalia ab antiquis mense Februario celebrari solita erant, qui tum erat vltimus anni mensis: postmodum verò secundus factus. Sed Decius Brutus Decembrem sequebatur in parentationibus, sicut Cicero testatur libro secundo de legib. his verbis. Sed mensem, credo, extremum anni, vt veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur. Hostia autẽ maxima, parentare pietatis adiunctum putabat. Quo loco Adrianus Turnebus vir & linguarum simul ac disciplinarum peritissimus hanc rem elegantèr & eruditè explicat. Erant & Denicales (ait Festus) feriæ, cùm hominis mortui causa familia purgabatur. Siquidem priuatę erant, sicut parentalium feriæ

Parentare quid & vnde dicti.

Parentare cæso.

Parẽtalia quid & quãdo apud veteres celebrari solebant.

Ad. Turnebus regius professor græcorum literarum.

Denicales.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

,, feriæ publicæ. Cicero eodem libro secũdo de legib. Nec verò (inquit) tam
,, Denicales, quę à nece appellatæ sunt, quia residentur mortui, quàm cæ-
,, terorum cœlestium quieti dies, feriæ nominarentur, nisi maiores eos
,, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent: eas in eos
,, dies conferre ius, quibus nec ipsius, neq; publicæ feriæ sint: totáq; huius iu
,, ris compositio pontificalis, magnã religionem cęremoniámque declarat
,, Possumus itaq; & nos quidem Christiani his temporibus, secundũ mensis Nouembris diem, quo residentur mortui, id est mortuis feriamur, parẽtalia latinè appellare, seu etiam Denicales, id est, festum defunctorum: qui dies ferè est vltimus anni finis. Dicemus quoque Feralia. Ouid. libro secundo Fastorum. *Festum defunctorum.*

Hanc, quia iussa ferunt, dixere feralia lucem: *Feralia.*
Vltima placandis manibus illa dies.

Sed redeũdum est in viam. Scribit igitur Caius appellatione parentis auum & proauũ, & deinceps omnes superiores cõtineri. Et idem in l. j. de gradib. affinit. videlicet omneis sexus vtriusq; ascẽdenteis vsq; ad tritauũ superioris ordinis parentes, dixit. Similiter Paul. l. fi. §. parentes. eo. tit. apud Romanos vsq; ad tritauum propria significatione nominari contendit: vlteriores verò qui speciale nomen nõ habẽt, maiores appellãdos: cũ nos aliâs generali vocabulo maiores ad auum, proauũ, & reliquos protendamus, hoc equidem ex Iuuenale Satyra octaua docemur his verbis. *Maiores qui dicantur.*

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice longo
Sanguine censeri? pictósque ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Aemilianos?

Et iterum eodem loco.

Si tenerum attritus catinensi pumice lumbum
Squalenteis producit auos.

Quo loco auos pro maioribus accipit: sicut Virgilius parentes, pro ipsis
,, maioribus, libro septimo Aeneid. his verbis.

Urbe fuit summa Laurentis regia Pici
Horrendum siluis, & relligione parentum.

Sic Imperator Constãtinus. l. lex quæ tutores. §. nec verò. C. de admin.
tuto. Nec verò (inquit) domum vẽdere liceat in qua defecit pater, minor
,, creuit: in qua maiorũ imagines aut nõ videre fixas, aut reuulsas videre sa
,, tis est lugubre. Alioqui maiores speciali significato dicũtur quotcunque
,, vltra tritauum enumerare licet. Eodẽ modo & parentes speciali nomine
,, vsq; ad tritauũ dũtaxat porrigũtur: generaliter autẽ vltra tritauum, ex
,, Vlpiani calculo in l. quiq; litigãdi. §. parentes. ff. de in ius voc. parẽtes (ait)
hîc vtriusq; sexus accipe. Sed an in infinitũ queritur? Quidã, parentes vlq; ad tritauum appellari aiunt: superiores, maiores dici. Hoc veteres existimasse Põponius refert. Sed Caius casius omnes in infinitum parentes dicit: quod honestius est, & merito obtinuit.

AVIA ET PROAVIA. Quid auus, quid itẽ proauus satis est tritum. Sed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

forsan quæras,an appellatione auiæ proauia etiam veniat?Et sanè hîc inter doctores variatum est sententiis,quas quidé recenset Alexander Imol. in l.Gallus Aquilius.§.instituens.de libe.& posthu.Hanc rem latè exequimur in eo tractatu quem de gradibus consanguinitatis & affinitatis scripsimus:vbi quoque discussimus qualiter ius ciuile cum pontificio conueniat in censenda consanguinitate & affinitate.

Ioan. Brachæus tractat. de consangui. & affinitate.

VLPIANVS LIB. LXIII.
LEX LII.

PAtroni appellatione & patrona continetur.

SVMMARIVM.

1 Patronus est qui alterum defendit in iudicio.
2 In publicis iudiciis,causis paradigmaticis, & iuris ambigui, plures patroni solebant adhiberi, quorum minimus omnium primus dicebat.
3 Patronus dicitur qui seruum libertate donauit.
4 Patronum qui in ius vocare prohibetur: idem & patronam,cùm hæc sub illo contineatur.

PATRONI. Varia quidem,& multiplex est patroni significatio.Nam patronus(inquit Ascon.Pedia.in diuinat.) dicitur qui alterũ defendit in iudicio,si orator est:si aut ius suggerit,aut præsentiam suàm commodat amico,aduocatus: si negotium suscipit,procurator.Cicero libro secũdo de Orato.ad Q.Fratrem.Etiam(inquit)stultitiæ falsa repræhensio, vt ille Siculus,cui prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum hominem nobilem ,sed admodum stultum.Olim in publicis iudiciis , atque in causis paradigmaticis,ac etiam iuris ambigui, solebant plures patroni adhiberi , quorum minimum,primũ omnium dicere volebãt.Sic pro P.Sextio dixit Hortẽsius:posterior verò Cicero.Sic etiam pro Cornelio Balbo Cn.Pompeius: postmodum Cicero rem omnem peregit. Quæ tamen consuetudo ipsi Ciceroni aliquãdo nõ placuit,sicut scribit in eodem lib.ij.de Oratore his verbis: Atq; etiam(inquit)in illo repræhendo , eos qui quæ minimè firma sunt,ea prima collocant.In quo illos quoq; errare arbitror,qui si quando (id quod mihi nũquã placuit)plures adhiberent patronos,vti quẽq; eorũ minimum putant esse,ita eũ primũ volũt dicere.Res enim hoc postulat, vt eorũ expectationi qui audiũt,quàm celerrimè succurratur:cui si initio satisfactum non sit,multò plus sit in reliqua causa laborandum.Patronũ etiam liberti correlatiuum dicimus,eum videlicet,qui seruum libertate donauit,& ex seruitute manumisit:vel collusionem detexerit : vel si quis præiudicio pronũtietur libertus esse,cũ alioqui non fuerit:aut si iuraui libertum meũ esse:quemadmodũ per cõtrariũ pro patrono nõ habebor,si cõtra me iudicatũ est:aut si me deferente iurauerit se non esse libertum. Qui Vlpiani sensus est in l.adoptiuũ.§.patronum.ff.de in ius voc.Qui igitur patronũ vocare in ius prohibetur,patronam quoq; non potest:cũ patroni appellatione,patrona etiam contineatur,vt d.§.patronũ.Reliqua in hanc rem doctè tradit Alciatus:quæ si hoc loci repetam,vanus ero.

Aduocatus quis. Procurator

Paul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PAVL. LIB. L. AD EDICTVM.

LEX LIII.

SAepe ita compertum est, vt coniuncta pro disiunctis, & disiuncta pro coniunctis accipiantur. Interdum soluta pro separatis. Nam cùm dicitur apud veteres agnatorum gentiliúmque, pro separatione accipitur. At eũ dicitur, super pecunia tutelá ve sua, tutor separatim sine pecunia dari non potest: & cùm dicimus, quod dedi aut donaui, vtrunque continemus. Cùm verò dicimus, quod eũ dare facere oportet, quoduis eorũ sufficit approbare. Cùm verò dicit prætor, si donum, munus, operas redemerit, si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse: ex re ergo pro cõiunctis habentur si quædam imposita sunt: cætera non desiderabuntur. Itẽ dubitatum est, illa verba, *ope*, *consilio*, quemadmodum accipiẽda sint, ex sententia coniungentiũ aut separantiũ: sed & verius est, & Labeo ait, separatim accipienda: quia aliud est factũ eius, qui ope, aliud eius qui consilio furtum fecit. Sic enim alii cõdici potest: alii non potest. Et sanè post veterum authoritatem eò peruentum est, vt nemo videatur fecisse, nisi & cõsilium malignum habuerit: nec consilium habuisse nocendi, nisi & factum sequutum fuerit.

SVMMARIVM.

1 Agnatio est plæbeiorum, Gentilitas nobilium.
2 Triplex est ius cognationis, agnatio, gens, & stirps.
3 Ius patriciorum in gente est positum, plæbeiorum in stirpe.
4 Vbi de stirpe, & gente quæstio fit, testimonio opus est.
5 Vrbana familia non loco, sed genere distinguitur.
6 Homines Deorum immortalium Gentiles sunt.
7 Gentiles dicuntur qui Romano non subiiciuntur imperio, sed iure gentium agunt, non ciuili.



AEPE. De coniunctione & disiũctione satis multa diximus suprà, in l. alienationis verbo. §. oratio. & l. seq. ita quidem vt necessarium minimè fuerit hoc loco idem recantare. Vide etiam in l. inter eos. ff. de fideiussorib. vbi alia est copulatiuæ, alia item disiunctiuæ potestas.

1 AGNATORVM Gentiliúmq;. Separata sunt hæc verba, agnatorum gentiliúmque: tametsi videantur coniuncta propter encliticam dictionem. Differunt nanque inter se gentilitas & adgnatio. Hoc enim obscurorum & plebeiorum est: illud verò ingenuorum ac nobilium: sicut ex Cicerone in Topic. docemur, vbi de diffinitione loquitur, his verbis.

,, Gentiles sunt qui inter se eodẽ nomine sunt. Nõ est satis. Qui ab ingenuis
,, oriundi sunt. Ne id quidẽ satis est. Quorum maiorũ nemo seruitutẽ ser-
,, uiuit. Abest etiam nunc, qui capite non sunt diminuti. Scæuolam pontifi-
,, cem ita definisse, testatur Cicero. Quem locum Boëthius enarrans, genti-

Gentiles qui dicantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

les(ait)ſunt qui eodem ſunt inter ſe nomine: vt Bruti & Scipiones. Quòd ſi ſerui ſunt, nulla gentilitas eſſe poteſt: quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas dicitur. Triplex ſiquidem fuit apud antiquos ius cognationis: videlicet, agnatio, gens, ſtirps. Adgnatio eorum erat qui virilis ſexus cognatione iungerentur. inſtitu. de legiti. agnato. tute. §. ſunt autem. Dicuntur & adgnati legitimi authore Theophilo, ac ſi Græcè dicas, τὸς νομίμους, quòd lege xij. Tabul. & iure ciuili habeantur. Stirps, ius omne cognationis generaliter complectebatur: ac ius ſtirpis quàm gentilitatis. latius patuit. Verumtamen in Pandectis vtrunque ius ſtirpis & gentilitatis confunditur in ius ipſum agnationis. Sed Cicero libro primo de Oratore commonſtrat latam fuiſſe differentiam: videlicet ius patricio-
rum in gente eſſe poſitum: plebeiorum autem, in ſtirpe: vbi cùm inter vtranque Claudiorum familiam, alteram quidem patriciam, alteram verò plebeiam Metellorum, vt Suetonius tradit, ageretur de hæreditate Marcelli, Claudij patricij hæreditatem ad ſe gente rediiſſe contendebant, Plebeij ab liberti filio ſtirpe ad ſe pertinere dicebant. Iura itaque ſanguinis gentem non pertingere, ſed ſtirpem, in profeſſo eſt: ac quo-
ties de ſtirpe ſeu genere, & de gente quæſtio fit, teſtimonio eſſe opus Papinianus reſpondit. l. j. ff. de probat. Gentilis à Græcis ὁ ἐθνικός dicitur, ἡ ἐθνικός, qui eiuſdem gentis eſſe aſſeritur. Sed & τὸ ἔθνος Ariſtoteles in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά poſuit pro ordine & ſocietate, & genere hominum ſeu natione, ſicut etiam annotauit Budæus in Commentariis linguæ Græcæ.
Vnde fit vt Græcorum imitatione, gentem pro eodem ſignificato vſurpemus. Sed propriè gentiles (vt diximus) ſunt quorum nunquam maiores ſeruitutem ſeruierunt. Qua ratione, noſtrates lingua vernacula, non temere (inquit Budæus in annota.) gentiles homines vocant eos qui ab ortu nobiles ſunt & ex natiuitate, quaſi ingenuos (ait) ab origine gentis: videlicet ab abſcripticiis & conditione quadam obnoxiis diſtinguere volentes eos, qui ob id eadem noſtrate & vernacula lingua dicuntur Villani: quòd villæ (vnde villici dicti) aſſcripti & colonariæ conditioni addicti aut ipſi ſunt, aut eorum maiores fuerint. Quare Gentiles ab eis diſtingui palàm eſt, qui ingenuitatem intactam illibatámq; non habent, ſed aliqua conditione obnoxiam: cuiuſmodi ſunt plebeij omnes, qui ipſi, maiorésve eorum ſeruitutem aliquam ſeruierunt. Eò igitur pertinet quòd Pomponius libro quinto ad Senatuſcon. tradit vrbanam familiam non loco, ſed genere diſtingui. l. vrbana familia. infrà eodem. Non enim quicunque rus & villas habitant, Villanos proinde & ruſticos aut ignobiles appellari par eſt, vt Iaſoni videtur in §. item Seruiana. inſtitu. de actio. (videmus nanque vt plurimum Nobiles noſtros illuc perpetuò habitare) ſed qui cultui agrorum ſeruiunt, & villas colendas conduxerunt, reſque ruſticæ omnino dant operam. De hac re nonnihil tradidit do. And. Tiraquellus in libro de nobilita. Præterea ſcribit Cicero in Timæo, homines Deorum immortalium gentiles

Agnati qui

Stirps quid.

ἔθνος quid.

Gentiles qui propriè.

Adſcripti ij villani villici.

Cap. ij. nume. 50.

esse;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

esse: in quibus qui tales creantur, vt Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellentur: teneántque omnium animãtium principatum. Fuit (inquit Alciatus) & alia gentilium in iure interpretatio, videlicet, vt quemlibet significet qui Romano imperio non subiiciatur, perinde ac si dicas, barbarum: quia iure gentium non autem ciuili agat. videto latius in hanc rem eundem Alciatum. libro primo πολλῶν.

7 *Alcia. lib. j. Pareng. capit. xiij.*

VLPIANVS LIB. XII.

LEX LIIII.

CONditionales creditores dicuntur hi quibus nondum competit actio: est autem competitura: vel qui spem habent vt competat.

SVMMARIVM.

1 Ob spem conditionale debitum in constitutum deduci potest.
2 Conditiones ad præsens aut futurum relatæ proptiè non sunt conditiones.
3 Conditio sit negatiua necne non refert.
4 Mutiana cautio legatis tantùm non in contractibus interponi solet.
5 Conditionalis stipulatio ad hætedes transmitti solet in contractibus, non item in legatis.
6 Industria promissoris consideratur in stipulatione.
7 Sub conditione omnino incerta creditor dici non debet.
8 Spes propriè dicitur quæ causam à præsenti tempore dependentem habet.
9 Qui remittit quodcunque iuris habet vel habiturum se sperat, censetur remisisse ius quod præsens habet.
10 Pacta sub spe cernendæ hæteditatis alienæ, non valent: quia spes ea incerta est.

CONDITIONALES. Quid sit creditor & qualiter accipiendus sit, latè diximus suprà in l. creditores. vbi quoque scripsimus, eum cui sub conditione debetur, creditorem impropriè κατ' ἀχρηστοῦσιν dici debere.

SPEM HABENT. Priusquàm horum verborum interpretationem adgrediamur, operæpreciuum esse duxi primũ præfari stipulationes omneis aut puras, aut in diem, aut sub conditione esse. Atqui pro regula traditum est, in obligatione conditionali nihil omnino deberi priusquam dies conditionis euenerit. Quid igitur in conditionali creditore dicendum erit? Nam propriè dicendus is est creditor cui præsenti die debetur pecunia, quam ipse credidit. Non igitur is cui sub conditione debetur, creditor vocandus erit. Sed hoc capite Vlp. creditorem vult appellari: ea demum ratione q̃ spem ille habeat, vt sibi actio, quæ nondum competit, competitura sit. Itaq; ob id spei, conditionale debitum, in constitutum deduci potest l. ij. de constit. pec. Et hoc seu expressa seu etiam tacita sit conditio. l. item quia. §. j. ff. de pact. Iam verò hæc non nisi in vera conditione locum habẽt: quam videlicet incertum sit aliquando exituram. Quandoquidẽ quæ vel ad præsens, vel ad præteritũ referuntur cõditiones, propria significatione conditiones nõ sunt: vt quæ ex futuro rerum euentu minimè dependeãt. l. cùm ad præsens. cum ij. ll. seq. ff. si cert. pet. l. si pupillus. §. j. de nouat. Sed & nihil refert, conditio sit negatiua necne. Perinde enim erit si quis, cùm

Stipulatio conditionalis.

Creditor cõditionalis.

1 2 3

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

morietur,promittat,ac ſi negatiuè,cùm Romã nõ ierit.§.ſi quis ita.inſtit. de verb.oblig.Nam in vtroq; poſt mortem promiſſoris rectè & peti & agi poteſt.Glo.in d.§.ſi quis ita.in verb.cùm morietur.l.j.C.vt act.ab hæred.

Cautio Mutiana quando ſolet interponi.

Neque verò proderit hac in parte Mutiana cautio,quæ in legatis tantum non in contractibus interponi ſolet.l.Mutianæ.ff.de condit.& demon.vbi Bart.& idem Barto.in l.ſiue apud acta.C.de tranſact.& in l.j.C.de pactis. Cuius quidem rei eam eſſe rationem conſtat,quòd peti non poſsit ante conditionis euentum id quod ſub conditione teſtamento relictum eſt.l.ſi poſt diem legati cedentem.ff.quan.dies leg.vel fideicom.ced.Etenim Q. Mutius hanc cautionem inuexit,in gratiam eorum qui teſtamẽto aliquid legati nomine alij relinquerẽt:qua quidem cautione proſpiceretur ei cui ſub conditione legatum eſſet.Veruntamen quamuis conditionalem ſtipulationem ad hæredes tranſmitti compertum ſit.l.quæ legata mortuis nobis.ff.de reg.iu.nihilominus in legatis ſolet diuerſum obſeruari.d.l.ſi poſt diem legati.& l.ſi vſusfructus.ad fin.ff.de condit.inſert.l.ſi cùm hæres.ff. quando dies leg.ced. hæc autem vna eſt huiuſce axiomatis diffentiæ ratio, quòd in contractibus,qui ſibi ſtipulatur, ſibi hæredibúſque ſuis ſtipulatur.Plerumque enim contrahendo tam hæredibus noſtris quàm nobiſmetipſis cauemus.l.ſi pactum.ff.de probat.At verò in legatis, ea ſolùm fuit voluntas, ea mens teſtatoris, vt legatario tantùm, officiorum penſandorum gratiâ relinqueret: nec cenſetur eius hæredibus eo legato conſultum voluiſſe.In hanc ſententiam ſcribit Decius in l. quæ mortuis.ff.de regul.iuris.Sed hoc præſcribendum fuerit, videlicet, quandocunque aliud nobis ex voluntate contrahentium expreſſa conſtat, aut res debita ad hæredem tranſmitti non poteſt.l.Aurelio.de liber.lega.l.non ſolùm.§.tale.ff.eodem.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.de verbo. obligat.aut cùm ſpecialiter id actum ſit,vt promiſſor ſuis operis rem perficiat, tunc ſtipulatoris tantùm conſiderabitur induſtria: ſi non alius idem ſtipulari viſus ſit.l.inter artifices.ff.de ſolut.& liber.l.veteris iuris.ff.de contrahen. & comm.ſtipul.Faber in §.ex conditionali.inſtitut.de verborum oblig. Igitur (vt iam ad rem redeamus) eum cui ſub conditione debetur,creditorem appellare licebit: propterea quòd ex conditionali ſtipulatione ſpes eſt debitum iri: eámque ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus,ſi priuſquàm conditio extiterit, mors nobis obtigerit.d.§.ex conditionali. Quod in contractibus (vt ſuprà diximus) non in legatis obtinebit. Quod tamen quomodo intelligendum ſit,vide apud Baldum in l.j.C.vt action.ab hæredib. & contra hæred.incipant.Quid ſi ſub conditione omnino incerta debeatur, veluti, cùm Romana ciuitas corruet, an ſub hac conditione creditor, propriè dicatur creditor ſeu conditionalis? Et ſanè quia propter incertum conditionis euentum,ſpem non tranſmittit ad poſteros, ſed neque ſpes aliqua ſit Romam aliquando collapſuram ruiturámque,conditionalem creditorem debere eum dici non placet.Spes enim dicitur tum propriè,quæ cauſam à preſenti tẽpore dependent

4 5 6 7 8

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pendentem habet. Vt cùm sponsalia de præsenti contrahũtur, tunc spem
9 matrimonij capessendi habere dicimur. Quòd si in futurum tempus spon
salia collata sint, nulla nuptiarũ spes habebitur, vt l. si vxor. §. si quis vxorẽ.
ff. ad leg. Iul. de adulter. Vnde, qui remittit quodcunque iuris vel habet, *Speudicitur de præsenti.*
vel habiturum se sperat, censebitur is remisisse ius quod ex præsenti cau-
10 sa habet. In hanc sententiam scribit Bart. in d. l. si vxor. §. Diuus. Sed &
pacta, spe cernendæ hæreditatis alienæ inita, quia sæpe incertum est
num parentibus, qui forsitan nobis superstites futuri sunt, succedere
debeamus, sicut respondit Papinianus in l. nam & si. ff. de inoffi. testamen.
nulla omnino esse, neque valere traditum est, in l. de quæstione. vbi notant
doct. & Alciat. C. de pactis. Bartol. in l. final. eodem titul. de pactis. & in l.
post emancipationem. §. j. ff. de liber. legat.

PAVLVS LIB. XVI. BREVIS EDIC.

LEX LV.

CReditor autem is est, qui exceptione perpetua summoueri non potest. Qui autem exceptionem temporalem timet, similis est conditionali creditori.

SVMMARIVM.

1 Exceptionum quædam sunt perpetuæ, & peremptoriæ: quædam temporales, & dilatoriæ.
2 Peremptoriæ exceptiones ideo dicuntur, quia negotium quo de agitur perimunt.
3 Peremptoriæ exceptiones post sententiam latam opponi non possunt, nisi ætatis minoris fauore, conditionéve personæ.
4 Exceptio pecuniæ non numeratæ priuilegio speciali debitoribus conceditur, & ad biennium non vltra durat.
5 Dilatoriæ seu temporales exceptiones dicuntur quæ non semper locum habent, sed euitari possunt.
6 Temporales exceptiones ante litem contestatam proponi debent.
7 Qui exceptione perpetua summoueri potest, creditor non est dicendus.
8 Actionem nullam esse ipso iure, & actionem exceptione summoueri differunt.

REDITOR. Hoc nos capite Paulus admonet, quis
1 propria appellatione intelligatur creditor: qui videlicet ex-
ceptione perpetua summoueri nequeat. Scitis quidem, le-
ctores ingenui, exceptionum quasdam esse perpetuas & per-
emptorias, quasdam verò temporales & dilatorias. Instit. de excep. §. ap-
pellantur. & l. iij. ff. eod. titul. Perpetuas siquidem esse quæ semper locum
habent; nec vitari possunt: vt doli mali, rei iudicatæ, & si quid ad-
uersus leges, Senatusveconsulta sit actum. d. l. iij. & l. ij. ff. de doli mali
exceptio. capitulo primo. de litiscon. in sexto. Institut. Quibus alie. li. vel
2 non. l. ij. C. ad Velleianum. Peremptoriæ autem ideo dicuntur, quòd ne-
gotium & iudiciũ perimunt, & rem qua de agitur extinguntsed id, si ante
sententiam obiiciatur, verum erit. l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos.

cap.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cap.cùm Ioannes.iuncta glo.extrà de fid.instrum.l. præscriptionem.C.de exceptio. Nam post sententiam nó possunt opponi, nisi vel minoris ætatis 3
fauore,vel aliud personæ códitio suadeat.d.l.perēptorias. & l.minor xx. an.omissum.ff.de minor.Glos. in c.ij.versi.Et si omisit.extrà de offic.ordi. l.j.C.de iur.& fac.ign.l.tametsi.ff.ad Maced.His equidem omnibus sum mouerí solet actoris intentio & petitio:hæcqúe semper obiici possunt, & sine vlla tēporis præfinitione.l.purè.§.fi.ff.de dol.exc.Gl.in d.§.appellātur. in verb.semper.nisi aliâs ex priuilegio cōpetat.Qua ratione,cùm exceptio 4
nó numeratæ pecuniæ priuilegio speciali debitoribus concedatur.l.in cōtractibus.C.de nó nu.pec.dare .nanq; eos oportet,cùm ex stipulatione teneantur.§.idē iuris.insti.de excep.ea ad bienniū tantū,ptrahitur,quę olim in quinquenniū,principalibus cōstitutionibus protelari consueuerat.l.qui agros.C.de omni agr.deser.§.multū autē.instit.de lit.obli.Dilatoriæ autē 5
seu tēporales,sunt quę nó semper locū habent,sed euitari possunt.d.l.iij.§. tēporales.qualis est pacti cōuenti tēporalis:id est,ne fortè intra quinquēnium petatur.Et hæ quidē ante litem contestatā proponi debēt:propterea 6
q; cùm is qui hāc proponit,diutius se litigare nolle indicat,iudicij constitutionē ingressus,pugnare secū censebitur:quare indignus erit qui postea admittatur.l.siquidē.C.eo.l.exceptionē.C.de prob.Ias.in l.ita demū.quo loco xvj.limitationes tradit.C.de proc.Eas exceptiones Rhetorici trāslationes vocāt,quod nos suprà attigimus.in l.verbū oportet.§.verbo actionis.Qui igitur exceptione perpetua sūmmoueri nó potest,propriè creditor dicēdus erit:cuiusmodi est is cui iustā aliquā ob caussam aliquid debe tur,& ex ea causa cōpetit illi actio.Sed cū is qui dolo aliquē,vel vi, vel me 7
tu pellexit vt secū debiti obligationē iniret,vel sibi aliquid promitteretur nihil ea ,pter videtur accepisse:quoniā exceptione perpetua doli vel metus potest sūmoueri , creditor dicēdus nó erit.l.si quis.§.nó potest.de re iur.Ratio est,quia actionē ad debitū consequendū nó habet. Nihil enim interest (ait Paul.) ipso iure quis actionē nó habeat,an per exceptionē infirmetur.l.nihil interest.d.tit.de reg.iur.Nam quādocūnq; aduersus actionem perpetua obstat exceptio,idē est ac si nulla actio cōpeteret.l.et elegāter.§.seruus pactionis.His verbis, quasi nulla actio sit quæ exceptione repellitur.ff.de dolo.Atq; etiam hoc ex Bal.sentētia in d.§.seruus pactionis. Quod si absque actione libellus offeratur,reiiciendus erit,& impedienda litis contestatio:vbi tantùm reus obiecerit nullam actori esse actionem. Bart.in l.Papinianus.§.si quis impubes.ff.de inoff.testa.& l.nam postea.de 8
iureiur.Sed longè aliud est actionem non competere, aliud actionem exceptione sūmoueri.Tunc enim obiicieda est exceptio.Nota in l.si vnus. §.pactus ne peteret.& l.pen.ff.de præto.stipul.& l.omnes.ff.de nouatio.

SIMILIS EST. Qui exceptionem temporalem seu dilatoriam pertimescit,propria significatione creditor non est:sed adæquabitur conditionali creditori,maximè quatenus ad indebiti cōditionem attinet. Vt enim (ait Papinianus,in l.sufficit.ff.de condict.indeb.ad finem.) pactum quod in cer

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in certum tempus collatum est non magis conditionem inducit quàm si debitor ex die soluit: Ita prorsus defensio iuris quæ caussam incertam habet, conditionis instar obtinet.

VLPIANVS LIB. LX.

LEX LVI.

COgnoscere instrumenta, est relegere & recognoscere. Dispungere, est conferre accepta & data.

Liberorum appellatione continentur non tantùm qui sunt in potestate: sed omnes qui sui iuris sunt: siue virilis, siue fœminini sexus sunt, exve fœmineo sexu descendentes.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum cognoscere, & recognoscere, est quod vulgò dicitur collationare.
2 Dispungere rationes, est quod vulgo dicunt examinare computum.

COGNOSCERE. Iustrumentum cognoscere dicimus ac etiam recognoscere quod nunc vulgò, collationare. Et facere exemplũ descriptũ & recognitũ, id est, collationatam copiam dare. Est enim recognoscere, emẽdare. Rectè quoq; ac idẽ Latinè dicimus cognoscere cheirographũ, vel manũ, pro eo quod vulgò dicũt recognoscere signũ suũ: qd̃ etiã Latinũ est. Cic. in Catil. Intro ductus est Statilius, cognouit manũ & signũ suũ: recitatę sunt tabellæ, &c. *Oratio.iij.*

DISPVNGERE. Est dispungere verbũ quod Græci dicũt διαγράφειν, id est, vt Bud. & Etymol. interpretatur, ἀνωφαῖν abrogare, antiquare, abolere, induce re: quod etiã circunducere. Et διαγραφὴ, ἀνάιρεσις antiquatio & perẽptio rei cœptæ vel iam peractæ. Vnde ipsi dicunt διαγράφειν τὴν κατηγορίαν, τοῦ ἐγκαλοῦντος τὸν ἀγωνιστὴν cùm accusator vellet ὁρμῶν ἀνωδεῖν statim ab accusatione discedere. Nunc possumus dicere foro & lite eximere, & delere ex actis actionẽ, vulgò, ponere extra curiã. Sic Latinis, dispungere, delere ἀνὴ δοῦναι, & tollendũ designare significat. Vnde dispungere rationes, quod nostri dicunt (ait Budæus) examinare cõputũ. Expungere autẽ, est punctis circũducere & tollere, & quasi rẽ iam cõfectã eximere è codice. Vt pũctus miles dicitur, qui è numeris exẽptus est & ære dirutus. Hinc nostræ leges municipales dixerũt lingua vernacula, *Quictances & exponces*: ea, puto, ratione quod beneficiarius aut vectigalis cliens bona prædia totũmq; mancipatum eiurare se velle, ac etiam ex calendario & codice censuali expungi apud patronum & mancipio nexúque dominum profiteatur. Quod idipsum quare & quomodo fiat, tradidimus in commentariis nostris ad statuta municipalia præfecturæ Turonensis. De hoc verbo COGNOSCERE, vide amplius quæ scripsi infrà in l. actionem. hoc titu. *Dispungere quid.* *Circunducere.* *Διαγράφειν.* *Quictance, & exponces quare sic dictum in consuetudinib.*

LIBERORVM. Nihil propemodum in hanc paragraphen consultò scripsimus: propterea quòd eiusdem ferè argumenti caput est nobis infrà enarrandum. l. liberorum. infrà hoc titulo.

Vlp.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX LVII.

CVi præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri, diligentiam, & sollicitudinem rebus quibus præsunt, debent, hi Magistri appellantur. Quinetiam ipsi Magistratus per deriuationem à magistris, cognominantur. Vnde & cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistros appellari à monendo, vel monstrando. Persequi videtur, & qui satis accipit.

SVMMARIVM.

1 Magistri, & magistratus à magistrando, hoc est moderando dicti.
2 Magister nauis est, cui nauis anchora demandata est.
3 Magistri à libellis, & scriniorum dicuntur Magistri requestarum.
4 Magistratus propriè ad iudiciorum rationem, & politeiam spectat.
5 Minores Magistratus actione iniuriarum conuenire licebat.
6 Magistri legum sunt Doctores iuris.

Magistrare.

Magistratus vnde dicti.

CVI PRAECIPVA. Magister à verbo Magistrare, quod regere & moderari significat, dicitur, authore Festo Pompeio: quemadmodum à Græcis πρίτανις παρὰ τὸ πρυτανεύειν. Vnde Magistratus dicti παρὰ τὸ πρίτανις, ἔπαρχος, ἀρχιδίδασκαλος, ἄρχειν, propterea quòd regendę ac moderandæ reipublic. curã demandatam habẽt: hoc est ἀρχεῖν καὶ πολιτεύειν. Qua ratione, quicunq; gubernationi alicui præficiuntur, hi magistri rectè nominari solent. Sic magistrum nauis accipere debemus eum cui totius nauis anchora demandata est. l. j. §. fi. ff. de exercito. actio. Et Magistros curiarum Plautus in Aulularia vocat, diuisores tribuum, teste Asconio in ij. diuinat. in Verrem. Habentur etiam & Magistri equitum, à Græcis ἵππαρχοι, qui (vt testis est Liuius) Dictatoris parebant imperio. Præterea Magistros à libellis dicimus nunc vulgò Magistros requestarum: qui tamen (vt videtur Budæo) Scriniorum magistri aliquando appellati sunt. Hi omnes propterea quòd in sua quique cura versari & magistrari solent, magistri dicti sunt. Magistratus autem per deriuationem à magistris, quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & sollicitudinem rebus quibus præsunt, debent adhibere. Magister equitum (inquit Varro de lingua Latina) quòd summa potestas huius in equites, & accensos: vt est summa Populi, Dictator; à quo is quoque magister populi appellatus. Reliqui quòd minores quàm hi Magistri, dicti Magistratus: vt ab albo, albatus. Propriè autem Magistratus ad iudiciorum rationem καὶ τὴν πολιτείαν pertinebat: quod & adhuc his nostris temporibus obseruari video. Propterea rectè ab ipsis Græcis ἀρχιδίδασκαλοι καὶ πολιτευόμενοι dicuntur. Cicero libro tertio de legib. Videtis igitur (ait) magistratus hanc esse vim, vt præsit præscribátque recta & vtilia, & coniuncta cùm legibus.

Magistri equitum.

Dictator magister populi.

Vt enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

,, Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus :.veréque
,, dici potest,magistratum esse legem loquentem: legē autem, mutū magi-
,, stratum.Hinc & ipse quidē Cic.in Oratione pro A.Cluent.appellat Magistratus,legum ministros,legū interpretes,iudices.Plato ὑπηρέτας τοῖς νόμοις, id est,legum ministros: ἴσως (inquit Aristot.lib.iiij. Politi.) ἀποδίδοσι βουλόμενοι τὰ περὶ τοῦς, καὶ κρῖναι, καὶ μάλιστα ὅτι: τὸ μὲν ὑπηρέτην ἀρχομένου ἐστί. Id est, (vt Adri. Turnebus vertit)quibus est permissa potestas de aliquibus rebus cōsulendi,iudicandi,iubendi,huiúsq; vel maximé.Nam iubere,imperiosum magis est. Erant & minores magistratus qui sine imperio,aut sine potestate erant:quos etiā in magistratu ipso actione iniuriarū licebat conuenire.l. nec magistratibus.ff.de iniur. Sed & etiā colligimus ex Plutarcho in vitā M.Catonis, τοὺς ἀρχόντας, id est,magistratus iuri reddendo præfuisse, ἃ δὲ ἄρχοντα (inquit) ἢ κρῖσιν ὑπερ θεῶν μὲν ἢ ὑπὲρ ἡ δικαίων λυπαρεῖν, μὴ δὲ ὑπὲρ ἡ δεῖσθαι ὑπολυπαρεῖν. Id est,magistratum autem & iudicem dictitabat,nec de obtinēdo iure orari oportere,nec de iniuria exorari.Quod vtinam præceptū (ait Budæus) nostrates magistratus ac iudices meminisse semper velint(omitto nunc alia) vt illa saltem erumnosa antelucanarū salutationum necessitate litigatores defungantur in posterum,id est,porrigendorū supplicum libellorum illiberali instituto.Atque ego ipse optem vehementer nostrates magistratus,vltimū iudicanteis τοὺς τοῖς νόμοις ἐξυπηρέτας ὑπηρέτας, μὴ δὲ φιλοχρήματους esse. Sed vix est vt qui vel gratiā,vel pecuniæ authoramento ad Magistratus fastigium euehuntur,bene præsint,præscribántque recta & vtilia & coniuncta cum legib.Quid enim probè possunt in iudiciis constituere hi magistratus & iudices,qui inani tantùm censuræ supercilio graues,& legum & rerū pro pemodùm sunt imperiti & expertes,&(vt Graeci dicunt) ἀπαίδευτοι Cuiusmodi videmus quotidie in subselliis non causarum iudices, sed magis arbitros & spectatores numerum tātùm iudicantium augentes καὶ δεδωμένους.

Bud.ad l.ij. de iudiciis.

MAGISTROS APPELLARI. Quos Graeci διδασκάλους vocant,id est, eos præceptores qui pueros literas docent, Latini vocant ludimagistros. Omnem enim scholam Romani Ludum dixere, teste Asconio.Cicero Actio j.in Verrem. Si enim (inquit) mihi respondere hodie ad hæc quę
,, dico,potueris, si ab isto libro,quem tibi magister ludi nescio quis ex alie-
,, nis orationibus compositum dedit, verbo vno discesseris,posse te & illi
,, quoque iudicio non deesse ; & causæ atque officio tuo satisfacere arbi-
,, trabor.Libellum veterem vult intelligi Cicero,vt videtur Pædiano, attulisse Cecilium,vnde magister dictata pueris præbere consueuisset. Laurent. Vallensis libro quarto elegantiar. τὸν διδάσκαλον ludi magistrum vertit, eo loco vbi ex Plutarcho commemorat Camillum ludi magistrum discipulos hostibus prodentem, eisdem pueris cædendum virgis in vrbem vsque præbuisse. Λέγει δὲ τὸν φαλερίων ἐσθιμένων τοῦ ἡ διδασκάλου, & reliqua apud Plutarchum in vitam Furij Camilli,fermè ad principium. Sic libros Aulus Gellius libro decimoquarto noct. Atti. mutos magistros appellat. Quo primùm (inquit) tempore, à Prætoribus lectus in iudicem sum,

Ludus & ludimagistri qui.

Cap. xvj.

Gellius lib. xiiij.c.ij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vt iudicia, quæ appellant priuata, susciperem, libros vtriusque linguæ, de officio iudicis, scriptos conquisiui, vt homo adolescens, à Poëtarũ fabulis, & Rhetorum epilogis, ad iudicandas lites locatus, quoniãvocis (vt dicitur) viuæ nimia penuria erat, ex mutis, quod aiunt, magistris cognoscerem. Rectè itaque Vlpianus censuit, cuiuscunq; disciplinæ præceptores magistros nominandos, quorum munus sit & monstrare, & monere eos quos edocendos susceperunt. Iulianus in l. dicere. §. final. ff. de recep. arbit. Cassius (inquit) sententiam magistri sui bene excusat: & ait, & de sententia Sabinum non sensisse quæ arbitrium finiat. Et in prooemio Pandect. Magistri legum appellantur, quos hodie Doctores dicimus. Est gloss. in Clemen. Cùm sit nimis. de magistr. 6

SVMMARIVM.

1 Persequi, in bonam malámque partem accipitur.
2 Persequi, est rem suam mero iudicis officio postulare.
3 Qui actionem habet ad rem petendam, rem ipsam habere censetur.

Vall. libr. 10. cap. xxxij.

Persequor quid.

PERSEQVI. Laurentius Vallen. libro quinto. Persequor (inquit) vel in malam partem, id est, insequor & insector: vel in bonam, cùm perseuero exequi quod agere cœperam. Potest etiam verbum, persequi, pro accusare vsurpari, vocis Græcæ imitatione. Nam διώκω & persequi, & nonnunquam accusare significat, vt διώκω σε τοῦ γραφῆς τούτου, reum te criminis huius facio: vt doctè Budæus adnotauit in commentariis. Cæterùm, quod ad rem attinet, persequi est rem suam mero iudicis officio postulare: vt suprà est à nobis adnotatum in l. creditores. in verb. persecutione. Et colligere licet ex l. Labeo. §. rem admisisse. suprà hoc titul. Rem (inquit Paulus) videtur amisisse, qui aduersus nullum, eius persequendi actionem habet. Ergo ex aduerso. Qui rei persequendæ actionem aduersus aliquẽ habet, rem ipsam videtur consequutus. Sic in regula iuris. Qui actionem habet ad rem petendam, rem ipsam habere videtur. Id est, res nostra, quamuis eam minimè possideamus, tamen cùm ad ipsam consequendam actionem habeamus, fictione legis, in bonis nostris esse censebitur, eámque nobis possumus asserere. Nam alioqui propriè id nostrum iure dicemus, cuius & dominium mancipiũmque simul & possessionem nacti fuerimus. Qui igitur idoneis fideiussoribus sibi datis, rem sibi restitutum iri sperat, perinde est ac si rem ipsam iam fuisset consequutus. Habet enim aduersus hos fideiussores, ad rem consequendam, actionem, qua possit eos iure compellere vt sibi omnino res ipsa restituatur. Quare existimo Accursium hoc loco rectè sensisse, repræhensione Alciati quantumuis arguta, valere iussa. 1 2 3

L. qui actionem. ff. de regu. iur.

Explicatio. l. qui actionem de regiur.

Accur. epi. defensa.

Caius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CAIVS LIB. XXXIII.

LEX LVIII.

LIcet inter facta & gesta videatur quædam esse subtilis differentia, attamen καταχρηστικῶς inter factum & gestum nihil interest.

Paternos libertos rectè videmur dicere nostros libertos: Liberorum nostrorum non rectè libertos nostros dicimus.

SVMMARIVM.

1 Inter acta, & gesta nullum propriè, nisi κατάχρησιν discrimen.

1 LICET. Diximus supra in l. Labeo. hoc tit. quid inter gesta & acta sit discriminis, nunc docet Caius inter gesta & facta nullam esse differentiam ex propria verborum interpretatione. Quòd si qua sit, eam quidem subtilem esse magis, & ex abusione accipiendam. *L. Labeo. verb. Aliũ quidem.*

VLPIANVS LIB. LXVIII.

LEX LIX.

PORTVS, appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur: eáque nihilominus statio est conclusa atque munita: vnde Angiportum dictum est.

SVMMARIVM.

1 Portus antiqui domos suas appellabant.
2 Portus ἀπὸ τῆς πορθμείας, id est, à sinu maris peruio, & inde πορθμεῖα naues quæ ad milites portandos, traiiciendósque sunt comparatæ.
3 Statio locus est, quo naues tutò stare possint.
4 Portus sunt, aut naturales, aut manufacti.
5 Angiportum angusta est, sine exitu via.

1 PORTVS. Antiqui domos suas portus appellabant, q̃ ibi bona sua portarent. Vnde porticus dictæ. Inde etiam omnem locum conclusum in quem merces importarẽtur, & inde exportarentur, dixerunt. Vnde portorium appellatũ: de quo suprà diximus. Leo Bapt. Alb. lib. iiij. de re. ædifica. Portus (inquit) veluti in curriculo esse carcer videbitur, à quo viæ cursum ineas: aut peracta excursione desinas & conquiescas: Alij portum nauigij stabulũ esse fortassis interpretabuntur. Esto id vti vis, & carcer, & stabulũ, & cõceptaculum. Certè si portus cuiusq; proprium est nauium à procellarum impetu ad se recipere: tueri profectò necesse est, &c. Hæc ille. Itaq; cùm portus alioqui significet omnem locum conclusum, vt diximus, à portando deriuatum, vbi hyemant naues: accipitur tamen pro illa quoque statione, vbi ad tempus stant naues, quæ differentia est à Seruio in Virgil. lib. ij. Aeneid. tradita. Quare Portum accipiemus etiam cothona illum manu & arte fabrefactum. Virgilius libro primo Aeneid. *Portus. Porticus. Portorium. Cap. viij. Statio quid à portu differat.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Hic portus alij effodiunt, hic alta theatri
Fundamenta locant.

Quo fit, vt portum non tantùm à portando dictum putem, sed & ἀπὸ τῆς πορθμείας, id est, à freto & sinu maris traiectu facillimo ad alteras nationes: quemadmodum Græci τὴν θαλάσσαν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, quod mare significat. hinc πορθμεῖα dicunt eas naueis quæ ad milites portandos & traiiciendos constructæ erant. Igitur portus, statio illa dicetur in Insula, aut alio loco in medio mari conclusa atque munita: quam quidem Stationem, Plagiam dicunt authore Seruio. Virgil. libro secundo Aeneid.

Πορθμεῖα quid.

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, diues opum, Priami dum Regna manebant;
Nunc tantùm sinus, & statio malè fida carinis.

Vlpian. à stando Stationem deriuatam dicit, eúmque esse locum quo naues tutò stare possunt, l. j. §. stationem. ff. de flum. Portuum autem, quidã naturales sunt, cuiusmodi tres fuisse apud Athenas testatur Thucydides: alij manu & arte facti, Cothones appellati: & Cothona in neutro genere à Seruio loco Virgilij suprà citato. Quę autem sit portuum construendorum ratio, vide apud Vitru. libro quinto de architec. Dicimus portum aperire: Græci λιμένα κλειόντες. Portumnalia (ait Varro) dicta à Portumno, cui eo die ædes in portu Tiberino, & feriæ institutæ.

Cothones & Cothona.

Cap. xij.

ANGIPORTVM. Festus Pompe. scribit Angiportum esse iter in oppido compendiarium, quasi angustus ad portum aditus: & Varro in lib. de ling. Latin. quod exitum non habet, ac peruium non est, & id quidem angustum ab angendo & portu: quod etiam fundulas appellat. Hircius de bello Alexand. Omnibus (inquit) viis atque angiportis vallum obduxerant. Tradunt Romæ fuisse in loco patricio Angiportum ad ædem Dianæ, ad quem viros ingredi nephas erat.

Fundula.

IDEM VLPIANVS LIB. LXVIII.

LEX LX.

LOcus est non fundus, sed portio aliqua fundi. Fundus autem, integrum est aliquid: & plerunque sine villa fundũ accipimus. Cæterùm, adeò opinio nostra & cõstitutio locum à fundo separat, vt modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eũ habuerimus. Non enim magnitudo locum à fundo separat, sed nostra adfectio. Et quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus: nec non & fundus locus constitui potest. Nam si eum alii adiunxerimus fundo, locus fundi efficitur.

Loci appellationẽ, non solùm ad rustica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere, Labeo scribit. Sed fundus quidem suos habet fines: locus verò, latere potest, quatenus determinetur, & definiatur.

Summa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Locus à locando dictus, est area, vel spaciũ, quo aliquid vel reponere, vel in quo ædificare licet.
2 Fundus à fundendo, aut fundando dictus.
3 Fundi appellatione omne ædificium, atque omnis ager continetur.
4 Prædium tam vrbanum est, quàm rusticum.
5 Solum est quod soliditate sua ædificium sustinet: & quod ædificatum in eo extat superficies est.
6 Pars fundi, fundus appellari potest.

1
OCVS. A locando locum dictum nonnulli existimãt, propterea quòd in loco aliquid locari solet. Nam locus est area seu spacium quoddã vacuum, quo aliquid vel reponimus, vel etiam ædificare licet: à Græcis τόπος παρὰ τὸ τιθέναι, id est, spargo. ἢ παρὰ τὸ τῶ. τὸ καμβάνω ἢ λέχομαι apud Etymolog. Dicimus etenim locum quoque id esse in quo aliquid cõtinetur: vel quod in aliquo spatio continetur, hac quippe differentia, qua genus à specie. Vt cùm testator dixit, Lego locum irriguum qui in fundo meo Seiano est, tunc, fundi appellatio complectitur, & vniuersum fundum Seianum simul & locum illum irriguum qui Seiano fundo situs est. Sicut qui lineam enuntiat, punctum quoque intelligit: nam punctum, in linea quæ ex multis cõstat punctis, continetur: Sed punctum lineam non compræhendit. Cuius rei est exemplum apud Virgilium libro sexto Aeneid.

Quæ Regio Anchisen, quis habet locus?

Bene (inquit eo loci Seruius) & generalitatem requirit & speciem quò
2 posit facilius Anchises inueniri. Nam locus in regione est. Fundus autem à M. Varrone lib. de ling. Latin. dicitur à fundendo propter hoc quòd fundat quotannis multa. Virgil. libro secundo Georg.

O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

Sed Seruius fundum ab eo dici contendit, quòd sit rerum omnium fundamentum: propterea à fundando, id est, firmando & stabiliendo ar-
3 bitror posse dici. Bene igitur fundi appellatione dixit iuriscon. Florentin. lib. vij. institutionum. l. fundi appellatione. infra hoc tit. omne ædificium, omnémq; agrum contineri. Locum verò sine ædificio in vrbe, aream, in rure autem, agrum appellari: sed agrum cùm ædificio, fundum dici. Iabolenus fundum definit esse omne quicquid solo tenetur. l. quæstio est. infrà hoc tit. Qua quidem ratione nihil videtur esse discriminis inter agrum & fundum. Francisc. Connan. lib. iiij. Commen. iur. ciuil. existimat agrum generale esse verbum Latinis ad omnem locum rusticum in quo seri, plantari, aut ædificari potest: vbi postquàm aliquid actum est, nomen mutat, & aliud sibi proprium accipit à re cui destinatur: vt ager proscissus, ager restibilis qui restituitur ac reseritur quotãnis. Ager (inquit Varro) quòd videbatur pecudum ac pecuniæ esse fundamentum, fundus dictus est. Sed agrum generalius esse verbum quàm fundum Valla contendit

Area.
Ager.
Cap. vj.
Ager restibilis quid.
Ager cur fundus dictus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Cap.xlj. libro sexto elegan.atque agrum continere fundum,non autem contineri à fundo,& fundum minus quiddam esse.Singula enim propriè prata, singulæ vineæ,singuli horti,singula oliueta,pomaria,salicta,arbusta,pascua, nemora, loca aucupatoria,venatoria,piscatoria, siue villam atque ædificium,siue piscinam atque aluearia,siue viuaria habeant, siue non habeãt, singuli fundi sunt:& hoc quidem in agro.Hæc ille hactenus.Et sanè arbitror potiorem esse Vallæ sententiam. Quoniam ager etiam & territorium vrbis aut coloniæ alicuius significat,vt suprà adnotauimus in l.Ager locus est.hoc titul.in quo territorio permulti sunt singulorum fundi. Vt in agro Turonensi, fundus Tufferianus,Husseianus,& plerique alij fundi ad singulos spectantes.Fundi autem appellatio est generalior,loco. Nam plures in vno fundo loci esse possunt:vt in fundo Tufferiano,prata,salicta, vineta. Sic fundus intergum quiddam est, multos ac varios sub se locos continens.Itaque fundus, secundum communem loquendi vsum,de rustica possessione intelligitur, vt tradit Bart.in l.j.§.vsufructuarius autem. ff.de noui operis nunciat. Sed prædium, tam vrbanum quàm rusticum 4
est.Solum verò,quicquid terreum est, ait Connannus libro septimo Com
ment.Sed & solum dicitur,quod soliditate sua ædificium sustinet. Quod 5
autem solo ædificatur, superficies est.Vnde superficiarias ædes appellat Caius, quæ in conducto solo positæ sunt.l.final.ff.de superficieb.Nunc etiam promiscuè fundum nominamus, agrũ, solum,& prædium pro vna eadémque significatione. Quid si Lodoicus fundum Husseianum Titio legauerit,eáque sit Lodoici mons,ea voluntas,vt qui locus salicti,aut pratorum est in ipso fundo,tantùm legatus sit,An rectè fundus legatus est? Et rectè legatum Vlpianus respondit,vt legatarius partem fundi accipiat:cùm pars fundi,rectè fundus appellari possit,l.planè.§.final.de legat. 6
primo. Videto quæ scripsi ἐπὶ διαφόρων in hanc rem, ad l. rectè dicimus. suprà hoc titulo.

Prædium.

Solum.

Cap.vij.

Superficies.

PAVLVS LIB. LXV.

LEX LXI.

SAtisdationis appellatione,interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is cui satisdatio debebatur.

SVMMARIVM.

1 Repromissio acceptata pro satisdatione est.
2 Repromissionem pro satisdatione cogitur accipere nemo.
3 Repromissio cum dolo,& fraude coniuncta,satisdationis vim non habet.

SATISDATIONIS. Qui satisdare tenetur, si satisdaturum se aduersario repromittat, eáque repromissione, quantumlibet nuda contentus sit cui promittitur, satisdatum esse Paulus hoc loco censuit: hánque repromiss 1

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

repromissionem satisdationis esse loco. Nam satisdatio (inquit Caius. l. j. ff. qui satisda. cog.) eo modo appellata est, quo satisfactio. Vt enim satisfacere dicimur ei cuius desiderio adimplemus, ita satisdare dicimur aduersario nostro, cui pro eo quod à nobis petiit ita cauemus, vt eũ hoc nomine securũ faciamus datis fideiussoribus. Et Vlpia. in l. si rẽ. §. omnis. ff. de pig. act. Satisfactũ autẽ (ait) accipimus quẽadmodum voluit creditor, licet nõ sit solutum. Et generaliter dicendũ erit, quoties recedere voluit creditor à pignore, videri ei satisfactum: si, vt ipse voluit, sibi cauit: licet in hoc deceptus sit. Satisfecisse ergo prodest (ait alio loco Vlpia. l. item liberatur. §. Qui paratus est. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol.) quia sibi imputare debet creditor qui satisfactionẽ admisit vice solutionis: cùm neq; cogi neq; cõpelli posset, vt satisdationis loco expromissorem admitteret. l. quòd si. d. tit. de pig. act. Volenti nanq; & consentienti non fit fraus, dolus, neq; iniuria: vulg. reg. iur. Alioqui existimarem eam repromissionem quæ fraude & dolo non careat, satisdationis vim minimè habere: secundum. l. si quasi. eod. titu. de pig. act.

Satisdatio quid.

CAIVS LIB. XXVII. AD EDICTVM PROVINC.

LEX LXII.

TIgni appellatione in lege xii. Tabularum, omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur.

SVMMARIVM.

1 Tignum à tegendo dictum, est cui tectum superponitur.
2 Tigni appellatione in hac lege significatur omne genus materiæ ex qua ædificia constant: item quæ vineis necessaria.
3 Diruto ædificio dominus materiæ potest eam vindicare.
4 Lignum mortuum & mortuum lignum. Το ξύλον νεκρόν, καὶ ἀργόν.
5 Materiarij, & tignarij fabri sunt quos carpentarios vulgo appellamus.

IGNI. Hæc lex xij. Tabularum ita se habet. Tignum alienum furtiuum ædibus vel vineis suis iniunctũ, ne quis eximere cogitor: sed duplũ pro eo, per actionem, de tigno iniuncto, præstare compellitor.

Quæ quidem lex communi omnium vtilitati prospicit (ait Calcagninus:) ne videlicet ædificia corruant: neu vineæ prociduæ, vino serẽdo minus idoneæ sint, si pedamenta & ridicæ subtrahantur. Hoc ex Vlpiano. l. j. ff. de tig. iniuncto. Tignum à tegendo dictũ idem Vlpia. scribit. Est autẽ propriè tignum, cui tectum superponitur. Vitruuius libro quarto. Trabes (inquit) supra columnas & parastatas & antas ponuntur: in contignationibus, tigna & axes, &c. Nam contignatio habet trabes, tigna, asses, tegulas. Albertus de re ædificato. libro septimo. In trabibus sunt tigna, quorum resecta ad perpendiculum capita extrorsus apparent ex moduli dimidia. Tignorum latitudo, æquabit crassitudinem trabis, &c. Hęc ille. Item Vitruuius libro decimo, supra capreolos tignum collocatum coniungebat capreolorum compactiones. Sunt autem capreoli, architecto-

Tignũ quid & vnde dictum.
Cap. ij.
Contignatio.
Leo Bapti. Alber. lib. vij. cap. xx.
Cap. xxj.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nices professoribus, tigna tectum concathenantia: à similitudine capreolorum quibus vites & cucurbitę adhærent ramusculis. Varro lib. j. rei rusticæ. Is est colliculus viteus intortus, vt cincinnus: is enim vites vt teneat, serpit ad locum capiendum, ex quo à capiendo capreolus dictus. Iã verò trabes sustinentes capreolos, quæ transtra dicuntur, Sextus Pompeius scribit esse tigna quæ à pariete in parietem porrigũtur. Vnde ipse Vitruuius à transtris, transtilla pro tigillis dixit libro quinto. Quod etiam G. Philander vir doctiss. adnotauit. Vnde per trabium porrectionem suppositis Mutulis, contignationem facimus. Cæterùm, hoc loci, tigni appellatio complectitur omne genus materiæ ex qua ædificia constant: cuiusmodi sunt ligna, lateres, cęmenta, lapides, tegulæ, quæq; sunt apta ædificiis. Sed & in vineis, tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur: vt puta, perticæ, pedamenta, palli seu ridicæ apud Columellam. Si ergo aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus tunc eam vindicare, & ad exhibendum agere, vt respondit Caius. l. adeo. §. Appellatione autem. & ibidem gl. ff. de acqui. re. do. Et Vlpia. d. l. j. de tig. iniunct. ff.

Cap. xxxj.

Trabes transtra. Cap. vlti.

Mutuli.

MATERIAE Græci appellant ὕλαν fecem omnium elementorum, videlicet ignem & aërem sordidiorem: item aquam & terrã sordidiora, vnde cuncta procreantur, authore Seruio: Latini (inquit) materiã appellauerũt: nec incongruè: cũ materiæ sylvarum sint. Ergo Græci à toto, hoc Latini à parte dixerunt. Rectè igitur dixit Caius, tignum esse omne genus materiæ ex qua ædificia constant. Cùm materiæ verbũ, quod ὕλη, vnde sylua dicta (vt suprà admonuimus, in l. Sylua cædua) ad lignum referatur. Et quidem ex Iulio Polluce constat lignorum alia esse destinata igni ξύλα κάυσιμα alia fabricandis ædificiis apta ἠργασιμα appellata. Vulgò in cõstitutionibus regiis, dicimus lignum mortuum, & mortuum lignum. Itaque materiaturam fabrilem Vitruuius libro quarto dixit, quam nos hodie nostrate lingua, carpentariam dicimus. Ita (inquit) vna quæque res & locum, & genus, & ordinem proprium tuetur, è quibus rebus, & à materiatura fabrili in lapideis & marmoreis ædium sacrarum ædificationibus, artifices dispositiones earum scalpturis sunt imitati, & eas inuentiones persequendas putauerunt: ideò quòd antiqui fabri quodam in loco ædificantes, cùm ita ab interioribus parietibus ad extremas parteis tigna prominentia habuissent collocata, interlignia struxerunt, suprâque coronas & fastigia, venustiore specie fabrilibus operibus ornauerunt. Sic igitur Materiariis dicere possumus eos quos vulgò hodie & nostrate lingua Carpentarios nominamus: quos etiam Caius libro tertio ad legem xij. Tabularum, fabros tignarios dicit: sed non eos duntaxat qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent. l. ferri. §. fabros. infra hoc titu. Quo verò tempore lignorum seu tignorũ materiem ædificationi accommodam cædi oporteat, docet idem Vitruuius libro secundo. Plinius libro xvj. cap. xxxix. Et G. Philander in eundem Vitruuij locum amplissimè.

Vide supr. l. mulieris. §. vet abesse.

Materia quid & vnde.

Iul. Pollux libr. v. cap. xxv.

Materiatura fabrilis. Cap. ij.

Materiarij fabri tignarij qui.

Cap. ix.

Vlpia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

VLPIANVS.

LEX LXIII.

PEnes te, amplius est quàm apud te. Nam apud te est, quod qualitercunque à te teneatur. Penes te, est quod quodammodo à te possidetur.

SVMMARIVM.

1 Penes rei dominium & potestatem, Apud, locum, & personæ vel rei constitutionem significat.

PENES. Qui rem penes se habet, is eam penitus habere censebitur, ac eius dominium: præterea & de ea constituendi potestatem. Qui verò apud se habet, tantùm de loco & persona accipitur: non de iure ac dominio. De vtriusque vocis significatione & differentia, videbis apud Fest. Pompe. & Vallam libr. vj. eleg. Et Alciatus satis hoc loco exequitur

Penes & apud qualiter differunt.

Cap. liiij.

VLPIA. LIB. LXVI. AD EDICTVM.

LEX LXIIII.

INtestatus est, non tantùm qui testamentum non fecit, sed etiam is cuius ex testamento hæreditas adita non est.

SVMMARIVM.

1 Intestatus dicitur vel facto, vt qui testamentum non fecit, vel iure, vt quod factum cùm fuerit, irritum abiit.
2 Nullo hærede extante, testamentum pro nullo habetur.

INTESTATVS. Tradit Theophilus libro tertio institu. ciuilium: titu. de hæredi. quæ ab intesta. defe. facto aut iure fieri, vt quis è vita intestatus censeatur excessisse, facto quidem, tum cùm nullum omnino quis testamentum condiderit. Iure autem, vbi quis testamentum fecerit, quod quidem lex minimè admittat: omissis videlicet iustis solēniis. πολλαχῶς τὶς (inquit) ἀδιάθετος, ἢ φάσει, ἢ νόμῳ. φάσει μὲν, ὅταν τὶς παραστιλᾶς μὴ ποιήσῃ διαθήκας. νόμῳ δὲ, ὅταν τὶς ποιήσῃ διαθήκας μὴ ὑπὸ νόμου δεῖ τῆς ποιήσεως, &c. Iam verò inter iusta solennia testamenti, necessariò requiritur, vt ex testamento aliquis extet hæres. Quocirca ille testamentum non fecisse dicetur, si nullus ex eo testamento quod fecit, hæres extiterit. d. titu. de hæreditatib. quæ ab intestato deferan. Institution. Videto amplius Alciatum & Cæpolam hoc loco.

Intestatus quis dicatur.

Vlp

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX LXV.

HAeredis appellatio, non solùm ad proximum hæredem, sed ad vlteriores refertur. Nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.

SVMMARIVM.

1 Hæredis hæres testatoris censetur hæres.
2 In successione repræsentationi locus est.

HAEREDIS. Quid hæres, quid item hæreditas significet latissimè diximus suprà, in l. nihil aliud. At hoc capite Vlpia. tradit hæredis appellatione absoluta, omnes in infinitum hæredes contineri. Et hoc ex antiqua regula, quæ voluit hæredē hæredis, testatoris hæredem esse. l. fi. C. de hæredib. instit. & multis aliis ll. ab Accurs. Ibidem & in hanc l. citatis. Et quidem conuenit hoc ipsum Vlpiani caput, cū xxx. capite seu articulo titu. de successionib. nobiliū, in nostris statutis municipalibus Turonensis præfecturæ: vbi cauetur, quòd in successione tam rei clientelaris, quàm quæ iure plebeio obuenit, repræsentationi locus sit in in Turonia. Nos hanc rem scripsimus amplissimè in Commentariis nostris in eundem locum. Confugies illuc, si videbitur.

Repræsentatio in success.

IDEM LIB. LXVI.

LEX LXVI.

MErcis appellatio, ad res tantùm mobiles pertinet.

SVMMARIVM.

1 Nomina debitorum, & calendaria negotiatorum, in mercibus non habentur.
2 Quæstio de mercibus nec ad mancipes operarios, nec ad tributoriam actionem porrigitur.
3 Pecunia cum mercibus improfessis, aut prohibitis reperta confiscatur.

MERCIS. Quotiescunq; prætoris edicto cautum est, vt merces improfessæ, id est, ἀπόκρυφα (vt adnotauit Budæus) & quarū nomine negotiatores publicanis vectigal non pendere unt, in commissum dicantur cecidisse, vt l. interdum. ff. de publica. Quæsitum fuit, an nomina debitorum, mercis appellatione complecterentur, quæ tamen inter mobilia solent adnumerari, vt actiones, secundum Bar. in l. post. ff. de autho. tuto. Respondi non contineri: vt quia pro mercibus inuectis tantùm, non pro his perscriptionibus, aut Calendariis quibus scripta sunt nomina debitorum, debeat vectigal pensitari: eásque merces solas, non autē calendaria sua negotiatores ipsi apud Publicanos teneātur profiteri. Nihilominus tamen, hoc loco asserit Vlpia. mercis appellationē ad res tantū mobiles pertinere. Quod ipsum quidē inteligit, vt cū inter negotiatores de mercib⁹ erit quæstio, ad seruos, fullones, sarcinatores, textores, venalitiarios, porrigi merciū nomē nequaquā debeat: neq; ad edictum de tributoria actione: idq; ex significatione propria, l. j. §. licet. & ibidem gloss. de tribu. act. Tamen Pædius lib. xv. scribit ad omnes negotiationes

Merces profiteri apud publicanos, quod nunc vulgus dicit, de priere au peage.

Quæstio pro mercatorib.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gotiationes porrigẽdum edictum.d.§.licet.ſed per interpretationem,ſecundum gloſſ.ibidem,& Azonem.& l.Mercis.infra hoc titu.Item apud Iulianum relatum eſt edictum,vt nautæ,caupones,ſtabularij recepta reſtituant,ad eas quoque res pertinere quæ mercibus accedunt:veluti, veſtimenta quibus in manibus vteremur: & cætera quæ ad vſum cotidianũ habemus:cuiuſmodi eſt panis,vinum,& ad victum neceſſaria. Vlpia.in l.j.§.item apud.ff.naut.caupo.ſtabul.Sed actiones & nomina debitorum, vt diximus,ac etiam pecunia,mercis non venit appellatione,quod tamen præſcribit Bald.l.iij.C.de nauti.fœno.in ſtatutorum ratione,ac vbi ſtatutum aliud ſuaderet.Citat in hanc rem l.ſi chorus.§.j.de lega.iij.& l.j.ff.de re.permuta.Quod tamen an ὑπὸ ἐπιθ. viderit diligens lector.At verò vbi prohibitæ merces,aut improfeſſæ,fiſco addicerentur, pecunia quæ vna cum mercibus reperiatur,(qua quidem pecunia merces comparari ſolẽt) confiſcanda venit,ſecundum ipſius Baldi ſentẽtiam in d.l.iij.An autẽ ex mercium precio negotiatoribus liceat per legum ſanctiones reditus annuos ſibi comparare,pulchrè ac diſertè diſcutit Carolus Molineus homo doctiſ.in eo tractatu quem ſcripſit,de commerciis & vſuris,ſub quæſt. xxij.Multa item de mercatura & negotiatoribus,eáq; elegantiſsima,tradit.Do.And.Tiraquellus,ſenex ingenuus,cuius fama omnẽ iam terram peruagata eſt,in tractatu de nobilitate.cap.xxxiij.

Mercis appellatione quæ veniãt.

IDEM. LIB. LXXVII. AD EDICTVM.

LEX LXVII.

ALienatum non propriè dicitur quod adhuc in dominio venditoris manet:venditum tamen,rectè dicetur.

SVMMARIVM.

1 Venditio perfecta ante rei venditæ traditionem minimè cenſetur.
2 Obuentiones pro re vendita,nec tradita,patrono clientelari non debentur.
3 Venditionis verbum,cum effectu eſt accipiendum.
4 Alienationis verbum,ad permutationem extenditur.
5 Venditio omnem contractum quo rei dominium auferri poſsit,latè complectitur.
6 In ſtatutis permutatio venditionis nomine non continetur.
7 Venditionis verbum,modo latiorem modo ſtrictiorem habet ſignificationem.

ALIENATVM. Hîc iuriſ.nos docet, aliud eſſe alienare, aliud verò vendere.Non enim res cenſebitur alienata,niſi in alienas quoque manus opera venditoris deuenerit,vt venditionis vim habeat.Cùm etiam ante rei venditæ traditionem, perfecta venditio dicenda nõ erit.§.venditæ.inſti.de re.diuiſ.gl.in cap.fi. extr.de pig.Vnde fit,vt cũ aliquis rẽ ſuam vendidit,neq; eam tradidit,ac aut ingreſſam per emptorem poſſeſsionẽ,eandem rẽ ad ſe reuocat, diſſoluta,vtriuſq; contrahẽtis cõſenſu,vẽditione,nullæ ex eo cõtractu vẽditionis obuẽtiones aduẽtitię frũctũſq; honorarij debeãtur patrono cliẽtelari. Quod moribꝰ ſcriptis ꝑfecturę noſtrę Turonẽſis,nominatisverbis eſt cautũ,titu. *Des rachaz & ventes* .arti.xvij.Hoc nanque ius laudimiorũ,non niſi re demum alienata,perfectáq; pẽr traditionẽ vẽditione,patrono prę-
ſtari ſolet.Verbũ etenim vendere, ὡς ὄντως, & cum effectu eſt accipiendum: vt,videlicet

Alienare & vendere differunt.

Vendere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vt,videlicet,resvendita tradatur emptori precio persoluto.argu.cap.Imperialem.§.callidis.de prohibi.feud.alie.per Fede.cap.relatum.de cleri. non resid.l.j.Quod quisque iur.Latius hanc rem tradidimus in Commẽta.nostris ad consuetud. Turon.præfecturæ ad d.titu.& arti.xvij. Idem quoq; fuerit dicendum de rerum permutatione,quæ solo vtriusq; permutantis consensu fieri non potest,sicut venditio.l.consensu.ad princip.ff.de act.& oblig.nisi sequuta quoque fuerit traditio.l.ex placito.C.de re.permuta.glo.in l.ij.C.eod.tit.Itaq; alienationis verbum,ad permutationem 4
extenditur.Bald.in authen.Res quæ.C.commu.de lega.l.fi.C.de reb.alie. non alienan.Et Pomponius.in l.statuliberis à cæteris.§.quintus.ff.de statu lib.tradit ex lege xij.Tabularum,venditionis verbo, omnem alienationẽ c
comprehendi.Ergo permutatio,quæ etiam alienatio est,venditio censebitur:cùm in ea permutatione dominij translatio requiratur.Atqui ven- 5
ditio omnem quidem contractum,quo rei dominium transferri posit, latè cõplectitur,vt tradidit Baldus in l.sciendum.§.emptorem.ff.de ædil. edi.per d.l. statuliberis à cæteris.§. Quintus.Bart.in l.sicut.§. venditionis. ff.quib.mo.pig.vel hypo.sol.Sed hoc ex impropria & latissima significatione,ac κατ' ἐξοχὴν dicitur. Non enim in statutis,quæ strictioris atque exactioris 6
sunt interpretationis,permutatio,venditionis iure censebitur.Et quidem venditionis verbum modò strictiorem,modo latiorem habet significationem: vt adnotauit gloss.in d.l.statu liberis.§.Quintus.sub finem.Vide 7
quæ de verbo alienationis tradidimus suprà,in l.alienationis verbum. ad principium.

Permutatio quomodo perficitur.

Venditionis appellatio generalis.

Donationis verbo, simpliciter loquendo, omnem donationem comprehendisse videtur: siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.

SVMMARIVM.

1 Donatio simpliciter enunciata genus est ad speciales, inter viuos, causa mortis, conditionalem,causalem,& cæteras.
2 Donatio vera est inter viuos spontanea liberalisque largitio nec reuocari solet.
3 Dare est accipientis facere.
4 Qui promisit, nec statim dominium transfert,promisso non liberatur.
5 Donatione facta compelli potest donator conditione ex lege.
6 Donatio sub alienationis vocabulo continetur.
7 Venditio ad ius donationis non pertinet.
8 Cui venditio prohibita est,non item donatio præsertim si prohibitio iure communi aduersatur.
9 Appellatione venditionis comprehenditur donatio, maximè in odiosis cum aliqua precij fit mentio.
10 Donatio mortis causa est quam donator,si superstes donatario fuerit,sibi retinet.
11 Donatio mortis causa dicitur,quod incerti mortis euentus contemplatione fiat.
12 Donatio mortis causa fit ad multorum periculorum præcautionem.
13 Donatio mortis causa fieri non potest, à capitis reo iam peracto.
14 Donationem causa mortis reuocare sola pœnitentia licet.
15 Donatio causa mortis inter coniuges facta,non valet.
16 Donationes causa mortis ad exemplum legatorum reuocari solent.

Donatio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

17 Donatio mortis causa, à legato distat quod hoc ex alieni arbitrij necessitate non dependet: illa verò ad naturam contractuum accedit.

1 DONATIONIS. Donatio ἀπλῶς atque absolutè enuntiata, γενικῶς & latissima significatione quamcunque donationem, siue ea sit inter viuos, seu mortis causa, complectitur: quemadmodum animal brutum & rationale. Sic verbum, donatio, est genus ad reliquas alias species donationis, quæ vel sub conditione, vel ob cau-
2 sam fiunt. Est autem donatio inter viuos, pura & vera, quando, videlicet, donans mera sui liberalitate, nullóq; cogente iure, at munificentiâ quadã ductus aliquid sponte largitur, & donat. Vlpia. in l. j. & Papinianus. in l. donari. ff. de donatio. Hæc autem donatio reuocari non solet: cùm ea quidé mente fiat vt statim res donata fiat accipientis, absq; vlla mortis cogita-
3 tione: quæ ideò inter viuos donatio appellatur. Dare enim, est accipientis facere. Institu. de actio. §. sic itaque. Quippe data non videntur, que tem-
4 pore quo dantur, accipientis non fiunt. vulgar. regula iur. Et nisi is qui dare promisit statim dominium transferat, non censebitur omnino promis-
5 so liberatus. l. fin. cum ibidem nota. C. de condi. ob caus. Nam donatione facta, compelli potest donator condictione ex lege, vt rem à se donatam tradat donatario. l. si quis argentum. §. sinautem. C. de donatio. Et id quidem ne inutilis sit donatio, etiã si traditione rei confirmata non sit.
6 Quid? An igitur species alienationis sit donatio, an verò venditionis? Et sub alienationis vocabulo donationem contineri puto. Quoniã qui do-
7 nat, rei mancipium abdicat à se. Venditio autem ad ius donationis minimè porrigitur. Etenim cùm pater familiâs liberos fundos extra familiam vendere prohibuerit, sanè fratri vel sorori dare, prohibuisse non videbi-
8 tur. l. voluntas. C. de fideicõmis. vbi Baldus sentit ei cui vendere prohibetur, non prohiberi vt donare possit: maximè quando prohibitio iuri communi aduersatur, vt cautum est verbis nominatis in l. Curiales. C. de præd. decur. si. decre. alien. lib. x. Sed Abbas in cap. j. de his quæ fi. à præla-
9 sine cons. est in ea sententia vt appellatione venditionis compræhendatur donatio quandocunque fit in ea aliqua mentio precij: idque in odiosis ex communi loquendi vsu: alioqui verò, venditionis verbum ad donationem minimè protrahi.

Donatio vera quæ.

Donatio inter viuos quæ.

Dare quid vide etiam infrà. l. dedisse.

MORTIS CAVSA. Est alia donationis species, quæ mortis causa dona-
10 tio dicitur: videlicet, quãdo quis mauult se habere, quàm eũ cui donat, si-
11 quidem superstes donatario fuerit, aut donationis pœnituerit: atq; etiam mauult donatarium quàm hæredem suum rem lucrari. Dicitur autem causa mortis donatio, propterea quòd incerti mortis euentus contemplatione fiat. Institu. de donatio. & ibidem Theophilus. Id genus donatione est vsus Telemachus Piræo apud Homerum Odyss. lib. xviij. his verbis.

Donatio causa mortis quæ.

Τῷ δὲ τότε μέγα πρόσθεν τοῦ μύθου ἔειπε
Τηλέμαχος· ἀλλ' ἔστωσαν ἐμὸν κεῖνο δῶμα γυναῖκες
Ὡς τοι δῶρ' ἀποτίμματα, ἃ τοι μνήσασθαι ἔοικεν

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Τὴν δ' αὖ τελέμαχος τοιτυμβίος ἀθίρ ἴωδα.
Πείραι, ἐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τέλος ἔργα
Ἕοιμι ἐμὰ μνηστῆρες ἀγήορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κλέπτοντες πατρώϊα πάντα δόκησαι
Ἀλλ' ἔχοιτό σε βέλομ' ἐπαυρέμεν, ἢ τινα τῶν δὴ
Εἰ δὲ κ' ἐγὼ τόδ' ἴδοιμι φίλον, ἢ κῆρα φυτεύσω
Δὴ τότε μοι χάρμοιτι φίλην τῶδε δόμασι χάρμαν.

Quos versus sic aliquando ludentes vertimus, dum exercendi animi gratia Poëtas Græcos, maximè verò Homerum relegeremus, inter negotiorum forensium ferias: atque hîc libuit apponere, quamuis eosdem Alciatus verterit.

Hunc prior adgressus verbis Piræus amœnis,
Telemache has famulas duc in mea tecta subinde,
Vt Menelaus quæ dedit hæc tibi dona, remittam.
Telemachus prudens, contra sic ore loquutus,
Piræe, incertum est quem finem hæc sacta subibunt.
Si soreasse proci in domibus, me morte superbi
Extincto tacita, rapiant bona cuncta paterna,
Harum ego te malo dominum, quàm quempiam eorum.
Quod si cæde procos affecero, tunc mihi læto
Dona lubens referes.

Non tantũ igitur (ait Paulus) infirmę valetudinis causa donare licet, sed 12
& mortis ergo, aut periculi, metúsve seu ab hoste, seu à prędonibus, seu à
potentissimi hominis immanitate, aut odio, aut nauigationis ineundæ. l.
Mortis. ff. de mor. cau. dona. aut si donator per insidiosa loca sit profectu-
rus: aut si senio cõfectus, capulo proximum se pręsentiat, nõ si capitis reus 13
iam peractus, pœnam cogitet. Hanc nanq; ob causam donatio erit inuti-
lis: cùm tamẽ ante crimẽn admissum posset subsistere. l. aut per insidiosa.
cum trib. aliis legib. seq. d. titu. de dona. cau. mor. Quam quidẽ donationẽ 14
(vt ante diximus) reuocare sola pœnitẽtia licet, conditione, vel vtili in rẽ
actione. Vlpia. in l. quæ mortis. d. titu. Nam vbi donatur causa mortis, vt
nullo casu reuocetur, causa donandi magis est, atque inter viuos seu pro-
pria puráq; donatio, quàm causa mortis. Quo fit, vt inter coniuges facta 15
minimè valeat: secundum Martianum in l. vbi ita. eod. titu. glo. in l. fin. C.
eod. Qualiter autem & quas ob causas reuocari posit mortis causa do-
natio, videbis in l. fin. & his quæ ibidem adnotantur. C. de reuocan. dona.
Et quidem ad exemplum legatorum mortis causa donationes reuocari 16
Iulianus notat. l. Marcellus. §. Paulus. d. tit. ff. Nõ tamẽ per omnia adęquã-
tur donationes causa mortis, & legata. Quandoquidem legata, testamen- 17
to relinqui solent, quod quidem ex alieni arbitrij necessitate nequaquam
dependet. §. Præterea. Institu. de fideicom. liber. l. illa institutio. & l. Capta
torias. ff. de hæredi. institu. Sed mortis causa donatio, contractus naturæ
potius accedit. not. in l. ij. ff. de dot. præleg. Pleraque alia de differentia
legatorum, & donationis causa mortis tradita sunt ab Angelo Areti. in

Donatio causa mortis qualiter reuocetur.

titu. de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

titu. de donatio. institu. §. Mortis causa. Et nos quoque satis multa in hanc rem scripsimus in Commentariis ad consuetud. Turonensis præfecturæ. titu. *Des donais. entre toturiers.* Hæc igitur nunc satis erunt.

IDEM LIB. LXVIII.

LEX LXVIII.

ILla verba, arbitratu Lucii Titii fieri, ius significant: & in seruum non cadunt.

SVMMARIVM.

1 Arbitria sunt instar iudiciorum, nec longè differunt ab ordinariis.
2 Seruus iudicantis personam obire non potest, & pro nullo haberur.
3 Seruos adesse iudicio lex prohibet.
4 Monachi simili conditione seruorum, arbitrium ferre, & iudices esse non possunt.



ILLA VERBA. Si inter duos conuenerit, vt controuersiæ explicandæ gratia, Quod Lucij Titij arbitratu factũ erit, ratum habeatur, sponsione quidem in eam rẽ facta, idipsum certè ad iuris magis, quàm ad facti rationẽ pertinet. Nã arbi-
1 ter de iure pronuntiat, ac instar iudiciorũ sunt arbitria, & nõ longè differunt ab ordinariis. l. j. ff. de arbit. cap. à iudicib. ij. caus. quęst. vj. Et ratione
2 non cadũt in seruum hęc verba, Lucij Titij arbitratu fieri: quoniã seruus iudicãtis personã obire nõ potest. l. Pędius. §. j. ff. de recep. arbi. ac quod ad ius ciuile attinet, serui pro nullis habentur. l. Quod attinet. de reg. iur. infra. Vel quòd lex in iudicio adesse seruos prohibet. l. seruus. C. de iudi. &
3 ibidem glo. l. vix. ff. eod. Sed an monachi, qui cũ seruorũ conditione solẽt
4 conferri, arbitrium ferre, aut iudices esse possint? Innocẽtius in cap. Cùm olim. extr. de priuileg. negat posse. Est pulchra glo. in d. l. Pędius. §. j. de arbit. Multa quidem præclarè & subtiliter de arbitris & arbitriis scripsit Vld. Zasius in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. & nos quoq; in Aphoris. iurisprud. verb. arbiter. vide etiam hoc loco Alciatum.

Arbiter & arbitrium.

IDEM. LIB. LXXIII. AD EDICT.

LEX LXIX.

HAec verba, cui rei dolus malus aberit, generaliter comprehendunt omnem dolum quicunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio interposita est.

SVMMARIVM.

1 Dolus malus indefinitè abfore stipulatus, omnem doli speciem in ea stipulatione cauet, tam in persona promittentis, quàm hæredis.

1 HAEC VERBA. Qui dolum malum abfuturum stipulatus erit, is quodcunq; doli genus promisisse censebitur se hæredémq; suum non admissurum. l. stipulatio ista. §. si quis dolum. de verb. oblig. Cùm autem stipulator hæredis sui personam isti stipulationi adiicit, Raphaël, & post eum Ias. id ita intelligẽdum
Aolunt, vt in factis personalibus liceat: videlicet, vti frui licere: ire agere

Dolũ malum abesse quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

licere: quæ sunt facta personalia. Vide latius in hanc rem Vlda. Zasium, in d.§.si quis dolum. quo loco extraneos minimè comprehendi censet, nisi pœna demum adiecta.

PAVLVS LIB. LXXVII.

LEX LXX.

SCiendum est hæredem etiam per multas successiones accipi. Nam paucis speciebus, hæredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis, quisquis mihi hæres erit, idem filio hæres esto: vbi hæres hæredis non continetur: quia incertus est. Item in lege Aelia sentia, filius hæres proximus potest libertum paternum, vt ingratum, accusare: non etiam si hæredis hæres extitit. Idem dicitur in operarũ exactione, vt filius hæres exigere possit, non longa successione effectus. Verba hæc, is ad quem ea res pertinet, sic intelliguntur, vt qui in vniuersum dominium vel iure ciuili, vel prætorio succedit, contineatur.

SVMMARIVM.

1 In substitutione impuberis, appellatio hæredis ad proximum tantùm spectat.
2 In accusatione ingrati liberti, hæredis nomen propiori tantùm competit, nec in infinitum extenditur.
3 Operas liberti patrono debitas exigere potest eius hæres proximus tantùm, non longa successione remotus.



SCIENDVM. Hoc capite Paulus nihil aliud dictũ voluit, quã quod superiore Vlpia. in l. hæredis appellatione, tradiderat, videlicet hæredis appellatione absoluta, omneis in infinitũ hæredes cõtineri: nisi quod præter Vlpianũ ipse Paulus præscribit hoc loco modos quosdã ac species, quibus hęredis nomen, proximũ contineat hæredẽ: veluti in substitutione impuberis, cũ testator ita testamẽto cauit. Quisquis mihi hæres erit, idem impuberi filio hæres esto: sanè neq; qui per remotã successionem, neq; qui ab intestato hæres erit, ad substitutionẽ admittetur: neq; hęredis hæres: quia incertus est testatori, ac nõ ex iudicio venit ad impuberis hęreditatẽ. l. Qui liberis. §. hęc verba. & ibidem gl. ff. de vulg. & pupil. sub. gloss. & doct. not. in l. qui pater. ff. de acqui. hered. Aliam itẽ speciem profert Paulus, qua hæredis appellatio nõ trahatur in infinitum: cũ scilicet ius fasq; sit patrono atq; eius hæredi libertum ingratum accusare, vt. l. ij. & l. fin. C. de bo. liber. non tamẽ omnibus quibuscũq; remotis hęredibus patroni licebit, sed propiori.

Hæredis appellatio quã do extendatur in infinitum.

IDEM DICITVR. Est hîc alia species, cùm hæres hæredis non veniat: vt si libertus patrono operas debeat, easdem exigere patroni hęres non aliter possit quàm si proximus ipsi patrono sit hęres, vt filius patri: non autem si longa successione hæres sit effectus. l. Cùm patronus. §. Cùm libertus. ff. de oper. liber.

Summarium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Stipulatio facta sibi suisque hæredibus, & causam habentibus omnes hæredes, quantumuis longa successione continet.
2 In testamentis, in annuis legatis, & fideicommissis hæredibus præstandis, omnes tam proximi, quàm remoti hæredes sunt admittendi.
3 In pactis etiam si nulla hæredis fiat mentio tamen qui paciscitur, tam sibi quàm suis hæredibus cauere intelligitur.

SVERBA HAEC. Existimat Alciatus hæc verba, *is ad quem ea res pertinebit*, ex sui proprietate ad successorem singularem pertinere: nisi ex negotio, quo de agitur, aliud actio suadeat, quæ remotioribus hæredibus possit competere: vt in rhedibitoria & personali actione, quæ ad particularem successorem non pertinet. l. sciendum. §. deinde. ff. de ædil. edict. Quippe ego ipse existimauerim, eum qui sibi, hæredi, eiue ad quem res ab eo pertinebit, stipulatus est (quod vulgò nunc dicimus, sibi hæredibus, & habentibus causam, &c.) comprehendisse & particulares successores, simul & vniuersales & remotiores hæredes, & qui iure ciuili vel prætorio successuri sunt: præterquam si ius aut ex priuilegio, aut ex natura actionis personã potissimùm respiciat, quam non egrediatur. Cæterùm in testamentis, in annuis, & fideicommissis, quæ non certæ personæ tantùm & nominatim, sed & hæredibus suis præstari voluit, omnes hæredes, atque eorum hęredum hæredes, ex voluntate testatoris admittendos censuit Imperator in l. in annalibus. C. de leg̃a. Quo loco tradit Alberi. quòd si hæredes nominatim scripti non sint, posse tamen ipsum annuum legatum (si modò præstitutum sit illi tempus, vt in l. Firmio Heliodoro. §. j. ff. quan. di. lega. ced.) ad hæredes transferri. Quòd si etiam pactum fiat, in quo nulla sit hęredis mentio, videtur tamen & ei qui paciscitur, & hęredibus suis vnà cautum: nisi aliud legitima probatione appareat. Celsus in l. si pactum. ff. de proba. & ibidem glo. in verb. probare. l. veteris. C. de contrahen. & commit. stipul. plura in hanc rem scripsimus in Commentariis nostris ad consuetud. Turonens. titu. *Des succeß. de fied.* arti. xxx.

VLPIA. LIB. LXXIX.

LEX LXXI.

ALiud est capere, aliud accipere. Capere cum effectu accipitur: accipere, & si quis nõ sic accipit vt habeat. Ideóque non videtur quis capere quod est restituturus: sicut peruenisse, propriè illud dicitur quod est remansurum. Hæc verba, *his rectè præstari*, hoc significant, ne quod periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

SVMMARIVM.

1 Capere est rem ipsam rẽ ipsã, eiusque persequendæ actionem sine exceptione habere.
2 Non capit qui vt restituat necesse est.
3 Capere improprie nisi cum effectu dicitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ALIVD EST. Quàm variè, quámq; multipliciter, hęc duo verba, accipere & capere apud Grammaticos & Latinos authores significent, tum vel maximè videre est ex Laurentio Valla libro sexto elegan. cap. iij. & vij. Sed apud nostros iure-
1 conf. sic ea verba significatione discrepant, vt capere sit cùm effectu & re ipsa τῷ ἔργῳ. Rem ipsam habere, & eiusdem persequendæ actionē: nō qui per exceptionem à petitione summoueri posit, ait Vlpianus in l. non videtur. ff. de regu. iur. sicut diximus de regul. Qui actionem habet, in l. cui
L. non videtur de regu. iur. 2 præcipua. §. persequi. supr. hoc titu. & l. penes te. Quare non videtur (ait Caius) quisquam id capere, quod alij restituere est necesse. Vnde non dicetur is propriè cœpisse, qui quod ex testamento cœpit, nisi id totum alij
3 restituat, de inofficioso testamento dicturus non admittetur. Marcellus in l. si pars. §. illud. ff. de inoffi. testa. Sic capere impropriè, nisi cum effectu, dicitur: vt. l. cùm ei. & glo. ibidem. ff. de lega. ij. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad senatusc. on. Trebellia.

PERVENISSE. De huius verbi significatione nihil hoc loco dicemus. Nam in l. peruenisse. infrà hoc titu. erit aliquid à nobis dicendū. vide hîc Alciatum interea.

PAVLVS XIB. LXXII.

APpellatione rei, pars etiam continetur.

APPELLATIONE. Quid appellatione rei contineatur, latè diximus suprà in l. rei appellatione. vide etiam quæ tradita sunt à nobis in l. rectè dicimus. & l. seq. hoc titu.

VLPIANVS LIB. XXXIII.

LEX LXXIII.

HAec verba in stipulatione posita, *eam rem rectè restitui*, fructus continent. Rectè enim verbum, pro viri boni arbitrio est.

SVMMARIVM.

1 Rei appellatio generalis, iura, & causas secundas, id est fructus rei continet.
2 Hoc verbum rectè, hab[illegible] habet in stipulatio[illegible]us efficaciam, vt indefinitæ rei promissionem subiiciat arbitrio boni viri.
3 Dotis incertæ promissio valet, boni viri arbitrio æstimanda.
4 Rite significat causæ ordinationē, & iusta solēnia: rectè verò rei alicuius rationem, & æquitatē.

HAEC VERBA. Qui rem rectè restituere tenetur, is eam
1 cum fructibus debet restituere. Nam generalis rei appellatio, & causas secundas, id est causatas, & iura complectitur. Causas autem rei secundas vocant fructus rei ipsius. l. rei appellatio. vbi multa de hac re rescripsimus supr. hoc titu.

RECTE ENIM. Quandocunq; in rebus quæ debentur, æstimatio pro
Rectè verbū quid impor tat. varia tēporū natura & cōditione solet variare & mutari, & rē rectè resti-
2 tui quis stipulatus sit, idipsum arbitrio boni viri cōmittendum erit. Hanc enim verbū, rectè, habet in stipulationibus ἰδιότροπον, quādo res promissa, aut debita,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

debita, in ſubſtãtia incerta eſt, quatenus ad accidentia inſeparabilia attinet, quæ determinant & circuntegunt ipſam ſubſtantiã. Vnde fit vt quanuis dos incerta promittatur, nihilominus promiſsio valeat: ſed boni viri arbitrio æſtimanda præſcribendáq; erit, pro modo ſcilicet facultatum. l. cùm poſt diuortium. §. gener. l. quæro. & l. ſeq. ff. de iur. dot. l. ſi cum ea. C. de dot. promiſ. Tex. & Salic. in l. fi. C. de contrah. emp. Sed dicunt hoc eſſe ſpeciale in dote. Quod latius tractamus in Cõmentariis ad conſuet. Turon. Et de reductione ad arbitriũ boni viri, diximus in Aphoriſmis iuriſprud. verb. Appellatio, & alibi. Cæterũ hoc differunt rite & rectè, ꝗ rite ſignificet cauſæ ordinationẽ & iuſta ſolennia. (Nam rite à ritu dictũ volunt Latini authores: hinc dicimus Sacra rite peragi, non rectè, & ritus patrios, id eſt, mores.) Rectè verò, cauſæ vel rei alicuius rationẽ atq; æquitatem. Bart. & Glo. in l. non putauit. §. non quamuis. ff. de contra tabul. Idem Bartol. cum gloſ. in l. ij. in verb. rectè. ff. de inoffic. teſta. & in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquirend. poſſeſ. rectè enim à recto deriuatur.

Arbitrium boni viri.

Aphoriſ. xxj.

Rite & Rectè diffe.

PAVLVS LIB. II. AD EDICTVM CVRV.

LEX LXXIIII.

SIgnatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.

SVMMARIVM.

1 Annulus ſignatorius, non ornatus, ſed confirmationis gratia Romæ conſtitutus.
2 Annulo Romani domi ferreo, foris aureo vtebantur, qui legatis ad exteras gentes profecturis dabatur.
3 Maiorum imagines in annulis olim ſculptæ.
4 Ius annuli aurei geſtandi conceſſum tantùm, ingenuis à patre, & auo, quadringenta ſeſtertia in cenſu habentibus, & equitibus Romanis.
4 Signum eſt in ſolido corpore ſimulachrum exculptum aut exaratum. Tabella verò lineis vmbris, & picturis conſtat.
5 Sigilla ſunt parua ſimulachra in ædiculis collocata.

SIGNATORIVS. Guliel. Bud. noſtræ ætatis in re literaria lumen, & idẽ maximus ac diſertus antiquitatis interpolator, adnotauit lib. iij. de Aſſe, ex Plinij verbis, Romæ olim annulos aureos, nõ ornamẽti cauſa, ſed ſignãdi inſtitutos, ſiue aurea pala, ſiue gemma. Itaq; ornamẽti gratiâ geſtari minimè ſolebãt: ſed annulis ſignatoriis tantũ vtebantur obſignandis atq; occludendis literis, arcis, & cellis vinariis: vt quod his reconditũ eſſet, tutius haberetur. Quod & adhuc his noſtris tẽporibus vulgò videmus obſeruatum. Scribit T. Liuius lib. vij. deca. iij. Quòd cũ Annibal Marcello mortuo, & annulo eius cũ corpore potitus eſſet, Criſpinus metuens ne eius errore annuli, qui dolus necteretur à Pœno, circa ciuitates proximas nũtios miſerat, occiſum collegam eſſe, annulóq; eius hoſtẽ potitum: ne quibus literis crederẽt nomine Marcelli compoſitis, & hoc videlicet annulo Marcelli obſignatis. Cice. lib. ij. de Oratore ad Q. Fratrem. Ridiculum eſt (inquit) Neronianum in

Annulus ſignatorius.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

furace ſeruo,ſolùm eſſe,cui domi nihil ſit nec obſignatum,nec occluſum. Tradunt cõſuetum quondã apud Romanos fuiſſe,vt legatis qui ad exteras gentes eſſent profecturi,aureus annulus,velut inſigne munus daretur. Et quidem foris aureo,domi autem,ferreo vtebantur,authore Plinio lib. xxxiij.naturalis hiſtoriæ: quo etiam loco multa de annulorum vſu tradit. Peſsimum (inquit) vitæ genus fecit, qui annulum primus induit digitis. Nec hoc quis fecerit,traditur. Nam de Prometheo omnia fabuloſa arbitror:quanquam illi quoque ferreum annulum dederit antiquitas: vinculúmque id,nõ geſtamen intelligi voluerit.Scribit præterea,in annulis ſub gemmis incluſa venena:multóſque mortis gratiâ annulos habuiſſe:cuiuſmodi fuit Demoſthenes ſummus orator Græciæ. Antiqui Romani ſculptas in annulis maiorum imagines habebant.Superior Aphricanus Sardonycem,quòd ſola gemmarum ceram nõ auferret, Polycratis annulo celebratam fertur habuiſſe. Lentulus,aui figurã,Aphricani filius,patris effigiem inſculpſit annulo.Auguſtus Octauius,Sphyngis,ac poſtmodum Alexandri magni imaginem.Pleraque alia id genus exempla profert Alex.ab Alex.libr.ij. Geniali.dier.Tyberio principe(authore eodem Plinio) anno ab Vrbe condita dcclxxv. annulorum authoritati forma conſtituta eſt. Quo tempore ſtatutum ne cui ius eſſet annuli aurei geſtandi, niſi cui ingenuo ipſi patri auóque paterno Seſtertia cccc. cenſus fuiſſent,& lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus ſedendi.T.Liuius libr.iij.decad. iij.ſcribit neminem poſſe niſi equitem annulum aureum gerere. Vnde equeſtris ordinis inſigne erat,vt diſtingueretur à plebe,vt teſtis idem Plinius loco ſuprà citato.Sed tamen à Cicerone in Verrem Act.v.traditum eſt imperatores ſuperatis hoſtibus,optimè Republ.geſta,Scribas ſuos annulis aureis in concione ſæpe donare ſolitos.Iam verò, cur manu ſiniſtra, annulum in digito,qui minimòvicinus eſt,quem etiam medicinalem vocant, vulgò geſtari videmus,feſtiuè & eleganter diſputatum eſt ab Aulo Gellio noct.attica.lib.x.& Macrobio lib.vij.Saturnal.At è diuerticulo in viam redire licet.Signatorium annulum ornamenti appellatione nõ contineri,hoc loco rectè Paulus cenſuit:quoniam hoc tantùm Romanos vſos fuiſſe conſtat (vt iam admonuimus ex Plinio) obſignandi gratiâ. Vnde vocauit Paulus ſignatorium annulum, in quo ſignum aliquod exſculptum erat.Vocabãt autem ſignum,ſimulachrum,ſolido ligno,lapide, auro,argento,æréve effictum, quod hominis alicuius referebat imaginem: hócque differt à tabella,quòd ea lineis & picturis conſtet.Cice.Act.vj.in Verrem.Nunquam enim ſi denariis quadringentis cupidinem illum putaſſet, commiſiſſet vt propter eum in ſermonem hominum,atque in tantam vituperationem veniret.Quis veſtrûm igitur neſcit quanti hæc æſtimentur:in auctione ſignum æneum non magnum HS. CXX. milibus vænire nõ vidimus?Idem lib.iij.de Orato.Omnes enim(inquit)tacito quodã ſenſu, ſine vlla arte aut ratione,quæ ſint in artibus ac rationibus recta ac praua diiudicãt;Idq; cũ faciunt in ignis & picturis,& in aliis operibus ad

Cap.j.

Plin. in eodem libr. xxxiij.c.j.

In annulis vſus gemmarum.

Cap.xix.

Cap.x.
Cap.xiij.

Signũ quid.

Tabella.

quorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quorum intelligentiam à natura minus habent instrumenti,&c. Idem
» Actio.vj.in Verrem.Nego vllam gemmam aut margaritam,aut quicquã
» ex auro,aut ex ebore factum signum vllum æneum, marmoreum, ebur-
» neum: nego vllam picturam neque in tabulis,neque textilibus fuisse,&c.
5 Inde Sigilla Vitruuius appellat parua signa,& simulachra in ędiculis col-
locata,quasi parietum honestamenta:vel etiam simulachra columnarum
abacis insidentia. Quod etiam Laza.Bayfius adnotauit,titul.de auro &
argento legato. Hac quidem ratione Sigillum appellamus imaginem in
annulo sculptam,quo literas solemus obsignare. Vide quæ etiam in hanc
rem suprà scripsimus.l. subsignatum. hoc ipso titulo.

Sigillum quid,& vnde dictum.

IDEM.

LEX LXXV.

REstituere videtur is qui restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.

ESTITVERE. De restituendi verbo, satis multa diximus suprà in l.restituere.hoc tit.vbi colliges enarrationem huius capitis seu legis. Quocirca plura non dicentur à me hoc loco.

IDEM.

LEX LXXVI.

DEdisse intelligendus est etiam is qui permutauit, vel compensauit.

SVMMARIVM.

1 Dare censetur qui rem debitam alia re commutat,aut cui quoquo modo accepto latum sit.
2 Verbum Dare,intelligendum est & de precio rei venditæ,& si quid emptionis causa est erogatũ.
3 Dare propriè est rei dominium in accipientem transferre:Impropriè verò est solo vsu,aut possessione,aut emphyteusi,aut feudo,aut locato,aut alio quouis modo rem tradere.

EDISSE. Cùm dare,sit alienare ac dominium transferre,vt suprà admonuimus,& habetur in l.nemo rem suam.& l.vbi autẽ apparet.§.fin.ff.de verb.obl. tamen qui rem pro re alia quã dare tenebatur,cõmutauit vel compensauit,aut sibi accepto latum est, id dedisse cẽsetur.Paulus in l.vel permutauit.ff.de libe. caus.Vnde si mulier nuptura ei qui centũ dare debebat,cum eo ita pacta est,pro centũ quæ mihi debes,fundus Husseianus doti tibi erit:secundũ id quod placuit rem pro re solui posse,& liberatio contigit, & centũ in dotem erunt.Sic autẽ respondit Paulus in l.si ei.ff.de iur.dot.Idẽ quoq; erit, & si eadẽ centũ accepta fecisset. Iabolenus in l.si mulier.ff.de cond.caus. dat.Sed & Vlpi.censet verbum,Dare, nõ solùm intelligendũ cùm de eo quod venditori datur,vt puta preciũ,vsuræ:sed etiã si quid emptionis causa erogatũ erit.l.debet.ff.de ædil.edic.Tamen Specu.tit.de empt.& vend. tradit verbũ,dare,quandoq; impropriè in instrumẽtis & contractuũ perscriptionibus poni,quandoq; etiã propriè: veluti,cũ res data fit accipientis, & de

L.alienatiũc §.d.natione. supr.eo.

Specul. §.I vers.primo autem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& de vera alienatione ac dominij translatione agitur: ſimodo tradens dominus erat. l. traditio. ff. de acqui. rer. dom. Impropriè autem, quandocunque ſolus vſus, ſolàve poſſeſsio rei datur: cuiuſmodi eſt contractus emphyteuſeos, locationis, & rei in clientela poſitæ ſeu in feudum datæ. In his etenim id genus conceſsionis contractibus & tabulis, dominium minimè transferri ſolet. Qua de re in contractu emptionis, dedit pro tradidit κατα-χρηστικῶς, & ex improprio ſcriptum cenſet Bartolus in l. fin. ff. de condit. ob cauſam. & in l. ex empto. ad principium. ff. de actio. emp.

IVLIANVS.

LEX LXXVII.

FRugem pro reditu appellari, non ſolùm quod frumentis aut leguminibus, verùm & quod ex vino, vel ſyluis cæduis, cretifodinis, lapicidinis capitur. Iulianus ſcribit, fruges omnes eſſe quibus homo veſcatur, falſum eſſe. Non enim carnem aut aues, ferásve, aut poma fruges dici. Frumentum autem, id eſſe, quod ariſta in ſe teneat, rectè Gallum diffiniſſe. Lupinum verò & fabam, fruges potius dici: quia non ariſta, ſed ſiliqua continentur: quæ Seruius apud Alphenum in frumento contineri putauit.

SVMMARIVM.

1 Frugis appellatione omnis terræ fructus homini eſculentus ſignificatur.
2 Frugi homo dicitur, quòd à frugalitate maximos honorum fructus percipimus.
3 Fructus nomen generalius eſt quàm frugis.
4 Vſufructu legato omnes rei legatæ fructus tam rei ſoli, quàm rei mobilis ad vſufructuarium pertinent.
5 Bona publicata ei debentur, ad quem fructus eorum pertinent.
6 In bonis vxoris Ius patronatus eſt viri.
7 Reditus & redditus nomen eſt generale ad fructus, & fruges: Fruges verò ſpecies fructus.

Fruges quid & vnde.

RVGEM. Varro in lib. de ling Latina à fruendo, vel à fructu frugem dici tradit: propterea id eſſe, terra natum quo alimẽti gratia vtimur, præter carnem, aues, aut feras: & quod ex arboribus, herbis, arbuſtis, culmis, ariſtis, vitibus, plantis, fructum ſeu vi propria naturæ, ſeu cultu hominis ad veſcendum profert: hæc eſt generalis Frugis appellatio, quæ in reditu habetur. Seruius in libr. primum Aeneid. Generaliter (inquit) fruges omnes dicuntur: & errant qui diſcernunt frumenta à frugibus. Nam Cicero ait, olei, & frugum minutarum, cùm de leguminibus diceret: vt oſtenderet etiam frumenta fruges vocari. Hæc ille. Virgilius libro primo Aeneid.

Tum Cererem corruptam vndis, cerealiáque arma
Expediunt feſſi rerum, frugeſque receptas,
Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Quod molere frumenta vult ſignificari, eodem interprete Seruio. Idem Virgilius libro ſecundo Georgic.

Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor.

Et Ecg

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Et Ecgloga tertia.

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Et paulò suprà.

Cùm faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

Cicero in Verrem, Actio.v. Non inquam, miror te aliquid excogitasse, » sed quòd tua sponte, iniussu Populi, sine Senatus authoritate, iura prouin- » ciæ Siciliæ mutaris. Id repræhendo, id accuso. L. Octauio, & C. Cottæ Con » sulib. Senatus permisit, vt vini, & olei decumas, & frugum minutarũ, quas » ante te Quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent, &c. » Minutas fruges hoc loco Cicero intellexit, teste Seruio loco suprà citato, omnia legumina quibus vescerentur homines. Plin. lib. xviij. nat. historiæ, vbi de frugibus multa tradit, & earum natura. Sunt (inquit) duo prima frugum genera: frumenta, vt triticum, hordeum: & legumina, vt faba, & » Cicer. Quo loco frumenta discernit à leguminibus T. Liuius. lib. iiij. de- » cad. j. Nam etiam (inquit) illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum » transferri posset, quòd imbelle triennium, fermè pestilentia inopiáque » frugum circa A. Cornelium Consulem fuit. Idem Liuius libr. v. decad. j. » Eam gentem tradit fama, dulcedine frugum, maximéque vini noua tum voluptate captam. Sic Laurent. Valla frugem esse scribit libro quarto, quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus. Inde μεταφορικῶς hominẽ bonæ frugi dicimus probum officiosumq;. Sic Vlpian. in l. j. §. sed vtrùm. ff. de ser. corrup. Dixit seruum bonæ frugi, quem Græci ἐνάρετον ἤθει appellant: quo verbo consummata probitas significatur. Hinc ad bonam frugem se recipere, & euadere, & ad bonã frugem redire, quod Budæus eleganter adnotauit. Ideò autem homo frugi dicitur, id est, frugalis, quòd ex ea virtute Modestiæ & Temperantiæ, quæ frugalitas dicta est, maximos omnium bonorum nostrorum fructus percipimus, sicut Franc. Connannus rectè tradidit in Commentariis iur. ciuil. vbi de prædiorum fructibus agit. Ita quoscunque ex solo nostro fructus, & reditus, seu segetes, & legumina, seu ex arboribus poma, & ex vitibus vinum quotannis percipimus, frugum appellatione complectimur. Tamen fructus nomen generalius est. Nam fruge legata, animalia legata non censentur, nec vrbanorum ædificiorum reditus, nec quæ ex rebus quibuscunq; commoda ad victum vsúmque humanæ vitæ necessaria videtur: sed qui tantùm ex terra proueniunt fructus, seu vi naturæ propria, seu seminis, seu insitionis, & plantarum. Quare Vlpianus in l. vsufructu. ff. hoc titul. censet, legato vsufructu omneis rei legatæ fructus ad fructuarium pertinere, & aut rei soli, aut rei mobilis vsumfructum legatum esse. Rei soli (inquit) vt puta, ædium, vsufructu legato, quicunque rei reditus est, ad vsufructuarium pertinet, quæ que ex ædificiis obuentiones sunt, ex areis, & cæteris quæcunque sunt ædium. Cuius argumento (ait Connannus libr. iiij. Com. iur. ciuil.) dici potest, bona quæ publicantur apud nos ei deberi, qui feudi, cui ea addicta sunt, vsumfructum habet: aut ad quem fructus alio quouis

Minutæ fruges quid.

Plinius lib. xviij. ca. vij.

Vall. lib. iiij. elegan. cap. xxv.

Bonæ frugi homo qui, & cur sic dictus.

Frugalitas.

Conna. libr. iiij. cap. j.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quouis titulo pertinent: puta ad maritum, si in feudo dotali vxoris quid huiusmodi accreuerit: aut confiscationis, aut alia quauis caussa. Idémque in feudo non dotali, sed qui tamen vxoris sit, cùm fructus constante matrimonio faciat suos omnium bonorum quæ vxoris sunt. Et rectè not. Bartolus ad l. vltim. ff. soluto matrimon. & Panormitanus ad cap. Consultationibus. de iure patron. In bonis vxoris ius patronatus, si quod est, viri 6
esse. Nam hæc omnia fructus nomine, veniunt & reditus, non frugis. Vi- 7
detur itaque verbum, reditus, genus esse & ad fructus, & ad fruges: fruges quoque speciem esse ad verbum, fructus. Nam reditus qui etiam prouentus dicitur, à Græcis προσόδος παρὰ τὸ προσοδεύομαι quod prouentus percipere significat: καρπῶμαι, ait Budæus, est obuentio, vectigal, & quæstus πόρος, πόρημα, πόρος: potéstque scribi duplici, dd, cùm videlicet à reddo, deriuatur. Reddere enim censetur ager quasi depositum semen, & operam culturæ impensam. Qui igitur fructus ex terra redduntur domino in annos singulos, redditus rectè appellantur. Quæ verò obuentiones fructúsque aduentitij ex re quacunque quotannis redeunt, à redeundo, reditus dicuntur. Cicero libro secundo, de finib. bonorum & malorum. Quid autem est amare, ex quo amicitiæ nomen ductum est, nisi velle bonis " aliquem adfici maximis, etiam si ad se nihil ex iis redeat: id est, obue- " niat, vt interpretatur Budæus in Commentariis. "

SVMMARIVM.

1 Frumenta sunt omnes fructús qui emittunt aristas: Legumina quæ manu leguntur.

FRVMENTVM. Frumenta (inquit Seruius in 1
Virgil. Georgicon primo.) sunt omnia quæ ex se emittunt aristas. Et dicitur frumentum à frumine, quod est gulæ prominens pars. Ceres prima omnium frumenta inuenit, cùm antea glande vescerentur homines, teste Plinio libro septimo. cap. lvj. Eadem molere & conficere in Attica, Italia, & Sicilia docuit: ob id dea iudicata. Frumenta quidem sunt, vt Triticum, Siligo, Hordeum: & legumina, vt faba, & Cicer: quæ duo frugũ genera esse tradit ipse Plinius libro decimooctauo, natura. historiæ. Quo loco multa eleganter de frumentorum & leguminum generibus ac natura perscribit. Legumen verò Seruius, quòd manu legitur, nec sectionem requirit, dictum putat. M. Varro libro, de re rustica. Rectius enim (inquit) in tenuiore terra, ea quę " non multo indigent succo, vt Cytisum, & legumina præter Cicer; hoc " enim quoque legumen & cætera quæ velluntur è terra, neque subsecan- " tur, succum tollunt: quæ quod ita leguntur legumina dicta. Iam verò si videre voles, cur legumina cibo difficiliora sint homini quàm frumenta, & quas fruges differentias, vel in ortu vel in fructu, vel in aliqua suæ substantiæ parte admittant, Theophrastus libro quarto, de causis plantarum diffusè tradit. Sed & quæ sint legumina, docet Galenus libro primo De alimentorum facultatibus, scribens legumina appellari ea cerealia semina

Frumen. quid.

Frumenta quando primum inuenta sunt. Cap. vij.

Legumen. Cap. xxiij.

Cap. xxiij. & ix.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

semina, ex quibus tamen confici panis minimè solet: vt fabæ, pisa, cicera, lentes, lupini, oriza, eruum, cicerculæ, fœnum græcum, & reliqua id genus.

SVMMARIVM.

1 Omnis satorum fructus aut spicis continetur, aut siliquis.

SLVPINVM. Conatur hoc loci Iulianus ostendere quid inter frumenta & legumina sit discriminis, cùm superius dixerat ex Gallo frumentum id esse quod arista in se teneat: nunc lupinum fabámque, propterea quòd non arista, sed siliqua continentur, fruges potius dici contendit Plinius loco suprà citato. Omnium (inquit) satorum fructus, aut spicis continetur, vt tritici, & hordei: munitúrque interuallo aristarum quadruplici: aut includitur siliquis, vt leguminum, &c. Quæ Plinij verba cum Iuliani sententia conueniunt. Quid autem Spica sit suprà dictum est à nobis in l. Sylua cædua. §. stipula. Sed arista, quæ (vt ait Seruius) ab ariditate dicta videtur, & Varro, quòd ea prima areficat, est velut telum & spiculum quoddam, (vnde Spicã dictam puto, sicut à spe, Varro) seu spinis quibus defenditur ipsa spica à circumgrassantibus aubus, & aduersus earum morsus tãquam vallo quodam munitur, vt ait Cicero in Catone maiore. M. Varro scribit Aristam esse, quæ vt acus tenuis longa eminet è gluma. Proinde, vt grani theca sit gluma, & apex arista. Sed & aliquando arista pro ipso frumento accipi solet, vt apud Virgilium libro primo Georgicorum.

Lib. xviij. cap. vij.

Arista quid & vnde.

Spica.

Varro libr. de re rusti. cap. xlviij.

Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

SILIQVA dicitur à Seruio theca leguminis. Nam significat folliculum quo grana leguminis conteguntur & includuntur, & si quid est leguminibus persimile. Plinius libro decimooctauo naturalis historiæ. Grana (inquit) in stipula crinito textu spicantur. In faba leguminibúsque alterius lateribus siliquantur. Virgilius libro primo Georgicon.

Siliqua.

Cap. vij.

Vnde prius lætum siliqua quassante legumen.

Et rursus.

Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset.

Siliquas fallaces vocat (ait Seruius) quæ fallere plerunque solent. Interdum enim leguminum folliculi maiores videntur, cùm inanes sint. Siliquam Budæus libro tertio de Asse scribit esse fructum arboris Italicæ prædulcis, digitorum hominis longitudine & pollicis latitudine: cuiusmodi se vidisse Lutetiæ testatur: intus esse grana quæ ceratia dicuntur, nomine cùm fructu cõmunicato. Columella lib. v. rei rusticæ, Siliquam Græcam appellat: quam quidam (inquit) κηράτιον vocant: nos hodie vulgò, vt opinor, lingua nostrate *Corrouges*: Et idem lib. ij. cap. xj. fœnum græcum, quod rustici siliquam vocant: nos vulgò *Senegey*. Siliquastrum, quod Græcis κηράτιον à Plinio dicitur Piperitis lib. xix. Esse autem Ceratium Budæus loco iam citato, testatur vocabulum minuti ponderis, à grano siliquæ du-

Ceratia grana.

Cap. x.

Cap. xij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ctum. Et libro primo de Asse, denarium, argenteum fuisse nummum qui quatuor & viginti Siliquas penderet. Apud Priscianum rita legitur. Siliquę tres, obolum faciũt: duo autem oboli, scrupulum: tria scrupula, drachmã: ita duodeuiginti siliquæ in drachma. Sic quatuor drachmæ in tribus denariis, hoc est duæ & septuaginta siliquæ. hactenus ipse Budæus. Lupinum Plinius libro decimooctauo naturalis historiæ, cap. xiiij. & cap. vij. tradit esse legumen, hominum quadrupedúmque vsui communẽ. sed amarum Seruius ex Virgilio libro primo Georgic. scribit.

Lib. iij. de Asse. *Drachma* *Denarius argenteus* *Obolus* *Scrupulum* *Lupinus quid Græcis naturæ.*

Aut tenues fœtus vicia, tristisque lupini,
Sustulerit fragiles calamos.

Galenus libro primo de alimentorum facultatibus commemorat lupinum esse legumen πολύχρηστον, quòd multis modis vsui esse soleat: eiúsque duram terrestrémque esse substantiam: quare nec facilè concoqui, crassúmque gignere succum. Reliqua de lupinorum natura docebere amplissimè ab ipso Galeno. Columella li. ij. Lupini (inquit) prima ratio est, quòd minimum operarum absumit, & vilissimè emitur: & maximè ex his quæ seruntur, iuuant agrum. Nam in vineis iam emaciatis, & aruis optimum stercus præbet, &c. Cui Plin. lib. xviij. conuenit his scribens verbis. inter omnes autẽ cõstat nihil esse vtilius lupini segete, priusquàm siliquetur, &c.

Cap. x. *Cap. ix.*

PAVL. LIB. IIII. AD PLAVT.

LEX LXXVIII.

INterdum proprietatem quoque verbum possessionis significat: sicut in eo qui possessiones suas legasset, responsum est.

SVMMARIVM.

1 Possessiones pro rerum dominiis, & proprietatibus, tam Latinis quàm Celtis dicuntur.



NTERDVM. Quamuis possessionem non in dominio, sed in vsu ponamus, & agrũ proprietatem loci asseramus, aliquando tamen possessionem pro ipso dominio & proprietate accipimus, non secundum significatum proprium, sed secundum captum mentémque loquentis, ac negotij, quo de agitur, rationem. Nam & Laurentius Valla profert locupletissima ex Cicerone & Quintiliano testimonia, quibus liquido apparet Latinę linguę authores classicos, verbum possessionis interdum pro dominio & rei proprietate vsurpasse. Cice. Philipp. Quinta. Hic pecunias vestras æstimabat, possessiones notabat, & vrbanas, & rusticas: huius mẽdicitas auiditati conjuncta in fortunas vestras imminebat. Sed & nos quidẽ Celtæ, vulgò dicimus terras nostras & possessiones pro ipsis prædiis, & eorũ proprietate ac dominio: atq; etiã pro fortunis & facultatibus. Vnde multùm interest quis legauerit possessiones suas quas in solo Italico, an verò quas in nostra Gallia habet. Quam rem eleganter exequitur Franc. Connannus libro tertio Commenta. iur. ciuilis. Vide quod scripsi infrà in l. quæstio est.

Valla lib. vj. cap. xlj. *Possessio pro ipsa proprietate.* *Cap. viij.*

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. III. AD PLAVT.

LEX LXXIX.

IMpensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. Vtiles impensas esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, deteriorem esse non sinant, ex quibus reditus mulieri acquiratur: sicuti arbusti pastinationes, vltrà quàm necesse fuerat. Item, doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem, vel inuitam non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his impensis, & pistrinum, & horreum insulæ dotali adiectum plerunque dicemus.

Voluptariæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non & fructum augent: vt sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ.

SVMMARIVM.

1 Triplex in fundis est impensa: Necessaria, vtilis, & voluptaria.
2 Impensa necessaria est sine qua res aut deterior futura, aut peritura sit.
3 Impensarum necessariarum vsufructuarius petitionem habet, impendij verò fructuum percipiendorum causa facti, petitionem non habet.
4 Impensæ modicæ in rem commodatam factæ peti non debent.
5 Impensarum necessariarum in re pignori accepta factarum competit petitio, sed & rei si perierit pignoratitia actio.
6 Impensarum in rem depositam necessario factarum iure retentionis fieri potest repetitio.
7 Prospicere, & præuidere debemus, quæ euenire possunt.
8 Impensas in re ab vsufructuario conducta necessario factas, præstare non tenetur vsufructuarius, nec eius hæres, nisi se pro domino gesserit.
9 Impensæ bona fide factæ in ædificio, repetuntur.
10 Hæredem se esse ratus, impensas quibus insulam hæreditariam fulciit, per retentionem seruare potest.
11 Triplex impensarum necessariarum & vtilium ratio, fructuum colligendorum, vtilitatis perpetuæ rei, & conseruationis eiusdem.
12 Qui primùm bonæ fidei, mox malæ fidei factus, in alieno fundo ædificat, impensas repetere non potest, nisi de damno solicito.
13 Redemptores operum suas materias faciunt eorum esse, in quorum solo ædificant: nihilominus impensas tametsi operis pretium excedentes, modo vtiles repetere possunt.
14 Bonæ fidei possessor fundo cedere damnatus, impensas vtiles, ac necessarias rei retentione consequitur.

IMPENSAE. Quoniam quidem frequenter accidit, vt vsufructuarius in eam rem quâ vsusfructus nomine possidet, vel locator, quam à conductore habet, vel creditor, quam pignori accepit, multa impendisse se profiteatur: quo fit vt res ipsa forsitan impensis cedat, nisi quoque diligenter ἀκριβῶς expendatur, num quòd impensum erit, vel necessarium ac quò res ipsa sarta tecta habeatur, vel vtile tantùm, non etiam necessarium fuerit, vel tandem amœnitatis aut voluptatis ergo. Iureconsultus hîc tria impensarum genera eleganter tradidit: necessarias videlicet, vtiles, & voluptarias. Necessariæ siquidem sunt, quas ex necessitate vel imminentis periculi vel damni, vel refectionis oportuit fieri: quæque ita necessariæ erant, vt sine

Impensarũ generatim.
Necessariæ impensæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

his res futura longè fuisset deterior, vel funditus eam euersum iri constaret. Inter necessarias impensas, Vlpianus in l.j.ff.de impens.in re.dotafa.ex Laboone ait molas in mare vel flumen proiectas. Sed & si pistrinum vel horreum necessariò factum sit, in necessariis impensis habendum esse ait. Proinde, Fulcinius inquit. Si ædificium ruens, quod habere mulieri vtile erat, refecerit: aut si deiecta oliueta instauraverit, vel si ex stipulatione damni infecti nomine, ne committatur, præstiterit: vel in valetudinem seruorum impenderit: vel vites propagauerit: vel arbores curauerit, vel seminaria pro vtilitate agri fecerit, impensas necessarias fecisse videbitur. Hoc ipse Vlpianus, & Paulus in d.l.j.ij.& iij.dic.titul.de impens. in re. dota.fa. Et iterum Vlpianus in l.impensæ.eodem titul. Impensæ (inquit) necessariæ sunt, quibus non factis dos minuitur: veluti aggeres facere, flumina auertere, ædificia vetera fulcire, itémque reficere: arbores in locum demortuarum reponere. Planè & si nouam villam necessariò vsufructuarius extruxerit, vel veterem totam sine culpa sua collapsam restituerit, hęquidem erunt impensæ necessariæ, atque earundem petitionem esse censuit Papinianus in l.diuortio.§.impendia.ff.soluto matrimo. At verò impendia fructuum percipiendorum causa facta, veluti quod in arando serendóque agro impensum est, quódque in tutelam ædificiorum, ægrúmve seruum curandum, si modò ex seruo vel ædificio fructus aliqui percipiebantur, tametsi hæc necessaria sint, ea nihilominus repeti non posse ex Pomponio idem Papinianus tradidit. d.§.impēdia. Sed etsi in re commodata impensas aliquas fecero, atque easdem modicas, veluti in curando equo, certè non repetuntur, sicut nec cibariorū impensæ, quæ ad eum qui vtendum accepit, naturali quadā ratione pertinent. Quod censuit Paulus l.in rebus.§.possunt.ff.commodati. & Bartolus in d.l.diuortio.§.impēdia. Quid si etiam impensas necessarias fecero in eam rem quam pignoris causa acceperim? Equidem non retentionem tantùm, sed etiam contrariam pignoratitiam actionem mihi competere respondit Pomponius. l.si necessarias.ff.de pignor.action. Finge enim (inquit) medicis, cùm ægrotaret seruus dedisse me pecuniam, & eum decessisse. Item insulam fulcisse, & refecisse, & postea deustam esse, nec habere quod possim retinere, nihilominus pignoratitiam habeo. Idem quoque de cibariorum impensis in rem pignori acceptam, censuerunt Accursius, & Bartolus in d.l.si necessarias. Quoniam nullus sit creditori vsus pignoris accepti. Quid item si in rem depositam necessariò à me quicquam impensum sit seu in victum, seu in refectionem depositæ rei, an repetam? Et repetere me posse iure retentionis Accursius, & Baldus scripserunt in l.si quis vel pecunia. C.depositi, idque aduersus Ioan.sententiam. Quæsitum præterea mihi aliquando fuit. An qui in rem quam ab vsufructuario conduxerat necessarias impensas fecisset, easdem repeteret? Et hic nonnihil distinguendum respondi, videlicet, num tanquam à domino, an verò tanquàm à fructuario in certum tempus conduxerit, veluti in quinquennium. Nam si tanquam à

fructuario

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

fructuario rem conduxisset, idque fructuarius intra id temporis quo rem vsufructuariam locauerat, è vita excesserit. Hęredem eius id quod in eam rem impendit conductor, præstare non debere indubitati iuris est. Hoc enim antè prospicere debuit ipse conductor fore aliquando, vt res ad dominum, extincto cum vsufructuario vsufructu, libera reuertatur. Itaque
7 futuri temporis prospectu, melius sibi consultum oportuerat: cùm & dubios varióſque rerum euentus expectare, sed & eosdem præuidere, nisi τὰ ἴδια δίκαια esse velimus, debeamus. l. qui bona. §. cùm inter. ff. de dam. infe. l. si proponis. §. j. & l. si exhæredatus. ff. de inoffi. testamen. l. Lucius. §. penul. ff. ad Trebel. cap. conuenientibus. j. causæ, quæst. vij. & cap. cùm Hadria-
8 nus. distinct. lxiij. Quod si non quasi fructuarius, sed quasi fundi dominus locasset, tenebitur hæres: decepit enim conductorem. Et id quippe Imperatorem Antoninum cum diuo Seuero rescripsisse tradit Vlpianus in l.
9 si quis domum bona fide. §. j. versic. idem quærit. ff. locati. Itaque qui bona fide in rem alienam impensas vtiles quidem & necessarias fecerit, seu ædificando, seu etiam ædificium ruinam minitans aut penitus collapsum reficiendo, ipsas impensas repetet & consequetur. l. planè. §. planè. ff. de petit. hæred. & l. vtiles. eodem titu. Quo loco Caius tradit vtiles & necessarias impensas esse, quæ reficiendorum ædificiorum gratiâ fiunt: aut in nouale, aut cùm seruorum gratiâ litis æstimatio soluitur, quum id vtilius sit
10 quàm ipsos dedi. Et ideò constat, ait Iuliánus, si quis cùm existimaret se hæredem esse, insulam hæreditariam fulcisset, nullo alio modo, quàm per retentionem impensas seruare posse. l. si in area. ad finem. ff. de condict. indebit. Quod tamen ἐκ τῆς ἀκριβοδικίας iurisque exactioris seu strictioris esse, Azo censuit. Nam ex æqui bonique sententia datur vtilis negotiorum gestorum actio ei qui impedit. Accursius in dicta l. si in area. vbi citat l. si pupilli. §. sed & si quis. ff. de negotiis gestis. Sed eò loci agitur fr alieno, non si
11 suo ipsius nomine impensum fuit. Trifariam autem impensas fieri necessarias & vtiles dicimus. Aliæ siquidem fructuum è fundo colligendorum gratiâ, vt l. si à patre. ff. de petit. hæred. l. fin. Aliæ, ff. de impensis. in reb. dota. fa. l. quòd si sumptus. dicto titul. de petit. hæredi. in res ipsas, & quæ rerum earundem vtilitati perpetuæ cedant: vt cùm penè collapsæ ædes fulciuntur, aut aliqua in parte dirutæ reficiuntur, aut etiam cùm aliquid rei seruandæ causa est impensum: sed & cùm in fundo nouè ædificatur. In quo sanè considerandum est, an à bonæ fidei, an verò à malæ fidei possessore quicquam impensum asseratur, vt posit is qui impendit, repetere. At qualiter posit, videbis planè apud Accursium, Gloss. in l. in fundo. in verbo deducto. ff. de rei vendic. & gloss. in §. certè illud. verbo, ædificauerit. Institut. de rer. diuis. cap. pastoralis. & ibidem glos. in verb. quasi de lucro. de decim. extrà. & in l. adeò. §. ex diuerso. ff. de acquirendo rerum dom.
12 Quid igitur si quis fundum bona fide comparauit, postea verò, alienum resciuit esse, & quo tempore certior factus in eodem fundo ædificauerit, an repetet impensas ædificij? Et non repetere Vlpianus tradit in l.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Iulianus.dicto titul.de rei vendication.neque exceptionem ei prodesse, nisi damno sollicito: id est, qui eapropter ædificauit, vt futuro damno periculóque prospiceret. Nec enim debuit in alienam aream iam certus ædificium ponere. Sed hoc ei concedendum est, vt sine dispendio domini areæ, ædificium tollat quod posuit. Quid item si in fundo alieno quem imprudens emeras, ædificasti, aut conseuisti, deinde euincitur? Celsus respondit bonum iudicem variè ex personis causísque constituere debere, an videlicet impensæ in totum vel in partem subduci debeant, aut nihil omnino. Finge enim (inquit) dominum eadem facturum fuisse. Et reddet impensas vt fundum recipiat, vsque eò duntaxat quo preciosior factus est. Et si plus precio fundi accessit: solùm quod impensum est. Finge pauperem, qui si reddere id cogatur, laribus sepulchrísque auitis carendum habeat, quæ nulla alioqui ratione erat alienaturus. Sufficit tibi tollere ex his rebus quæ possis, ita ne deterior sit fundus quàm si initio non foret ædificatum. Quòd si paratus sit dominus tantumdem dare quantum habitu rus esset possessor his rebus ablatis, fiet ei potestas tollendi ædificij. Neque maliciis indulgendum est, si tectorium, puta quod induxerit, pictu rásque corradere velit, nihil laturus nisi vt officiat. Finge eam personam domini quæ receptum fundum mox venditura sit nisi reddat quantum prima parte, videlicet dominum eadem facturum fuisse, reddi oportere diximus, eo deducto quod est impensum, condemnandus est.dicta l. in fundo. ff. de rei vendication. At verò redemptores operum, id est, qui opus aliquod extruendum suscipiunt, & suis cæmentis ædificant, statim cæmenta faciunt eorum in quorum solo ædificant. l. redemptores. dicto titulo. Sed id tamen accipiendum arbitror, vt quas fecerint in ædificando impensas, repetant ipsi: etiam si conuentum pactúmque ædificij precium longè excedant: si modò perpetuæ rei & fundi vtilitati, quod plus pacto impensum est, cedat. Non enim (ait Paulus) debet petitor ex aliena iactura lucrum facere: & idipsum officio iudicis continebitur. dicta l. planè. ff. de petitione hæreditia. Cæterùm Ioannes Lucius Parisiensis, vir mehercule egregius, libro vndecimo Placitorum Curiæ, Titulo, de fructibus, & in rem litémque impens. tradit, Bonæ fidei possessorem, fundo cedere damnatum, impensas vtiles ac necessarias, rei retentione consequi, voluptarias eius quod interest nomine, persequi posse, secundum Ioannem Spineum iudicatum aresto fuisse xv. Calend. Maij, Anno à Martinalibus M. CCCC. XXVII.

13

14

Ioannes de Luc. Parisiensis.

Arestum.

Summ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Vtiles impensæ sunt quæ rei cõmodum,& vtilitatem afferunt,prouentúsque auctiores reddũt.
2 Pecunia à pecore dicta.
3 Arbustum est locus arboribus consitus:& arbustare arboribus conserere.
4 Pastinatio, & repastinatio vtilis est impensa.
5 Pueri dicuntur serui.
6 Impensas vtiles ad boni, & æqui rationem referri oportet.

1 SVTILES. Vtiles impensas esse dicimus, quæ rei commodum & vtilitatem afferunt: fructúsque ac prouentus annuos auctiores reddunt. Veluti prædiis pecora imponere, id est, stercorare, ait Vlpianus, in l. impensæ. §. vtiles. ff. de impens. in reb. dot. fac. Nam qui frumentis arua præparare volet, ea primùm stercorari necesse erit. Quo fit vt grandi pecorum grege melior vtiliórque fundus efficiatur, non ob stercorationem tantùm, sed quòd ad diem bis sæpe mulgeri oues contingit, vt testatur Virgil. in Georgicis. *Stercorare.*

Quod surgente die mulsere, horisque diurnis
Nocte premunt, quod iam tenebris & sole cadente
Sub lucem exportant calathis.
Sæpe etiam vitulá bis venit ad mulctram: Vnde lac & caseus:
2 *Binos alit vbere fœtus:* Vnde pecoris multiplicatio. Itaq; ingens est pecoris fœnus & multiplex: vnde ab eo pecuniã dictam veteres voluerũt.

ARBVSTI. Quidam (ait Seruius) arbustum volunt esse eum locum in quo arbores sunt. Scribit Gellius libro xvij. Arbustũ celebratius esse verbum: arboretum, ignobilius. Nam Arbustum propriè locus est arboribus fructiferis consitus & maritandis vitibus, authore Palladio. Vnde & arbustare verbum, pro agrum arboribus vitiferis conserere. Arbustorũ rationem, & qualiter arboribus maritandæ sint vites, videbis apud Pliniũ historiæ natu. libr. xvij. cap. xxiij. Et apud Columellã lib. de arboribus. cap. xvj. *Arbustum quid. Cap. ij.* 3 *Arbustare.*

PASTINATIONES. Pastinare verbũ de vitiũ cultu dicitur. Est autem pastinare, fodere: & repastinare, refodere terram vitibus consitam: fiunt autem pastinationes cùm computandæ sunt vites. Quãdo autem & quomodo terra pastinari debeat, docet Columella libro iij. rei rusticæ. Tradit igitur Paulus hoc capite, inutiles impensas referri debere, si quis agrum vltra quàm necesse fuerat pastinari curauerit, seu in satu vitium & malleolorum, seu in putanda ipsa vite. Nam seri solet vitis emundata prius occatáque & æquata pastinatione, macro solo, vt tradit Columella supradicto libro. Intelligit autem iureconsultus vtilitatem afferri vitibus, in quarũ cultu maior solet adhiberi cura quàm vulgò 4 necesse sit & consuetum. Quod ergo in eam rem impensum erit, vtilem impensam dici vult. *Pastinare. Repastinare. Cap. xiij. Columel. li. iij. cap. xv.*

5 DOCTRINAM PVERORVM. Hîc pueros seruos intelligit, vt infra hoc titu. l. pueri appellatio. Quare si creditor pignoratos seruos instruxit artificiis, siquidẽ iam imbutos, vel imbui cœptos, vel voluntate debitoris *Puer pro seruo.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

expressa, & ea artificij doctrina seruus effectus sit vtilior, Vlpianus respondit contrariam actionem competere. Si verò nihil horum intercesserit, siquidem artificiis necessariis, erit actio contraria: non tamen vt cogatur seruis carere pro quantitate sumptuum debitor. Sicut enim negligere creditorem, dolus & culpa quam præstat, non patitur, ita nec talem efficere rem pignoratam, vt grauis sit debitori ad recuperãdum: puta saltum grandem pignori datum ab homine qui vix vsuras simul & sortem luere potest, nedum excolere: tu acceptum pignori excoluisti sic, vt magni precij faceres. Alioqui non est æquum, aut quærere me alios creditores, aut cogi distrahere quod velim receptum, aut penuria coactum derelinquere me tibi. Igitur hæc à iudice erunt dispicienda: vt neque delicatus debitor, qui scilicet ne nummum quidem vnum vult exoluere, neque etiam onerosus audiatur creditor & durus, qui ad vltimum vsq; quadrantem exigit: sed temperari oportet negotium, & ad æqui bonique rationem referri. l. si seruos. & ibidem gloss. de pign. act. Quo loco Bartolus existimat, si quo tempore dominus esset fortunæ copiis instructissimus, ædificium in fundo suo accepit, tum deinde ante ipsius ædificij instituti absolutionem & colophonem, ad grauissimam inopiam deuenerit, ita vt cœpto operi desistere cogatur, creditori qui pignori accepit, licere absoluere.

SVMMARIVM.

1 Voluptariæ impensæ dicuntur, quæ voluptatis ergo, nullo inde redeunte fructu factæ sunt.
2 Viridaria, seu viridia loca sunt amœna virentibus arboribus consita.
3 Vitidatij sunt præfecti, & custodes viridiorum.
4 Aquæ salientes sunt fontium è terra vel petra erumpentium.
5 Loricationes sunt tectoria quæ parietes à pluuia defensant.
6 Pictura est imago eius quod est, aut esse potest.

Hoc est notandum.

VOLVPTARIAE. Sanè voluptariæ impensæ sunt quę voluptatis ergo fiunt, ex quibus nulli prouentus redeunt: vt balnea extruere. d. l. impensæ. §. fi. ff. de impens. in reb. do. fa. 1

VIRIDARIA. Viridia dixit Vitruuius libro sexto architecturæ, cap. vj. Hi (inquit) collocantur spectantes ad septentrionẽ, & maximè viridia prospicientes, &c. Et paulò pòst iterum, Habeántque dextra ac sinistra lumina fenestrarum valuata, vti viridia de tectis, per spatia fenestrarum prospiciantur. Sunt autem (vt Philander adnotauit) loca virentibus arboribus consita: qualia nunc vulgò loca voluptatis. Adnotauit quoque Macrobius libro primo Saturnal. Viridia cùm pro adiectiuo accipiũtur, genitiuum in ium, facere: vt viridiũ pratorũ. Cùm verò ipsam loci viriditatem significare velis, viridiorũ dicendũ esse: vt formosa facies viridiorũ. Qui autẽ curandis viridariis sunt pręfecti, hos viridarios appellat Vlpianus, in l. instrumenta. ff. de fund. inst. vel instru. lega. Quo loco quidam legunt topiarios. Quoniã igitur viridaria amœnitatis, & deliciarum tantùm, nõ etiam vtilitatis & prouẽtuum gratia componi solent, quemadmodum & violaria, voluptariæ, non necessariæ nec vtiles censebuntur 2

Viridaria Viridia.

Viridarij qui. 3

Violaria.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

censebuntur viridariorũ violariorũmq; impensæ. Varro libro primo rei rusticæ. Violaria (inquit) in fundo facere non est vtile, ideò quòd necesse est è terra ad ea obruenda puluinos fieri: quos irrigationes, & pluuiæ, & tempestates abluunt, & agrum faciunt minorem. *Cap.xxxv.*

4 AQVAE SALIENTES. Intelligit aquas salientes, fontinales, quæ ex imis terræ eruptibus in altum prosiliunt. Vitruuius libro viij. Sunt autem (ait) etiam nonnulli fontes calidi ex quibus profluit aqua sapore optimo, quæ in potione ita est suauis, vti nec fontinalis ab Camœnis, nec Martia saliens desideretur: cuius ductus super portam Exquilinam ad Thermas Diocletiani deductus est. Prius tamẽ à Nerua fuerat in Cœlium & Auentinum montem deriuatus, vt traditur à Iulio Frontino libro primo de aquæ ductibus, & ita adnotauit Philander vir egregiè doctus. Habemus siquidem id genus aquas salienteis seu fontes præclarissimos in ciuitate nostra Turonensi passim tum in quadriuiis, tum verò in priuatis aliquibus ciuium domibus. Verumtamen ego arbitror hoc loco salienteis aquas à iureconsulto accipi, quæ in hortis ad voluptatem pertinentibus, ex puteo, artificio quodam deduci solent, non quæ perpetuo & naturali ductu profluant: cuiusmodi diximus esse in celeberrima nostra ciuitate Turoni: & visitur apud regium fontem Bleeium: vbi resiliunt in pyramidem marmoream & deauratam, excipiuntúrque cœnatiuncula marmorea manu facta, ductu quadrifluo. *Fontes aquæ salientes. Cap.iij.* *Turonensis ciuitatis fontes eximij.*

5 LORICATIONES. Vitruuius libro septimo, capite primo, vocat Loricas, tectoria, corium, incrustationes, & coronarum proiecturam quæ fieri solet in parietibus, vt ab aqua pluuia defensentur. Idem Vitruuius libro secundo cap.viij. Cùm enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à ventis deiectæ, qua posit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterem: sed proiectura coronarum reiiciet extra perpendiculum stillas, & ea ratione seruauerit integras lateritiorum parietum structuras. Vnde loricare supertegere. Quo verbo vsus est Plinius de Ichneumone loquens libro octauo cap.xxiiij. Videto Budæum hunc locum doctissimè explicantem, vt cætera solet. Loricula autem apud Vegetium libro quarto rei militaris, significat id munimentum quod vrbium obsessores vltra iactum teli ædificant, fossa, vallo, sudibus, & turriculis instructa, vt erumpentibus è ciuitate possint obsistere. D. Hieronymus aduersus Pelagianos libro primo Deuterono, cap.xxij. loriculam, vertit murulum, qui in circuitu tectorum fit: ne quis in præceps labatur: quod interpretes septuaginta τειχάλιον dixerunt. *Loricæ quid.* *Loricare quid.* *Loricula.*

6 PICTVRAE. Pictura (inquit Vitruuius) imago fit eius quod est, seu potest esse: vti hominis, ædificij, nauis, reliquarũmque rerum, è quarũ formis certúsque corporũ finibus figurata similitudine sumuntur exempla. Reliqua de picturis & ratione pingendorum ædificiorum videbis apud eũdem Vitruuium libro septimo. Et nos quoque multa in annotationibus nostris ad titu. de fundo instructo vel instrumen. lega. *Pictura.* *Cap.v.*

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. IX. AD PLAVTIVM.

LEX LXXX.

IN generali petitione legatorum, etiam datæ libertates competunt ex mente legis xii. Tabularum.

SVMMARIVM.

1 Generali petitione legatorũ datæ libertates cõpetũt: nisi aliud ex mẽte testatoris deprahẽdatur.
2 Generalis concessio ea non comprahendit, quæ in speciem non concederentur.

IN GENERALI. Hoc accipiendum nisi aliud ex mente testatoris deprahendatur, vt l. licet. & ibidẽ Bar. & doct. ff. de leg. j. Quemadmodũ in generali concessione, non veniunt ea quæ quis alioqui non esset in specie verisimiliter cõcessurus. 1 2

IDEM LIB. X. AD PLAVTIVM.

LEX LXXXI.

CVm prætor dicat, vt opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet: nam verbo restitutionis, omnis vtilitas actoris continetur.

SVMMARIVM.

1 In restitutione damni dati, lucri quoque cessantis actio competit.

CVM PRAETOR. Qui iudicis sententia damnatus est opus factũ restituere, videlicet pristinæ integritati, id ipsum quod absq; aliqua noui operis nuntiatione factum erit destruendo tenetur etiã præstare damnũ datum ob nouũ ædificum. In quo etiam lucri cessantis habenda erit ratio, secundum Alciati calculum. De restituendi verbo, diximus suprà, in l. restituere. 1

IDEM LIB. XIIII. AD PLAVTIVM.

LEX LXXXII.

VErbum, amplius, ad eum quoque pertinet cui nihil debetur. Sicuti è contrario, minus solutum videtur, etiam si nihil esset exactum.

SVMMARIVM.

1 Amplius particula, augendi, æquandi, interdum minuendi, & confirmandi vim habet.
2 Amplius debito stipulatum, obligationem constituit, etiam si nihil antea debebatur.

VERBVM AMPLIVS. Scribunt doctores nostri verbũ amplius, aliquãdo augere, nõnũquã etiã minuere. Vt ecce, qui Titiæ vxori suæ ita legat. Titiæ amplius quàm dotem aureos tot hæres meus damnas esto dare: manifestum est dotẽ etiam prælegasse: videlicet vt præter dotem, aurei legati sint: & ipsos quidem aureos vna cum dote vxor consequatur, sicuti scripsit Iulianus in l. qui ita. ff. de dot. præleg. Quòd si ita scriptum erit. Amplius quàm Titio legaui, hæres meus Seio decem dato: dubitandum non erit, quin & Titio suum legatum maneat: & Seio nihil vltra decem debeatur. Itaque hoc loco, amplius, neq; augere, neq; imminuere videtur: sed solũ adæquare. Nã cùm dixit testator, amplius quàm Titio legaui, videtur tãtũdẽ legare voluisse Seio, neque amplius, quàm Titio legauerat. Quandoquidem & vsitatum 1

Interpretatio l. si seruum §. si ita de leg. j.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vsitatũ est ferè sic legare, Lucio Titio tot, & hoc amplius, vxori & liberis eius tot. Alphenus in l. si seruus. §. si ita. ff. de lega. j. vbi hæc verba, hoc amplius, visa sunt augẽdi vim habere: esseq; perinde ac si dixisset, Lucio Titio centũ, & his amplius: id est supra cẽtũ, vel magis quàm centũ. Quo loquẽdi modo Latini in hũc sensum vtuntur. Cæsar lib. iij. de bello Gallico. Ita cõmutata fortuna, eos qui in spem potiendorũ castrorũ venerant, vndiq; circumuentos interficiunt: & ex hominũ millibus amplius triginta, quem numerũ Barbarorũ ad castra venisse constabat, plus tertia parte interfecta. Et iterũ eodem, quum iam amplius horis sex continẽter pugnaretur, &c, id est magis quàm sex horis. Idem li. vij. belli Gallici. Omnium consensu, hac sententia probata, vno die amplius xx. vrbes Biturigum incenduntur: id est magis quàm viginti vrbes τριάκοντα πόλεις à Græcis. Isæus πόλεσι μὲν ἀπὸ δύο καὶ πόλεις, id est, ipse quidẽ prouentus, duo & viginti mnæ & amplius. Iungitur etiam eleganter accusatiuo. Liuius capta amplius duo millia hominũ: minus duo millia circa muros cæsa. Virg. Aeneid. iij. *sine casu quid.*

Dic quibus in terris, (& eris mihi magnus Apollo,)
Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas?

Item cum genitiuo aliquando ponimus. Vt apud Cæsarem lib. vj. belli Gallici: petunt atque orant vt sibi parcat, ne communi odio Germanorũ innocentes pro nocentibus pœnas pendant: si amplius obsidũ vellet, dare pollicentur, id est plures quàm iam dederãt obsides. Sic si his verbis testator legauerit: Lucio Titio liberto meo amplius centum do lego. cẽseretur ipse testator aliquid vltra eadem centum legasse. Verumtamen quòd ea indefinita oratione dubiũ incertũmq; in quãtitate redderetur legatum, magis est vt hoc loco, verbum, amplius, nihil augeat: sed potius sit confirmationis loco. d. §. si ita scriptũ. Itaq; censebitur ea tantummodò centum legasse. Quòd si legauerit triginta amplius cẽtum, rectè legatũ erit. Quẽadmodum qui vxori centum præter dotem legauit, videtur etiam dotem prælegasse. l. Seio. §. vxoris. ff. de annu. lega Bartol. in d. l. qui ita. ff. de dote præleg. Quid si scripsit ita: lego centum supra dotem, an videatur dos legata? Respondet Iacobus Aret. esse legatam. Nam verbum, supra, includit dotem, sicut verbum amplius. Citat in hãc rem l. diuortio. versi. item si locatio. solu. matri. & l. si vno. §. penult. ff. loca. Sic Bartol. in d. l. Qui ita. vbi tradit in eandem speciem esse scriptum, in l. Seia, cum gloss. de dote præleg. & eundem Iacob. Aret. Idem de dictione vltra, sentire. Sed si ei cui nihil legatum est cum hac adiectione, hoc amplius, aliquid legetur, minimè dubitandum est, quin id quod ita legauerit, debeatur. Multóque minus dubitandum, si ab eo qui nihil mihi debet, ita stipulatus fuero: amplius quàm mihi debes, decem dare spondes? quin decem debeantur. d. l. si seruus. §. si ei cui. ff. de lega. j. Est itaque quod hoc capite iurisconsultus voluit, hoc verbum amplius, ad eum pertinere, cui nihil debetur. Sicuti è contrario, minus solutum videri etiam si nihil esset exactũ. Vide quæ scripsi suprà, in l. Minus solu. *Præter & supra quid important.* *Vltra.*

Iabole

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX LXXXIII.

PRopriè bona dici nõ possunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent.

SVMMARIVM.

1 Bona sunt propriè quæ cùm semper prosint nihil vnquam habent incommodi.
2 Quæ nulli vsui esse possunt, in bonis non sunt habenda.

PROPRIE. Diximus suprà quemadmodũ ex proprio, aut improprio vsu ἢ κατάχρησιν, sint verba accipiẽda: & quid propria bonorum appellatione veniat in l. bonorum. & in l. subsignatum. §. bona. & in l. princeps bona. hoc ipso titu. Sed nũc traditur expresius, non posse ea bona dici quæ potius nobis sunt detrimento & incommodo, quàm vel vtilitati vel auxilio: cùm ideo bona dicta sint quòd beent homines, id est beatos efficiant: quod ipsum latius suprà attigimus. Sunt autẽ verba propria, quæ id significant in quod primo denominata sunt, translata, cùm alium naturâ intellectum, alium loco præbẽt, authore Quintiliano libro primo Institutionum orato. cap. x. Propria autem secũdum Logicos, (quod quadrisariã diuisit Porphyrius) est quod in sola totáque specie, idque semper intelligitur: vt in homine natum esse ad risum: in equo, ad hinnitum. Et hoc est proprium quarto modo ex ipso Porphyrio. Eodem exemplo, bona licet appellare propria significatione quæ semper prosunt & eadem sunt possidenti vtilia: sed quæ ne minimum quidem habeant incommodi, Græci χρήματα dicunt fortunæ copias, & bona facultatésque hominum, seu res sint immobiles, seu mouentes sese τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ, κτήματα, βοσκήματα, τὰ ὑποζύγια τὰ ὄντα παρὰ τὸ χρήσιμα εἶναι: ἢ παρὰ τὸ χρῆσθαι secundum Etymologicum ab vtilitate vel vsu ἀπὸ τ χρήσεως. Quocirca, quæ nulli vsui, nulli itẽ sunt vtiltati, in bonis habenda non esse cõstat.

Propria verba quæ. Translata.

Proprii à Porphyrio.

PAVL. LIB. III. AD VITELLIVM.

LEX LXXXIIII.

FIlii appellatione, omnes liberos intelligimus.

SVMMARIVM.

1 Filius ἀπὸ τῆς φύλης, vel à filo. i. imagine patris, vel à Græca voce υἱός, vel verbo ὕω, vel potius à verbo φύω, quod est nascor, deducitur.
2 Pater nomen religionis, dignitatis, & reuerentiæ, ad tritauos vsque, & omnes qui ante fuerunt extenditur.
3 Filij appellatio ad omnes descendentes deducitur.
4 Nepotes dicuntur, in infinitum posteri.
5 Cùm inter virum & vxorem agitur de liberis, ij intelliguntur qui ex ipsis nati sunt.

FILII. Filium plerique ἀπὸ τῆς φύλης dictum existimant, quòd nullus æquè censeatur amor ac inter patrem & filium, nullus item esse debeat: vnde Cice. ad Atticum τέρψιν φυσικὴν ἔνεκα παρὰ τὰ τέκνα dixit, id est, erga filios genuinam & naturalem beneuolentiã esse: quod Alciato non placet: putátq; potius à sermone υἱὸς addito, ex more

Filius quid & vnde.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ex more Aeolico digamma: vt sit Fυός, vnde forsan Picardi suum verbũ, fieux, desumpserunt. Ego verò filium à filo deductum magis arbitror, quòd sæpius filij faciem formámque patris aut matris referre soleant, vt Virgil. de Ascanio puero, Astyanactis imaginem referente. *Aeneid. li. iij.*

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Nam & filũ id aliquando significat, & lineamenta faciei. Aulus Gell. lib. xiiij. noctium attica. Cõdignè (inquit) mehercule, & condecorè Chrysippus in librorum qui scribuntur περὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, primo, os & oculos Iustitiæ vultúmq; eius seueris atque venerãdis verborum coloribus depinxit. Facit quippe imaginem iustitiæ, fieríque solitam esse dicit à pictoribus rhetoribúsque antiquioribus ad hunc fermè modum, forma atque filo virginali, aspectu vehemẽti & formidabili, luminib⁹ oculorũ acribus neq; humils neq; atrocis: sed reuerẽdæ cuiusdã tristitię dignitate, &c. Vel dicitur à filo filius, quòd ipse ex patre progenitore, veluti filũ quoddam ducitur. Theodoretus libro primo ἐκλογῶν ἱστορίας, καὶ κατὰ τὸ τύπο, καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς πιστεύομεν. ἀπαύγασμα γὰρ ἐστι καὶ χαρακτὴρ τοῦ πατρικοῦ ὑποστάσεως, idest. Et secũdum hoc ipsum, atque etiam semper filium ex patre esse credimus. Quandoquidem forma est & splẽdor paternæ substantiæ. Sed de filio Dei intelligit. Quapropter mihi quidẽ sanctè videtur Plato libro sexto de repub. τὸν περὶ δικαίου dixisse Solem boni filium, id est imaginem summi Dei patris primam: vt super hunc visibilem imaginariúmque filium posis inuisibilem & archetypum contemplari, secundum Marsilij ficini commentum. Sed & Euripides dixit filios parẽtum esse animam. Et Aristoteles in Moralibus, vincula & nexus parentum filios. Poëte prætęrea, vt author est Gellius libro xv. appellarunt virtute, prudentia, & viribus præstantissimos, Iouis filios: vt Aeacũ, Minoa, & Sarpedona. Ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, & Cercyona, & Lestrygonas. Cæterùm υἱὸς à Græcis, id est filius, λέγεται παρὰ τὸ ὕειν τὸ βρέχειν, ὁ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς ὂν ἀλληλοφόνος. Quæ verba proluere, rigare, potare, & pluere significant: propterea (ait Etymologicus) quòd & patris & matris est gaudium & lætitia, filius. Quam Etymologiæ rationem non satis hercule perspectam habeo. Crediderim, quòd rectius υἱὸς ἢ ὑιὸς, ἀπὸ τοῦ φύω ἢ τὸ γεννῶ, φυὸς ἢ υἱὸς, dicatur: quasi satus & genitus. Vnde Virgilius.

Cap. iiij.

Iustitiæ imago.

Cap. iiij.

Sol boni filius, quare dictus.

Aristo. libr. viij moral.

Aul. gel. xv. cap. xxj.

Iouis & Neptuni filij qui.

Vnde.

– Sate sanguine diuum.

Tros Anchisiade.

Vnde etiam & φύσις, quòd semper nasci aliquid faciat. Est igitur filius, φυὲν τε τέκνον, ὑιὸς, qui ex patre matréque satus prodiit: hinc pater sator & genitor dicitur.

Subit (inquit Virgil.) *Chari genitoris imago.* Et rursus.

Hominum sator atque deorum, De Ioue omnium patre loquẽs. Quare nõ immeritò & Latini patrẽ dixerũt: quòd (vt ait Varro optimus linguæ Latinæ author) patefaciat semen. Nã tum est conceptũ & idem cùm exit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance Tours

quod oritur. Græcis autē πάλιν: id est, παῖδας τεκῶν, filios seruans, apud Etymologicū authorem. Qua ratione rectè Deum, Patrē vocamus, quòd omniū & sator sit, & seruator. Nam, vt ait Hermes trismegistus in sermone ad Aesculap. Pater est ob eā causam quòd omnia gignit. Patris enim officiū est omnia generare. Antiqui autem Deos, patres vocabāt. Vnde apud eos nomē religionis erat, quemadmodū & dignitatis, & reuerētiæ: vt qui Senatores patres appellārēt: quos Romulus cētū numero, reipub. curę prę fecerat. Significat etiā pater, proauos, tritauos, abauos, maiores, & qui multis ante nos sæculis extiterunt. Vnde à patribus nostris accepisse dicimus, id est ab antiquis & maioribus. Itaq; cùm pater directo ascendentiū gradu, ad auos, tritauos, & vltra, protrahi soleat, Filius è contrario, in recto descendentium tramite ad nepotes, & trinepotes extenditur. Vnde in sacro CHRISTI Euangelio scriptum est IESVM CHRISTVM esse filium Dauid, filium Abrahā. Et alio loco, de Iudæis CHRISTVM alloquētibus his verbis ὑμῶν πατὴρ διάβολος ἐστιν. Pater noster Abraham est: cùm tamen ipse pater Abraham, atq; etiam Dauid infinitis propemodum ante ipsos sæculis extiterint. Quod D. And. Tiraquellus in tractatu, de iure primigeniorum etiam adnotauit. Ergo filiorum appellatio ad nepotes, id est ad posteros in infinitum καὶ πάλιν ἀπόρρητον protenditur: hoc enim nepotis verbum significat. Horatius lib. Epod. Od. vij. in bellum ciuile.

Pater quid & vnde.

Math. j. Ioan. viij.

Quæst. 40. numc. 57.

Nepotes qui.

Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Et Virgilius libro ix. Aeneid.

Attollens humero famámque & fata nepotum.

Et alibi libro sexto.

At pater Anchises penitus conualle virenti
Inclusas animas, superúmque ad lumen ituras
Lustrabat studio recolens: omnémque suorum
Fortè recensebat numerum: charósque nepotes.

Seruius hoc loco, nepotes, posteros interpretatur: quemadmodum per nurus (inquit) fœminas dicunt. Cùm itaq; Paulus hoc loco tradat filiorū appellatione omnes liberos intelligi, verbo autem liberorum, nepotes & pronepotes cæterósq; qui ex eis descendunt, contineri Callistratus libr. ij. quęstionū scripserit. l. Liberorū. infra hoc titu. Sanè cōsequens est, vt etiā dicamus filiorū nomē ad nepotū pronepotúmq; significationē extēdi, & posteritatem denotare. Idē quoq; scripsit Iulianus in l. iusta. infra, hoc tit. & l. Natorū appellatio. in summa, quēadmodū nomine patris & matris omnes in directa linea ascēdentes cōplectuntur, sic omnes in infinitū descendentes filiorum appellatio latè compræhendit. Quæ fuit Innocentij sentētia in cap. Si verò, sub fin. de senten. excom. Et hæc quidem sic accipienda sunt, nisi vel ratio, vel loquendi vsus aliud suadeat. Nam (Iulianus ait) cùm vir vxori quandocunq; liberos habebit, fundum legat, si mulier diuortio facto liberos ex alio procreauerit, deinde soluto secundo matrimonio,

Nurus pro fœmina ali quando.

Liberorum appellatio.

Limitatio supradictorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

monio, ad priorem maritum redierit, non intelligitur impleta conditio: quod testatorē verisimile non est de his liberis sensisse, qui se viuo ex aliis suscepti fuissent. l. Cùm vir. ff. de condit. & demonstra. Quo loco censuit Bartolus, cùm inter virū & vxorem de liberis agitur, de filiis ex suo matrimonio natis intelligendum esse. vt. l. si inter. ff. de pact. dota. Ergo ex sermonis proprietate nepotes filiorum appellatione non veniunt: sed κατ' ἐξοχὴν & per interpretationem. Quod Alciatus rectè adnotauit in hunc locum.

MARCELLVS LIB. I. DIGEST.

LEX LXXXV.

NEratius priscus tres facere existimat collegium: & hoc magis sequendum est.

SVMMARIVM.

1 Collegia, à colligendo seu coëligendo dicta.
2 Collegiorum quædam licita, quædam non.
3 Artificum collegia sublata sunt constitutione regia.
4 Sorbonæ collegium non à sorbendo, sed à sorte bona dictum.
5 Totquatorum equitum collegium apud francos, regalis est ordo.
6 Magistri libellorum supplicum formula, seu alia causa cassos, verbis principalibus restituunt.
7 Collegia sine rectore legitimo coëuntia, conuenticula, & monopolia, iure sunt prohibita.
8 Illicita collegia capitis pœna puniuntur.
9 Collegium ecclesiasticum duo constituere possunt: prophanum tres.
10 Collegium ex ecclesiasticis, & prophanis mistum ab ampliores facultatis parte nomen, & authoritatem sumit.
11 Omnis ecclesia cathedralis, sodalitia vel collegiata dici potest, non contrà.
12 Cathedralis ecclesia sacerdotio sodalitio ecclesiæ collegiatæ annecti potest.
13 Ecclesia collegiata est quæ multis sodalibus, & vno rectore constat.
14 Ecclesia quondam actu collegiata, nunc solo nomine, eadem nihilominus censetur, nisi collegium superioris authoritate fuerit destructum.
15 Conuentualis ecclesia, pro collegiata non censetur in rescriptis ac mandatis.
16 In rescriptis beneficialibus exactissima fieri debet interpretatio.
17 Mandatum vel rescriptum in dubio non extenditur ad improprium significatum.
18 Mandatum de beneficio simpliciter & absolutè, sacerdotium curæ animarum non continet.
19 Conuentualis ecclesia propriè est monachorum, & regularium, collegiata verò secularium, neque cathedralis, neque regularis.
20 Monasterium vnius monachi habitatio esse potest: cœnobium non nisi plurium.
21 Cathedralis ecclesiæ appellatio generalis est, & reliquas omnes cōtinet, episcopalis verò neutiquam, quæ sacerdotia, præbēdas, dignirates, & ecclesiatū cathedraliū munera nō cōtinet.
22 Collegium, corpus, vniuersitas capitulum: idem significant.
23 Capitulum vnum est positio vnius facti cum suis qualitatibus, diuersa capitula sunt pluta diuersis facta temporibus.
24 Ex multis capitulis in eodem instrumento connexis, ac inuicem dependentibus vnum cassum, cætera irrita facit.
25 Capitulum est rerum summa, columnæ caput, paruum caput, particula opusculi.
26 Capitularij, seu capitulares sunt Magistratus publici, qui in ciuitate capitulata leges statuunt, aut emendant, & de capitalibus causis cum iudice regio pari iure quærunt.
27 Capitulum nomen, est collectiuum.
28 Canonico sacris non initiato, nec capitulo adesse, nec suffragium dicere fas est.
29 Episcopus de capitulo esse propriè non censetur, sed decanus.
30 Res ecclesiæ alienare inconsulto capitulo non potest episcopus, nec episcopo capitulum, nisi sint mitiimi momenti.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

31 Episcopo res ecclesiasticas vendente, taciturnitas capituli pro consensu iudicatur, in alienatione ad tempus facta, aut minimi momenti.
32 Concessio ad vitam dicitur perpetua.
33 Post factam rei ecclesiasticæ alienationē, capitulum intercedere, aut confirmare potest in alienatione ad tempus, non in perpetua.
34 Solutio rei quæ ecclesiæ debetur, fieri debet capitulo & episcopo vero, non intruso.
35 Episcopo non licet personas ecclesiasticas de dignitate deiicere, nec etiam euehere, nec ecclesiastica negotia conficere, sine capituli consensu.
36 Canonici sunt fratres episcopi, vt Cardinales Papæ.
37 Consuetudine peruersa se tueri non potest episcopus contra sanctiones patrum.
38 Episcopo non licet vnius ecclesiæ fructus alij concedere, etiam volente patrono, nisi authoritate summi pontificis.
39 Præpingui ecclesiæ annua pensio ab episcopo imponi potest, ad alendos religiosos, eximiósque vitos modo reliquum satis sit.
40 Ecclesia alienatur quando alteri ecclesiæ perpetuo conceditur. vnitur autem cum in sacra, & prophana potestate altera alteri, vt matri filia subiicitur.
41 Vnio ecclesiarum ob bonam causam facta, si postea fuerit damnosa, dissolui potest.
42 Episcopalis sedes vacat, cùm episcopus dira proscriptione subnotatus, aut summotus est, aut cùm episcopatum occupat ab alio, quàm abs quo oportet collatum.
43 Sede vacante ne aliquid innouetur.
44 Sede vacante sacerdotia ad episcopi collationem spectantia, nec à capitulo nec ab archiepiscopo conferri debent, sed à papa.
45 In sacerdotiis promiscuæ collationis altera parte vacanti, ad alterum ius deuoluitur.
46 Episcopo non extante potest capitulum per omnem diœcesin visitationis prouinciam capessere.
47 Capitulum ea exequitur quæ iure communi episcopo competunt, at iure speciali nequaquam.
48 Ad collegium statuendum tres esse oportet, vt tertius dissidētiam tollat, à maiori parte cuius arbitrio statur.
49 Populus decem personis vt minimum constat.

Collegium quid & vnde dictum.

NERATIVS. Collegium â colligendo dictum, tradit gloss. in cap. j. extr. de vsu. in verb. collegium. Vnde collegas dicimus eos qui simul habitant, quasi vnà se colligant. gloss. in l. j. ff. quod cuiusque vniuers. quæ etiam M. Varronis sententia est. Eam tamen non satis probat Alciatus, qui ab eligendo collegas dictos, quasi in idem munus coëlectos, mauult: & qui eiusdem sunt potestatis, vt scribit Vlpianus in l. collegarum. infra hoc titu. quos συνάρχοντας Græci appellant. At Theodoretus Cyrenensis passim in suis historiæ ecclesiasticæ libris τοὺς ὁμόφρονας καὶ ὁμοψύχους συλλειτουργοὺς appellat, id est concordes consentientésque collegas. Videtur itaque à colligendo dictum verbum collegij, & collega apud Latinos, sicut apud Græcos συλλειτουργὸς παρὰ τὸ συλλέγειν, quod apud eosdem colligere significat: & ἔργῳ, opus, à quo τοὺς συλλειτουργοὺς dicunt, quasi ad idem opus collectos & accersitos, collegas. Quapropter vt Vlpiani & Alciati sententia verior mihi videtur esse, ita melius συλλειτουργοὺς puto dici eiusdem muneris & administrationis collegas: sicut erant Consules Tribuni Plebis, & similes. Etenim, siue ἀπὸ τοῦ ἔργου aut τῆς λειτουργίας dicatur, vtrunque ministerium, officium & functionem significat: authore magno illo Budæo in Commentariis linguæ Græcæ. Qua ratione συνωμοτικωτάτοις, ac collegia, sunt in quibus qui dant nomen, eliguntur, teste Alciato in d. l. collegarum. Sed collegiorum quædam sunt licita & lege probata, qualia sunt ea quæ pro ciuili hominum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

minum societate, & in artificiis antiquitus comprobatis authoritate publica fiunt, vt tradit Zasius in d.titu. Quod cuiusque vniuersit. ad princip. l. fin. ff. de iure immu. veluti collegia fabrûm, qui arcendis incendiis instituti sunt: Dendrophorûm, Centonariorum, Mastigophororum, & alia quæ hîc recensentur ab Alciato, & libro primo prætermissorum, quæ etiam Alexander ab Alexan. Gen. dierum lib. primo, commemorat de fratribus arualibus à Romulo primùm institutis. Qui quidem sic appellantur, quòd socij essent, & ferè pares, agresti & pastoritia sodalitate coniuncti: quique mutua charitate & fœdere nexi forent: Solduni apud Aquitanos, qui postea ab Aegyptiis vsurpati, συσσιτιόσοφοι. id est, commorientes, nominati sunt. Tum demum sodales Titij, & Augustales sodalitates. Adhæc Saliorum collegia, quorum tanta fuit dignitas, vt nullus in eum honorem admitteretur, nisi qui ex patriciis, & liber, & ciuis patrimus esset. Arualium siquidem fratrum collegium duodeno numero constabat: cuius sacerdotij insigne, spicea corona erat, & albæ insulæ, vt est apud Aulum Gellium libro sexto noct. attica. Sacra illi publica faciebant. Propterea vt fruges ferrent, à ferendo, & aruis, fratres aruales dicti sunt, authore M. Varrone in lib. de lingua Latina. Hęc autem collegia Cicero etiam Sodalitates appellat. Is in libro de senectute sic inquit. Primùm habui semper sodales. Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt sacris idæis magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè: sed erat tamen quidam feruor ætatis, qua progrediente omnia in dies fiunt mitiora. Sunt item alia his temporibus collegia quæ rei sacræ gratiâ coëunt: & ea quidem sunt Scholæ, & quæ Confratriæ appellantur: quas Budæus καθαχρησῶς dici putat ab eo quòd fratres sint illi, inter quos cultus ille sanctorum quorundam intercedit: sed propriè Phratrias nominandas esse ἀπὸ τῆς φρατρίας. Sunt autē (inquit) Phratriæ apud Aristotelem, conuentus quidam hominum aut etiam conuenticula, quasi pagi, propria sibi sacra peculiariáque communiter habentium: ab eo dictę Phratriæ, quòd communi puteó vtantur, quod Græcè φράτ. Phratores autem Græcè dicuntur, id est eiusdem phratriæ, vt Tribules. Hodie (dicit idem Budæus) epulones coëpulonésque dici fortasse possunt: vt qui plerunque epulandi magis quàm diuini cultus gratiâ conueniant, more Gentilium epulonum. Quare hæc nostris quidem temporibus, lege regia haud immeritò sublata sunt & abrogata. Itaque nec pistorum collegium (quod Accursius in l. qui in collegio ff. de excusa. tuto. licitum esse tradit) nec alia rursus fabrorum & artificum collegia ac Sodalidates magis hodie licent, quàm vel Regio indultu, vel summorum iudicum permissu & authoritate comprobatæ sint. Dicimus præterea Mathematica collegia in Achademiis: veluti inclytæ Lutetiæ: vbi scholastici propemodum innumeri, disciplinarum literarúmque gratiâ coëunt, & ad capiendum ingenij cultum con-

Cap. xxvij

Collegia fratrum arualiuum Solduorũ Saliorum.

Aruales fratres.

Cap. vij.

Sodalitates

Scholæ confratria.

Phratria.

Phratores.

Tribules.

Constitu. Francisci primi An. 1539 arti. 185.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cedunt. Sed & sacrum Sorbonæ collegium appellamus præclarissimam 4
illam Theologorum coronam arcémque munitissimam, in qua fortissima sacrosanctæ nostrę fidei præsidia aduersus acerrimos ecclesiæ hostes collocata sunt. Propterea, non à sorbendo (vt quidam ἀλόγως ac hæreticæ prauitatis architecti ἰδιωτῶν voluerunt) Sorbona dicenda est: sed quòd in ea probi illi viri sortem bonam elegerint: docendi videlicet verbi DEI, fortitérque aduersus hæreses pugnandi munus ac conseruandæ christianæ persuasionis prouinciam. Est & collegium tor- 5
quatorum, id est, equitum ordinis: quos Rex noster gestamine suo regióque insigniuit, & quorum est caput. Quod quidem à rege Ludouico huius nominis vndecimo primùm in ciuitate nostra Turonensi institutũ fuit, anno 1469. Appellauit quoque Guliel. Budæus ordinem illum magistrorum libellorum supplicum collegium: quorum inter alia, munus 6
est, verbis principis eos restituere qui formulis ceciderunt, aut captiunculis forensibus circunscripti, aut inconsulti à simplicitate lapsi sunt: aut culpa aduocatorum, aut cognitorum incuria, aut conniuentia gratiosa, aut sordida, aut aliâs collusoria culpa in fraudem peremptæ litis aut desertæ inciderunt: cum eo quòd capitalium criminum & reis & damnatis gratiam faciunt, ad famæque integritatem restituunt, verbis illa quidem principalibus: sed arbitratu suo indulgentes etiam singulorum: siquidem horum magistrorum singulos adiri contigerit. Qui equidem ob eam rem (ait ipse Budæus) instituti sunt, vt in prætorio sedentes, libellarias postulationes cognoscerent, ad principémque iisdem de rebus referrent, siquidem res principalis esset cognitionis: vt multa sunt hodie quæ Principem iubere, vt olim Populum Roma. oportebat: à quo populo translata est ad reges potestas lege regia. Cæ- 7
tera denique collegia, quoniam maioribus semper suspecta fuere, neq; multitudinem vnquam sine rectore legitimo coire voluerunt, prohibita sunt tanquam illicita: vt quę contra ciuiles mores, & ad seditiones concitandas tantùm inita videantur, neque ea sint legibus comproba-
ta: quę conuenticula propriè & clandestini conuentus nominantur, & monopolia. Bartol. in l. fin. de colleg. illici. & ibidem etiam Alexand. Innocen. in cap. cùm ab ecclesiarum. gloss. sua. j. in verbo prælatis. de offic. ordin. Abbas in cap. dilecta. de excess. præla. Quapropter ea ipsa colle- 8
gia capitis pœna sanciri solent. l. j. & ij. C. de seditios. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. confug. l. j. ff. de colleg. illici. cap. coniurationum. xj. caus. quæst. j. At verò quę quondam Romę collegia sublata fuerint quæ aduersus rempub. videbantur esse, qualitérque postea restituta sint, tradit Ascon. Pædianus in oratio. contra L. Pisonem. Sed cùm existimauerit Neratius tres collegium facere, quęras fortasse, quot personę collegium efficere possint? Et hîc sanè distinguendum erit profanorum seu laicorũ collegium ab ecclesiastico. Nam ecclesiasticum, 9
duobus

Collegia prohibita quæ.

Conuenticula. Monopolia.

Collegium quot personæ faciant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

10 duobus constare posse dicit Cardin. Clem. ij. quæst. xiiij. de rescript. Quid si collegium ex ecclesiasticis & prophanis coactum sit & cõpositum, quo iure censeri debeat? Licitúmne, an verò illicitum? prophanum, an ecclesiasticum? Siquidem prophanorum ampliores sint facultates quàm Clericorum, prophanum censeri debere scribunt Abbas & Fel in. in c. ex literis. ext. de constitu. Prophanorum autem collegium non aliâs probandũ erit quàm si tribus constet: tametsi T. Liuius duorum consulum collegium aliquando dixerit. Sic collegiatã ecclesiam Nomothetæ pontificij dicunt quæ tribus tantũ Canonicis constat: quemadmodum collegiũ monachorum, duobus tribúsve monachis. c. j. de elec. per glo. in c. j. in verb. congregatio. j. caus. quæst. j. iuxta illud Euangelij. Quoties duo aut tres conueniunt in nomine meo, ego sum illorũ medius. At verò in Cicero. lib. iij. de legi. decem, collegiũ dixit. Quod enim est (inquit) tam desperatũ collegiũ in quo nemò è decem sana mente sit? Quærat forsan aliquis, an Cathe-
11 dralis ecclesia, sodalitia seu collegiata dici aliquando possit? Et quidem posse, certissimi iuris est. c. nouit. & c. seq. de his quæ fi. à præla. Conuersim tamen, non omnis collegiata, cathedralis est. Cardi. in Clem. vt hi. in ij.
12 quæst. de æta. & quali. Veruntamen cathedralis ecclesia, sacerdotio alicuius ecclesiæ collegiatæ annecti potest. Quæ autem sit huiusce rei ratio, & qualiter id fiat, abundè copioséque disputat Geminia. in c. is qui. de fi-
13 liis presbyter. Sed tandem quod ad collegiatam (sic loquuntur illi) ecclesiam attinet, ea in summa dicitur esse quæ multis continetur sodalibus seu Canonicis in vnum coëllectis, rectorem & superiorem vnum habentibus qui eorum omnium sit caput, ipsi verò membra. Glo. in c. Statutum. in verb. collegiatas. de elect. & elect. pot. Eos præterea sodales seu Canonicos (vt ecclesiam sodalitiam & collegiatã faciant) decet communi sigillo vti. cap. significauit. de appella. tractum communem habere. ca. tertio loco. de probation. arcam denique communem. l. j. ff. quod cuiusque vniuersi. Videbis de hac re latissimè in Breuiario clementinarum. titu. de elect. Clemen. statutum. conclusion. ij. & apud Felin. Sandæ. in cap. attendentes. de præscrip. vbi cum Alexandro in consilio ccccl vij. incipien. visis & ponderatis, cõcludit, quòd ecclesia quæ quondam actu collegiata fuit,
14 nunc verò habitu tantùm collegium habeat, collegiata tamen non desijt dici: nisi superioris mandato & authoritate collegium fuerit destructum. Et hæc quidem in dubio intelligenda sunt. Sed si planè constet, consuetudine, fundatione, seu priuilegio ecclesiam collegiatã esse, his proculdubio qualitatum circumscriptionibus fore standũ Doctores nostri adfirmant. Sed quid si generatim mãdabitur ecclesiis collegiatis, prouideri de aliquo beneficio (his autẽ Gothicis verbis, & quidẽ ad rem pertinentibus modò
51 mihi vti liceat) an etiã conuentualis intelligere debeamus? Et verius est vt nõ debeamus. Etenim quãuis collegiata nonunquã cõuẽtualis dicatur, id tamẽ de iure tantũ, nõ autẽ de cõsuetudine & cõmuni loquẽdi vsu pro
16 cedit. Atq; in rescriptis beneficialib⁹ exactissima debet fieri interpretatio.

Collegiata ecclesia quæ

Collegiata ecclesia quo modo cognoscitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Gloss.in §.non tamen intendit.in verb.præbendas.Tit.de collatio.in pra-
gmati.sanct.Et in dubio mandatum,secundum communem vsum intel- 17
ligendum erit:nec alioqui translatitiam interpretationem admittet, prō-
pter improprium.Vt cùm in aliqua diœcesi mandatur de sacerdotio seu
beneficio prouideri,non intelligitur de sodalitio sacerdotio,seu præben-
da,in ecclesia Cathedrali.c.Quamuis.le prem.de præb.in vj.Ideò expres-
sione opus erit.Neque si de beneficio aut dignitate simpliciter & absolutè 18
mandatur,comprehendetur beneficium curatum,aut dignitas curata (vt
vocant.)Maior enim industria & scientia requiritur, propter animarum
curam.c.cùm sit.de ætat.& qualit.iuncto ca.cùm in cunctis. de elect. nisi
cura esset illi dignitati vel beneficio annexa.c.super eo.de præb.& digni.
in vj.c.Extirpandæ.§.qui verò.eo.tit. Aut nisi exprimeretur collegiatam
esse aut conuentualem.Itaque conuentualis ecclesia,dicitur propriè Mo- 19
nachorum & regularium:generali tamē verbo potest ad cathedralem &
collegiatam transferri.c.nobis.de iur.patr.Sed propriè Collegiata accipi-
Conuentualis ecclesia. tur pro collegiata sæculari,& quæ neque Cathedralis sit,neque regularis.
Glos.in c.j.in verb.Collegiatis.de elec.in pragma.sanct.Sed & conuentus
à conueniendo dicitur,propterea quòd omnes eò cōueniant.c.j.xv.distin.
Conuentus quid. quemadmodum Cœnobium, locus vbi communiter viuitur: quasi κοινὸν βίου. Et κοινόβιον Aulo Gellio lib.j.noct.attica. dicitur vitæ fortunarūmque
Capix. communitas.Conuentum autem,Cœnobium ac monasterium idem esse
dicit Abbas Panorm.in c.tua nuper.de his quæ fi.à præl.Quod tamen Isi-
doro aliter videtur.Ille enim ex Cassiano scribit ita Monasterium à Cœ- 20
nobio distingui:quòd monasterium posit etiam vnius monachi habitatio
nucupari:Cœnobium autem non nisi plurimorum.Cui ego sententiæ lu-
bentius subscripserim:cùm ipsa verba græca idipsum apertè significent:
hōcque Panorm. Abbas græcanicæ linguæ propemodū ignarus nō intel-
lexit.Nihilominus nō tam ob cōmunem viuendi,id est,epulandi, rationē,
cœnobium appellarunt ipsi,quā cōmunis amicitiæ gratiā coēundi.Neque
verò ipsorum cōuiuiorum delectationē voluptatibus corporis magis quā
cœtu amicorum metiri debemus.Bene enim (ait Cicero in lib.de senec.)
maiores nostri accubationem epularum,quòd amicorum & vitæ coniun-
ctionem haberet,Conuiuium nominarūt,quam Græci,qui hoc idem tum
Conuiuium quare sit dictum. compotationem (περὶ συμποσίων) tum concœnationem vocant:vt quod in
eo genere minimum est,id maximè probare videātur.Quippe Cathedra- 21
lis ecclesiæ appellatio generalior est:nam reliquas omnes cōtinet.;At verò
episcopalis,ad collegiatæ & Cathedralis ecclesiæ nomen non pertinet:ne-
que sub ea compræhenduntur sacerdotia sodalitia seu præbendæ,digni-
tates,& ipsarum cathedralium ecclesiarum munera atque officia.d.gloss.
c.j.tit.de elect.in pragma.sanct.in fi.gl.Cùm igitur de rebus ecclesiæ con-
stituendi gratiā, sodales seu Canonici coēunt, collegium seu capitulum 22
congregari, ab illis dicitur. Nam idem erit si dicas collegium, corpus,
vniuersitatem,& capitulum, vt vult Zasius in dicto titul.quod cuiusque

vniuers.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vniuerſ.per Felin.in cap.edoceri.de reſcript.& in c.ſacroſancta.de elect. Text.in c.j.xv.diſtin.Sed hoc lata quidem ſignificatione:quemadmodum etiam pro articulo nonnunquam ſumitur,vt not. Paulus Clem.j.de rebus eccleſ.non alien.Et ſcribit Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſiit.ff.de libera.le
23 gat.vnum capitulum, eſſe vnum factum cum qualitatibus ſuis,ſeu plura connexa.Vt cùm dicimus: promitto tibi decem ſub conditione:hoc eſt (inquit ipſe) vnum capitulum, id eſt,vna confeſsio ſic qualificata. Sed ſi dicatur:Promitto tibi decem pacto incontinenti appoſito,quòd mea cauſa Romam proficiſcaris,hæc ſunt plura capitula connexa.Diuerſa autem capitula, ſunt plura diuerſis facta temporibus.Gloſſ.l.ſiquidem.C.de acceptilat. Ad hæc, ſi incontinenti ſunt plura facta,quorum vnum ad determinationem alterius non accedit, ſed quodlibet eorum à ſe ipſo pendet,tunc diuerſa ſunt capitula.l.etiam.§.j.ff.de minorib.l.ſcire debemus. de verb.oblig.Bald.in l.ij.verſic.dic cùm quæritur.C.de re iudic.Iam verò ſi plura ſint in aliquo inſtrumento capitula connexa, & vnum alij accederet, eſſétque acceſſorium,an vno eorum quaſſato,cætera connexa
24 acceſſoriáque quaſſari debeant? Et Innocen.in cap.fraternitatis.de hæreticis, quaſſanda eſſe cenſet, ſecus autem ſi diuerſa ſint & ſeparata.argument.l. etiam.ff.de minorib. & l.cum ac.ff.de negotiis geſtis.Vel diſtingue,vt Innocent.in capitulo ex literis.de fide inſtrum. Qua de re,capitulum dici puto,quòd multos, ſeu multa tum ſimilia, tum diuerſa ca-
25 piat & complectatur. Significat etiam capitulum, quod Græci κεφάλαια, rerum ſummam:vt apud Iſocratem κεφάλαια τῶν ἐγκωμίων. Vnde & κεφαλαιοῦν, κεφαλαίωσις in ſummam colligere dicunt.Eſt præterea capitulum Plinio, caput co- Cap. iij.
» lumnæ, & apud Vitruuium libro tertio. Capituli autem (inquit) craſ-
» ſitudo ſic facienda,vt ex nouem & dimidia,tres partes præpendeant infra
» aſtragalum ſummi ſcapi. Et paulò pòſt. Hæ erunt ſymmetriæ capitulorum, quæ columnæ futuræ ſunt ab minimo ad pedes quindecim. Ibidem Puluinus
vocat capitula puluinata, id eſt, Ionica,à puluino,quem interpretamur quid.
partem quæ inter abacum & echinum eſt,vnde volutæ propendent. Capitulum etiam eſt apud Terentium,& Plautum,paruum caput: & particula opuſculi ab Vlpiano dictum.l.j.de teſtamen.milit. Neque ego quoque prætermittam,quod Guliel. Benedic.in capitulo Raynutius.in.verb.
26 Et vxor.no.adelaſ.vocat. Capitularios eos qui in ciuitate capitulata leges
31 aut ſtatuunt, aut emendant: ac eas ipſas quidem leges vel capitula ab ipſis capitulariis propoſita conditáque ſeruari iubent,perinde ac ſi tota vniuerſitas illa tuliſſet. Habentur Tholoſæ huiuſcemodi Capitularij ſeu Conſules, qui κατ' ἐξοχὴν, Domini de capitulo vocantur: quique in ciuitate ac ſuburbiis ius habent, totóque (vt vulgò dicunt) gardagio, merum miſtúmq; imperium: & cũ Viguierio de quibuslibet cauſis capitalibus,& criminibus in ciuitate Tholoſana & toto gardagio admiſsis pa- Capitularij
ri iure quærũtur,ſũntq; (vt dicitur)concurrentes.Credo autem eam ob rem Tholoſ.
Capitularios dictos eſſe à capite,quòd capitalium rerum ſint Quæſitores.

Permultas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Permultas equidem significationes habet capitulum:sed propriè à pontificiis Nomothetis significat ecclesiam sæcularem.Not.in ca. significatum. de præb.& dignit.ext.Quòd si velis omneis huiusce dictionis significationes adamussim persequi,vide Cardin.Clem.j.de reg.iur.ad princ. & Bal. in l.fin.ad princip.C.de impube.& aliis substit.Vbi multa de collectiuis nominibus scitè subtilitérque commentatur.Nam capitulum nomen collectiuum est:quod quamuis singulari numero proferatur,denotat nihilo 27
minus multitudinem Canonicorum. Et diximus Capitulum significauerunt:vt apud Virgilium, *Pars in frusta secant*,vt patet ex cap.significauerunt.de excep.c.in causis.de elect.& tradit Abb.in c.capitulum.de rescri. Sic etiam Canonicos plurali numero,pro capitulo plerunque accipimus. Vt si legatum quid fuerit Canonicis,& toti sacro Sodalitio seu capitulo censetur relictum:quemadmodum ciuibus, id est, ciuitati.l.ciuibus.ff. de reb.dub.Et Virgil.libro secundo Aeneid.

Inuadunt vrbem vino somnóque sepultam.

Vrbem, id est,ciues,inquit Seruius in eum locum.Ideò cùm capitulũ aliquando eum locum significet vbi Canonici conueniunt,vt in c.in causis.de elect.frequentius tamen, & ex proprio accipitur pro corona,collegio,& comitio seu congregatione canonicorum,& Sodalium coëuntium qui mutuò se se fratres & confratres appellant: idque bona ratione. Nam antiquitus in primitiua ecclesia(vt dicunt)atque initio nascentis Ecclesiæ, Christiani omnes fratres appellabantur.Etenim fratres propriè dicuntur qui vno eodémq; parente nati sunt. Atqui omnes Christiani vnum patrẽ habent, DEVM scilicet,communem nostrum omnium patrem.Sunt ergo omnes fratres in CHRISTO, xj.caus. quæst.iij. c.ad mensam. Sic beatus Paulus passim in suis epistolis,maximè Corinthios, fratres suos appellat, vt j. Corinth.ij. Ego (inquit) cùm venirem ad vos fratres: & deinceps in eadem prima epistola c.x.xij.& xv.Et vt videre est in actis Apostolorum: Obtinuit autem hæc appellatio ad ea vsque tempora quibus coacta fuit Nicena synodus,vt est text.cum gloss.in cap.ij.xxij.distinct.Sed vt ad rem redeamus, Collegium & capitulum dicitur esse vbi maior pars Sodalium seu canonicorum adest,atque eorum ad quos ea res pertinet. Quæ autem maior pars dicatur, amplissimè tradidimus in Commentariis nostris ad consuetud.Turonens.ad titulum generalem. verb. *Et la plus part d'iceux*. Tamen non licet cuiuis sodalium seu Canonicorum,colle- 28
gium capitulúmve ingredi:tametsi ex catalogo & numero sodalium collegij fuerit:nisi quoq; sacris iam fuerit initiatus,saltem in diaconatus ordinem cooptatus ac rite promotus: sed nec prius suffragio locus erit,nec eius sententiæ in collegio dicendæ.Clem.vt hi qui.de æta.& qual.Sed forsan quæras(quoniam locus hîc postulat vt de ea re quædam à nobis dicãtur) An Episcopus sit de capitulo (vt dicunt) aut pars capituli? Et certè hoc loco distinguendum erit. Nam largissima verbi significatione Prælatus venit, quasi illius sit corporis caput. capitulo nouit.de his quæ fi.à

prælat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

prælat. Gloss.tamen in d.Clem.vt hi.verb.in eisdem, diuersum sentit.Et
hanc quidem Glossam notandam dixit Abbas in cap. Post electionem.de
29 concess.præbend.Quo loco,cùm ipsa Glossa asserit prælatum seu episco-
pum impropriè de capitulo esse censendum.Decanum verò proprié ca-
pituli partem dicendum: cùm Episcopi iura sint à iure capitulari di-
stincta:& episcopus & capitulum diuersa sint & separata.d.gloss.in dicta
30 Clemen.Panormit.d.cap. post electionem. Etenim permulta potest sine
capitulo episcopus & prælatus:& idem sine episcopo capitulum:quando-
que etiam neutrum sine eorum altero. Vt scilicet inconsulto capitulo,
res ecclesiæ nec vendere nec alienare possit episcopus. Qua in re,non so-
lùm capituli consilio opus est: sed & consensu,& subscriptione sodalium
seu Canonicorum.cap.j.De his quæ fi.à prælat.Panor.in d.cap.j.ad prin-
cip.etiam si res sint inferioris ecclesiæ. Geminia.in cap.dudum. de reb.
eccles:alien.vel non.Innocen.in cap.j.de his quæ fi.à præla.Sed hoc in re-
bus ad momentum pertinentibus procedit.Nam quæ paruo æstimari so-
lent,episcopus citra collegij & capituli authoritatē,atque inconsulto ipso
sacro sodalitio seu collegio potest alienare.Gloss.in d.cap.j.de his quæ fi.à
prælat. & xij. caus.quæst.ij.capit. Terrulas. & cap.sequen. & c. casellas.
sub fi.x.caus. quæst.ij.doctor.in dicto titu.de his quæ fi.à præl. At verò in
his rebus quarum sacri sodalitij interest ne deterius habeant,quò pau-
peres his ipsis ali possint,Sodalium & capituli consensus adhibendus est.
Hoc sentit Panormit.in d.cap.nouit.cap.ad hoc.de offic.archid. Quid si
31 taceat capitulum,an hæc taciturnitas pro consensu haberi debeat? et vi-
detur haberi,vt capit.secundo.d. tit.Sed hæc quidem in alienatione per-
petua locum non habent:ad tempus verò sic.Gloss.d.ca.j.in verb.contra-
dicente: quo loco Abb.Panorm.not.hunc esse literæ sensum secundum
vulgarem opinionē:quòd res alicui concessa,vt ea ætatem vtatur fruatur,
seu ad vitam recipientis concessio facta absque iustis solenniis,in aliena-
tione perpetua necessariis,valet.Quæ sententia aduersatur mirum in mo
dum §.perpetua.xij.quæst.ij.& c.nulli.de reb.eccl.nō alien.Atqui conces-
32 sio ad vitam facta(sic enim loquuntur ipsi)dicitur perpetua. Verùm hæc
tu intellige in rebus maximi momenti: in his autem quæ ad minima per-
tinent,non æquè.Iam si hanc rei ad maiora pertinentis alienationem, ca-
pitulum ratam habuerit,valet eiusmodi alienatio sic confirmata.ca. cùm
vos.d.tit.vbi not.Abb.quòd post factum,consensus capituli potest interce
33 dere, atque id ipsum obfirmare.Sed hoc accipiendum in alienatione ad
tempus facta.Nam in perpetua alienatione,non videtur locus esse ratiha-
bitioni propter necessitatem præcedentis tractatus.Quid autē de solutio-
ne eius rei quæ ecclesiæ debetur: An fieri episcopo & capitulo debeat? Et
34 sanè id tutius erit.Nam episcopo & collegio seu capitulo facta solutio, in
ecclesiæ vtilitatem versam præsumpta suspitio est. Paul. Castr. consil.j.
quod incipit, ego Paulus. Quod tamen verum esse arbitror, si modò
verus sit episcopus, nec iure cassus occupator, seu (vt dicunt)
intrusus

Que fi. à prælat. sine cap. & sine prælato ca.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

intrusus: vt scribit Alexan.in l.si vrbana.de condict.indeb. Adde etiam l.j §.si rem.ff.depos.Innocen.in cap.sicut.de iureiuran.& quod not.in cap. dudum.de elect.la ij.& in cap.de multa.de præb. & dig.Neque verò sine capituli consensu ac consilio licet episcopo Abbates & Abbatissas de gradu dignitatis deiicere seu destituere:neque etiã euehere, & instituere, aut quasuis.alias ecclesiasticas personas:nec ad ecclesiã spectantia negotia 35
conficere,d. capit.nouit. & capit.sequen. Quandoquidem Episcopus,& Canonici, sunt vnum corpus fictum repræsentatum in singulis huiusce corporis membris. Dicuntur autem hi sodales seu Canonici,fratres Epi- 36
scopi:sicut Cardinales fratres Papæ.Not.Abb.in dicto cap.nouit.& tex.in capitulo primo.de offic.legat.libro sexto. Vnde ad eos scribens Episcopus non appellabit filios,sed fratres,vel socios.Gloss.cap.esto subiectus. lxxxv. distinct.& in capitulo quàm graue.de crimi.falsi.Ipsi tamen ad eum scribentes debent honoris titulo ornare & eum appellare patrem.Panor.in d. capitulo nouit.Text.in capit.graue.de excessib.prælat. Iam verò si sacro illi Sodalitio seu capitulo ius sit prodendi vel nominandi sacerdotis in locum demortui sufficiendi,nominabit seu præsentabit Episcopus: sed id quidem toto sodalitio ac capitulo,aut ipsius capituli maiori parte auctore,consentientéque:nisi consuetudine aliqua, atque eadem authoritate prædita & comprobata reclamante.Tueri etenim se non poterit Episco- 37
pus prætextu consuetudinis alicuius peruersæ,ac contra ius æquúmque & bonum,contráque sanctorum Patrum sanctiones inuectæ.Hostiens.in dicto titulo.de his quæ fi.à præla.& capit. Ea nascitur cum gloss.in verb. consuetudine.d.titul.In summa nihil aut parum debet,sed nec potest Episcopus inconsultis fratribus atque inuitis facere:adeò vt neque aliis ecclesiis ecclesias concedere liceat.capit.tua nuper. neque parochialis, (vt ipsi 38
loquuntur) ecclesiæ fructus & obuentiones alicui alij ecclesiæ concedere ac conferre,nisi authore Summo Pontifice:etiam si patronus consenserit. capit. Pastoralis.eodem titul.vbi Abbas not.quòd Episcopus capituli sui cõsensu potest ecclesiæ præpingui & diuiti annuam pensionem imponere 39
pro alendis religiosis, & exmiis viris.Quod tamen procedit, quando detracta ea pẽsione,ecclesia satis habet vnde commodè ali possit:alioqui esset id quidem ipsum,quod vulgari prouerbio dici solet, altare vnum nudare vt alterum operias.capit.cùm causam.de præb.& dig.Panorm.in d. cap.pastoralis.Alienari autem dicitur ecclesia,quando alteri ecclesiæ per petuò conceditur,quasi capite diminuta:vt quæ rectore proprio non gaudeat,sed alteri subdita fiat. Propterea in huiusmodi alienatione opus est iustis solenniis,quæ in rerum ecclesiasticarum alienatione adhiberi solẽt. Not.Abbas Panorm. in dicto capitulo tua nuper. E contrario, ecclesia vna alteri vnitur,cùm in sacra & prophana potestate, altera alteri, velut filia matri subiicitur.Hostiens.in titul.ne sede vac.in fin.Quo loco omnes enumerat modos quibus ecclesiarum vnio fiat.Sed si iusta aliqua& legi- 40
tima causa vnio aliquando facta sit,& illa postmodùm progressu tempo-

Episcopus ad Canonicos scribens qualiter eos appellat,& Canonici Episcop.

Prouerbiũ.

ris dam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ris damnosa fiat, dissoluí potest. Not. Ab. cap. j. ne sede vac. Satis supérque videmur dixisse de his quæ sine consensu capituli ab episcopis fieri con-
42 sueuerunt. Sed nonnunquam accidit, vt ipse episcopus diris prograṁatibus diráque proscriptione subnotatus, & episcopatu summotus sit, seu suspensus, aut qui in ipsius episcopatus possessionem nullo iure inuaserit, cùm videlicet sacerdotium posidet ab alio, quàm ab eo ad quem iure ipso collatio spectat, vt tradit Panormita. in cap. quia diuersitatem. de conces. præb. tunc vacare sedem dicunt, seu verè, seu interpretatiuè. Ho-
43 stien. eod. titu. Nihilominus tamen nihil quod ad ius authoritatémque episcopi spectat, vacante sede, aut mutari aut innouari debet: ea quidem ratione, ne personæ potius quàm ecclesiæ auscultari & fauere visi simus.
44 cap. j. ne sede vacan. Itaque sacerdotia quæ ad episcopi solius collationẽ pertinent, sede vacante, per capitulum conferri non possunt. cap. ij. eod. titu. nec per Archiepiscopum, sed per Summum pontificem. No. Abbas
45 in d. cap. quia diuersitatem. cap. j. de supplen. negli. præla. libro vj. Sed si promiscuè & ad episcopum, & ad capitulum simul spectet cõmuni iure collatio, aliud dicendum erit. Eorum enim altero summoto & suspenso, aut excommunicato, ea conferendi sacerdotij potestas ad alterum deuoluitur. cap. vnic. eod. tit. lib. vj. Sic & quod episcopus & capitulum vna cœperint, mortuo episcopo, capitulum prosequi potest. Cardin. Clemẽ. fin.
46 quæst. ij. in op. de procur. Sed & potest capitulum sede vacante, visitationis prouinciam capessere per omnem diœcesin. Glos. Clemen. j. in verb. capituli. de hæreti. Et ea quidem exequitur quæ iure communi episco-
47 po competunt: iure verò speciali, nequaquam. Not. Innocen. in cap. Cùm in cunctis. de elect. doct. in cap. verum. de fo. comp. & Panormit. ibidem. Quod memoriæ perpetuæ mandandum est. Diuersum tamen videtur sentire Felin. Sandæus in cap. cùm olim. de præscrip. quo loco citat Fede. consil. 282. incipien. domine mi: videlicet quòd ordinarij appellatione nõ venit capitulum sede vacante. Ideò (inquit) nõ visitabit iuxta Clem. attendentes. de sta. mona. quæ de ordinario loquitur. An autem capitulũ sede vacante, posit admittere resignationes beneficiorũ ex caussa permutationis, ad solius episcopi collationẽ spectantium, latissimè videbis apud Federi. Senens. in suo tractatu permutationũ, quæst. xxxvj. Hæc enim neq; loci huius sunt, neq; instituti. Sed vt ad rem redeamus: non abs re hîc Neratius priscus dixit veriorem esse sentẽtiam, collegiũ tribus constare de-
48 bere. Nam si duo tantùm sint, adhibendus erit tertius, qui aliorũ duorum sententias dissidenteis vel conciliet, vel alterutrius dissidentis hæreat opinioni, vt quid à maiore Sodalitij ac collegij parte factum censeatur. Si enim dissentiant (ait Vlpianus) inuenitur pars maior cuius arbitrio
49 stabitur. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de recep. arbit. At verò antequã aliqua hominum congregatio, Populus posit dici, opus erit decem hominum numero, iuxta not. in cap. j. de electio. Idem tradit Bartol. in l. prætor. ad principium. ff. vj. bo. rapt.

Intrusus quis.

Sedes vacare quãdo dicatur.

Notãdum valde.

Populus quot personis constat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CELSVS LIB. V. DIGESTO.

LEX LXXXVI.

QVid aliud sunt iura prædiorum, quàm prædia æqualiter se habentia: vt bonitas, salubritas, amplitudo?

SVMMARIVM.

1 Æqualis habitus est optimus status.
2 Prædia æqualiter se habentia, sunt omnibus suis partibus ac iuribus prædita, vt itinere, actu, via, & aquæ ductu.
3 Iura prædij summota, in venditione tacitè suppressa, tenetur præstare venditor.
4 Qualitas prædij est qua asserimus quale sit perpetuò.
5 Iura prædij sunt qualitates prædio inhærentes pro ratione loci vbi situm est.

QVID ALIVD. Vulgata lectio & ea quæ in Pandectis ab hinc anno Florentiæ excusis traditur, habet, qualiter, non æqualiter: atq; ita videtur etiam legisse Accursius, dum, qualiter, ad prædiorũ qualitatem refert. Tamen Alciatus legit æqualiter: & ea quidem ratione, quòd & sensus, & recti sermonis (inquit) ratio aliâs nõ constaret. Et mehercule Alciati lectionẽ magis ego probauerim propter sequentia verba παραδεγμαζόμενα posita, videlicet bonitas, salubritas, amplitudo, quæ hoc aduerbiũ, æqualiter declarant: vt interpreteris, æqualiter, id est optimè, salubriter, amplissimè. Sic enim medici dicũt corpus σύμμετρον τοῦ ἑξῆς συμμετρῶν ἔχον. quod æqualiter se habet, id est ὑγιαῖνον, quadratum, salubre, & rectè se se habẽs. Sed quid, an salubritatis verbum ad inanimata trãsferemus? Videtur id esse quidẽ ἄτοπον. Intelligit quippe hoc loco Celsus prædia æqualiter se habẽtia, quę optima sunt, & omnibus suis partibus constant. Sed & quæ iuribus suis sunt prædita: qualia sunt iter, actus, via, & aquæ ductus. instit. de seruit. rusti. præd. ad principiũ. & l. j. ff. eo. Vnde fit, vt qui prædia conducto accepit, eadem cũ domino restituet, intelligitur eum restituere debere etiã iura ipsorũ prædiorũ, cuiusmodi videlicet acceperat. Vel qui prædiũ suũ vẽdidit, ille quoq; vẽdidisse censebitur ea prædij sui iura, quæ vnũquodq; prędiũ, vt rectè constet, vulgò decẽt. Non enim tãti æstimatur prædiũ quod his careat. Quocirca, nisi in contractu vẽditionis ea iura nominatis verbis prædio summota venditor admonuerit, tenebitur præstare. Nã si in prædiũ venditum, nisi per vicini agrum, iri nõ posit nisi quoq; seruitus itineris, actus, viæ, & aquæ ductus debeatur, cui vsui emptori erit prædiũ? Itaq; cũ prædiũ ἀνωλῶν atq; absolutè vẽditũ erit, censebitur vẽditum cũ iuribus & qualitatibus suis: quę quidem sunt, seruitutes, bonitas, salubritas, & amplitudo ipsius prædij. Qualitatem autẽ alicuius prædij dico, qua quale sit illud prædiũ asserimus, & id ex longinquiore & permanentiore habitu: non ex affectione quæ aut euelli facilè aut commutari potest: quemadmodum calor in frigidum, aut sanitas in ægritudinem aliquando permutari solet. Sic cùm quales agri sint, interrogamus, si de bono agri seu prædij habitu respondendum sit,

Æqualiter quid significet.

1 2 3 4

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſit, dicemus agros eſſe fertiles, pingues, aquoſos: conſtare campis, vineis, ſyluis, quę materiam, & ex ea reditum, ſicut modicum, ita ſtatum pręſtant. Cato, vt eſt apud M. Varronem libro primo rei ruſticæ, gradatim præponens, alium alio agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus: & quòd ſit Primus, vbi vineę poſſunt eſſe bono vino & multo. Secundus, vbi hortus irriguus. Tertius, vbi ſalicta. Quartus, vbi oliueta. Quintus, vbi pratum. Sextus, vbi campus frumentarius. Septimus, vbi cędua ſylua. Octauus, vbi arbuſtum. Nonus, vbi glandaria ſylua. Quæ autem agri ſit bonitas, & quibus argumentis iudicanda ſit, videbis apud Plinium libro xviij. nat. hiſtoriæ. cap. v. & vj. Sed quo progredimur? Non eſt muneris noſtri hęc tam multis explicare. Non enim rē ruſticam agimus. Ad nos igitur redeamus. Celſus hoc loco poſuit iura, pro qualitatibus ipſi rei & prędio inhærentibus pro ratione loci vbi res ipſæ ſitæ ſunt, quod Alciatus ſatis edocuit. Quare ea lectio quę, qualiter habet, rectè cōſtare etiam videretur, citra latinitatis rationem.

Cap. vij.

Qui agri ſint melioret aliis.

MARCELLVS LIB. V. DIGEST.

LEX LXXXVII.

VT Alphenus ait, vrbs eſt Romana quæ muro cingeretur. Roma eſt etiā qua continentia ædificia eſſent. Nam Romam non muro tenus exiſtimari ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cùm diceremus Romam nos ire, etiam ſi extra vrbem nos habitaremus.

SVMMARIVM.

1 Legatum bonorum Romæ exiſtentium, etiam ea quæ extra mœnium ſunt ambitum, complectitur, in vrbe verò tantùm quæ intra.

T ALPHENVS. Quiſquis Alphenus ille fuerit quem Marcellus commemorat: vt literatorem videtur citaſſe. Horatius tamen ſcribit quendam Alphenum ſutorem. Sic enim ille libro primo ſermonum Saty. iij. ſcribit.

Alphenus quis fuit.

Vt quanuis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque
Optimus eſt modulator: vt Alphenus vafer omni
Abiecto inſtrumento artis, clauſáque taberna
Sutor erat.

Cæterùm docet Marcellus aliud eſſe Romam, aliud vrbem Romanam. Vnde teſtator qui legauit quęcunque bona Romæ haberet, cenſebitur ea etiam legaſſe quę extra vrbis & murorum ambitum ſunt. Si verò ea legauit quę in vrbe habebat, de his quę intra ipſam vrbem locúmque mœnibus occluſum ſita ſunt, intellexiſſe videbitur: ſed iſta tamen ex vulgari loquendi conſuetudine & vſu accipienda erunt. Videto in hanc rem quę ſuprà ſcripſimus in l. vrbis appellatio. hoc ipſo titu.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CELSVS LIB. XII. DIGEST.

LEX LXXXVIII.

PRopemodum tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis refici poteſt. Sic dicimus centum aureos eum habere qui tantum in prædiis cæteríſque rebus ſimilibus habet. Non idem eſt in fundo alieno legato, quãquam is hæreditaria pecunia parari poteſt: neque quiſquam eũ qui pecuniam numeratã habet, habere dicit, quicquid ex ea pręſtari poteſt.

SVMMARIVM.

1 Res pecunia eſt æſtimabilis, non pecunia rebus.
2 Ad aliam rem, quam quæ credita eſt, fideiuſſor obligari non poteſt.

PROPEMODVM. In Pandectis Florentię nuper elegantiſsimis typis excuſis hoc caput, ſeu lex incipit TANTVM QVISQVE &c. Atque hæc dictio, propemodum, deeſt: ac quod ad me attinet, magis exiſtimo excurrere, ideóq; hinc debere expungi. Iam verò Celſus iureconſ. hoc loco intelligi voluit res & & prædia poſſe pecunia æſtimari: non autem pecuniam rebus: ac preciũ rerũ ipſarum loco haberi: ſed res precij loco nequaquam. Vnde is pecuniæ tãtumdem cenſetur apud ſe habere, quantum rerũ & bonorum immobiliũ habet. At è cõtrario, nõ item. Pecunia igitur rebus cõparari nõ ſolet ſed res pecunia ipſa. Sanè fideiuſſorẽ ſi ita accepero: quod ego decẽ credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua eſſe iubes? Non obliga tur fideiuſſor. Quia in aliam rẽ quàm quæ credita eſt, fideiuſſor obligari nõ poteſt. Nõ enim vt ęſtimatio rerũ quę mercis numero habẽtur in pecunia numerata fieri poteſt, ita pecunia quoq; merce ęſtimãda nõ eſt. Nã qui pecuniã daturũ ſe promiſit, nõ liberabitur eius fideiuſſor data merce. Sed qui mercẽ promiſit, è diuerſo, pecunia loco mercis data, liberandus erit. In hanc ſententiã ſcribit Iabolenus. l. ſi ita fideiuſſorem. ff. de fideiuſſ. Non idẽ eſt in fundo legato, quãquam is hęreditaria pecunia parari poteſt. Ecce enim Titius nummis centum acceptis, hęreditatẽ, quę quadringentorũ erat aureorum, reſtituere rogatus, totã pecuniam iure falcidiæ, quartã videlicet trebellianicã percipere videtur: & ita diui Adriani reſcriptũ intellectũ voluit Papinianus, tanquã ſi ex bonis hæreditariis nummos retẽturus iure hęreditario fuiſſet. Quod tunc quoq; reſpondẽdũ eſt, cùm pro parte hæreditatẽ cohęredi ſuo reſtituere rogatur: retẽtis videlicet iiſdem cẽtum quę iure hæreditario perceperit. Diuerſa eſt cauſa prædiorũ pro hęreditaria parte retẽtorũ. Quippe pecunia omnis de portione retineri poteſt: prędiorũ autẽ alia portio, nõ à cohęrede qui dominiũ habet, accipitur. Cùm autem prędia maioris precij quàm portio hęreditatis eſſent, in ſuperfluo prędiorũ petẽti fideicommiſſario falcidiã interuenire viſum eſt. Concurrentem enim pecuniam compẽſari placuit. Hoc ipſum tradidit idem Papinianus. l. deducta. §. nummis. ff. ad Trebell.

Pecuniam qui habet, rẽ et prædium non habet.

Pomponius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

POMPONIVS LIB. VI. AD SENATVSCON.

LEX LXXXIX.

BOues magis armentorum, quàm iumentorum nomine appellantur. Hoc sermone, DVM NVPTA ERIT, primæ nuptię significantur. Inter reddere, & edere rationes, multum interest. Nec is qui edere iussus est, reliquum reddere debet. Nam & argentarius edere rationes videtur: etiam si quod reliquum apud eum sit, non soluat.

SVMMARIVM.

1 Armentorum quàm iumentorum latior appellatio.
2 Armenta sunt grandia animalia armis, aut faciundis, aut ferundis apta.
3 Armenta quasi aramēta, grandiora dicūtur pecora arationi apta: greges verò, pecudes minores.
4 Grege legato, armenta quoque legata censentur.
5 In dubio iure & ambiguo, armentum de maioribus tantùm pecudibus est intelligendum.
6 Iumentum à iungendo vel iuuando dictum, est animal laborem hominis subleuans.
7 Sermo simpliciter & absolutè enunciatus, de primo tantùm actu est intelligendus.

BOVES. Latior est armentorum quàm iumentorū appella
1 tio: complectitur enim & boues & iumenta simul. Sunt autē Armenta maiorū pecudū greges & agmina: veluti equorū, boum, ceruorū, & reliquorū id genus animaliū ac pecorū. *Armenta quid & vnde dicta.* Dicta siquidē armenta, quòd hæc animalia (ait Seruius in iij. Georg.) apta
2 sunt armis: vt scutis, boum coria, equi prælio. Vnde ipse Virg. Aeneid. iij.

Bello armantur equi: bello hæc armenta minantur.

Ceruorum etiam greges, & si bello minimè sint apti, armenta appellamus. Sic idem Virgilius libro primo Aeneid.

Nauim in conspectu nullam, tres littore ceruos
Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur
A tergo: & longum per valles pascitur agmen.

Varro lib. de lingua latina, ab arando armēta dicta tradit. Possent (inquit) in Latino quoq;, vt in Græca à suis vocibus hæc eadē ficta armēta, quòd boues ideò maximè parabantur vt inde eligerēt ad arandum: inde armenta dicta, postea litera tertia extrita. Rectius igitur, ex Varronis sen
3 tentia, boues, equi, cæteráq; maiora animalia quæ aratro iungi solent, & arationi apta sunt, armentorū nomine vocari debent. Greges autem minorum sunt pecorum: veluti capellarum & ouium. Virgilius li. iij. Georgico. vbi de grandioribus animalibus satis dixisse se scribit, ac reliquum *Gregis appellatione quæ veniant.* fore vt ad minorum greges deueniat, his verbis.

Hæc satis armentis: superat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.

Aliquando tamen promiscuè alterū pro altero sumitur ἡ καταχρῆσις. Nam sciēdū est (inquit Seruius) quòd plerūq; cōfundit authoritas. Grex & Armentū à Græcis vno verbo ἀγέλη dicitur, id est multitudo pecorū, aliquando etiā & hominū, ait Etymologicus author βοσκημάτων πολλῶν ἢ ἀνθρώπων καὶ ἀνάρρων. Varro libr. ij. rei rusticæ, vbi de boum & vaccarum ætate agit. Qui *Cap. v.* inquit) gregē armētorū emere vult, obseruare debet primū vt sint hę pe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cudes ætate potius ad fructus ferēdos integræ, quā iā expertæ: vt sint bene cōpositæ, vt integris mēbris, oblongę, amplę, nigrātibus cornibus, latis frōtibus, oculis magnis & nigris, pilosis auribus, &c. Si grege legato (ait Pōponius) aliqua pecora viuo testatore mortua essent, inq; eorū locū aliqua essent substituta, eūdē gregē videri: & si diminutū ex eo grege pecus esset, & vel vnus bos superesset, eum vindicari posse, quāuis grex desiisset esse: quēadmodū insula legata, si ambusta esset, area posset vindicari. l. si grege. ff. de lega. j. hoc loco bouem in gregis nomine ponit. Quocirca existimarē, grege legato generatim, boues & equos, cū ouibus & capellis legato cōprehendi. Nā & equorū gregē esse scribit Salice. in l. j. C. de abige. Et Collistratus in l. vlti. ff. eo. tit. Quidā (inquit) decem oues gregē esse putauerunt, porcos etiā quinq; vel quatuor abactos: equum vnum vel bouē abigeatus crimen facere. Quo quidē loco censet Accursius quinq; vel quatuor equos gregem facere. Veruntamen Bartol. in l. fi. C. de milit. vest. lib. xij. tradit Armentum in dubio & iure ambiguo, de maioribus pecudibus intelligendum: Gregem verò de minuris & minoribus. Vnde qui armentum promittit, non potest (inquit) alia animalia, quàm magna præstare. Quod etiā notādum censet. Et quemadmodum à grege, gregalis dicitur: sic ab armento armentalis, id est ferus. Virgil. lib. xj. Aeneid.

Gregalis. Armentalis quid.

Hīc natam in dumis, intérque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat.

Seruius, armētalis equæ (inquit) id est indomitæ. Vnde sequitur. *Et lacte ferino.* Sed quę tādē ratio est, cur boues armentorū magis nomine quā iumentorū appellari dixerit Pōponius? Nā & à iungendo, & etiā à iuuando iumenta dicta tradunt Latini authores. Cùm igitur ea boum sit natura, vt & iuuēt homines, & iūgātur aratro, iumēta rectè appellari oportere, q̄s negauerit? Quod ex L. Columellæ verbis lib. vj. rei rusticæ colligere licet. Nec tamē (inquit) vlla regio est, in qua modò frumenta gignātur, quę nō, vt hominū, ita armētorū adiumēto iuuetur: vnde etiā iumēta nomē à re traxere, q̄ nostrū laborē vel onera subuectādo, vel arando iuuarent. D. Hierony. in Esayā cap. j. Cognouit bos possessorē. Nec cōparauit eos canibus, q̄d est sagacissimū genᵒ animātiū, & ꝓ modico cibo dominorū tecta defendit: sed solidioris sensus boui & asino: quorū alterū carpēta trahens, durissimas terræ glebas vertit vomere: alterū, portat onera: & hominū in gradiendo laborē temperat. Vnde & iumenta appellātur ab eo q̄ iuuant homines. Et Psaltes ille regius & diuinus vates, cum summo illi atq; æterno Deo gratias ageret, q̄ hoīes & bestias incredibili bonitate sustentaret, & omni animātium generi spiritū vitāq; largiretur, & nō hominum tantùm, sed & bestiarum ac pecorū vitę cōsuleret & amāter prospiceret, iumenta (inquit) & hoīes saluos facies domine. Iumēta intellexit omnia bruta animantia tam armentorum quā gregis, vt ex Græci interpretis verbo videre est. ἀνθρώπους καὶ κτῆνη σώσεις κύριε. Est siquidem κτῆνος Græcis iumentū, & omne pecudis genus quod mactari atq; immolari solebat: κτῆνος παρὰ τὸ κτᾶσθαι τὸ φονεύειν

Columel. lib. vj. cap. j.

Iumentum vnde dictū.

Canum natura.

Cap. xxxvij

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

τὸ φονίκον δ' παρὰ τὸ κτῶμαι, ἧς δ' καὶ κτῆμα καὶ κτῆνος. Nam & potissima pars possessionis & diuitiarũ apud antiquos in pecude erat: vnde pecunia dicta, qua possessiones rerũ parari & acquiri solent, cùm permutationes desiere, & nũmus primũ percussus fuit. Hinc quoq; peculium dictũ. Quandoquidem apud eos omne patrimoniũ, peculium dicebatur (inquit Seruius) à pecoribus in quibus eorum cõstabat vniuersa substantia: vnde etiam pecunia dicta est à peculio. Existimarem itaq; pecoris nomen generalius esse, & ad armẽta iumentáque, simul & ad oues ac capellas, cæteráq; minora quadrupedia trãsferri. D. Hieronymus in Ecclesiasten, c. iiij. Vt iumẽtum (ait) sum apud te, & ego semper tecum. Et in ouibus prophetis, homines & pecora seruãda domino, & impleri terram repromissionis pecoribus & armentis. Videtur hoc loci Hieronym. nonnihil fecisse discriminis inter pecora & armenta: nisi copulam, ET, interpretationis loco magis posuerit. Virgilius Eglog. iij. pecoris verbo generatim est vsus, his verbis.

Pecunia vnde.

Peculium vnde dictũ.

Patrimonium.

Pecoris appellatio.

Dic mihi Dameta, cuium pecus, an Melibœi?
Non, verùm Aegonis.

Est siquidẽ ex Theocrito versus transcriptus: & vt etiã Seru. admonuit.

ἔστί μοι ὦ παρθένε τίνος δὲ βόες, ἢ δὲ φιλοῦσ' ἐμέ,
ἄλλ' ἄλλοι, &c.

Virgilius autem βόες pecus vertit. Et inde colligimus illum nomine pecoris boues etiã intellexisse. Sed hæc quidẽ interpretatio ad vulgarem loquẽdi vsum referenda est. Sanè propria significatione iumenta dici oportet quæ vel aratro, vel currui, vel trahæ, iungi apta sunt, vel vt dorso ferãt & vehant. Vnde dossuaria iumẽta appellauit elegantissimo vocabulo M. Varro lib. ij. de re rustica c. x. quæ onus dorso ferre possint. Ad quam rem (inquit) habeãt iumẽta dossuaria domini: alij equas. Alij pro his quid aliud quod dorso ferri possit. Quo loco deprehẽdimus dixisse equas quodvulgò iumenta appellamus. DVM NVPTA ERIT. Multipliciter hæc dictio, DVM, vsurpatur à Latinis authoribus. Aliquãdo enim significat dũmodò. Quintil. lib. viij. Nec sum in hoc sollicitus dum res ipsa discere volentibus appareat. Nonnunquam etiam, donec, & quandiu. Virgilius lib. ij. Aeneid.

Dossuaria iumenta.

Dum quid significet.

Cap. iiij.

- Et peruius vsus.
Tectorum inter se Priami, postésque relicti
A tergo: infœlix quà se dum regna manebant.

Id est, donec regna manebãt: & absolutus est sensus, ait Serui. Quæ quidẽ dictio, DONEC duobus modis, teste Valla lib. ij. elegan. c. xlviij. accipitur. Dabo operam voluptatibus donec moriar: id est, vsq; ad mortem: & dabo operã voluptatibus donec viuo: id est, quandiu viuo. Eiusdẽ naturę est, dum, quod apud Græcos easdem variat significationes ἕως, ἕως ἄν, Significat enim ἕως modò donec, modò, quandiu, tantisper, dum: ἕως ἐμπνέω καὶ δυνάσομαι. Quoad spirat & potest. Cætera vide in Comment. Budæi. Virgil. lib. iiij. Aeneid.

Donec quadliter accipiatur.

Dum Pelago desæuit hyems, & aquosus Orion
Quassatæque rates: dum non tractabile cœlum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Id est, toto eo tempore quo per tẽpestatum ac procellarum vim atque iniuriam tuta non est in mari nauigatio,& quandiu periculosa erit. Sunt enim hæc verba Annæ,sororem Didonem commonentis ad excipiendũ hospitio Aeneam,dum per grassantis ac sæuientis maris tempestatem nõ licet nauigare:id est,donec,interea,quandiu. Nam donec B. Hieronymo teste,aliquando tempus,aliquando etiam infinitum significat: idque in sacra scriptura potissimùm.Apud Matthæum,cap.j. καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρωτότοκον. Nunquam enim ipse Iosephus ἐγίνωσκεν αὐτὴν, seu ante, seu post nuptias:néve ante partum,neu post partum. Sed virgo nupta intacta omnino atque illibata permansit. Ad eundem modum (inquit Erasmus in Annotatio.) legis de coruo emisso, Genes.cap.vij. qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram: cùm significet auem nunquam fuisse reuersam. Ex his quoque Euangelij verbis Heluidiani venabantur erroris sui patrocinium,minimè animaduertentes Hebræi sermonis proprietatem. Iam verò, dicentes, DVM NVPTA ERIT, de primis quidem nuptiis significari Pomponius censet.Veluti,cùm paterfamiliâs dicit Mariæ filiæ meæ centum dotis nomine,dũ Caio nupta erit,dari volo,si excesserit è vita,Caius ante quàm ea centum accepisset, ac secundo Maria nupserit,non tenebitur pater ad præstandam dotẽm.Quoniam de primis tantùm,non de secundis nuptiisvidetur stipulatus.Etenim,dotem quę in prius matrimoniũ data est,nõ aliter conuerti in posterius matrimonium dicendũ est, quàm cum hoc agitur:dum hoc agi semper interpretemur,nisi probetur aliud cõuenisse.l.dotem.ff.de iur.dot.Quod enim vulgatũ est,ait Papin.l. dotes. eo.tit.dotis promissionẽ in primis duntaxat nuptiis destinari neq; durare obligationẽ, si post alterius matrimoniũ ei nubat,cui dotem promiserit: tunc locũ habet,cũ intercesserint aliæ nuptiæ. Quo loco doctores notant sermonẽ simpliciter atq; absolutè pronunciatũ,de primo tãtùm actu esse intelligendum. Quam rem Alciat.hoc loco est latissimè executus.Et do. Andręas Tiraquellus tractatum in hunc paragraphum edidit. 7

Heluidianorum error.

SVMMARIVM.

1 Edere est quod vulgò dicitur dare per scriptum, vel per declarationem.
2 Edere rationes, est earum legendarum copiam facere: Reddere rationes, est reddere computationem & reliqua.
3 Qui rationes reddit, reliqua tenetur reddere.

INTER REDDERE *rationes*. Verbũ Edere, diuersa significat.Nam aliquãdo est quod nunc vulgus dicit, dare per scriptũ,vel per declarationẽ. Vt cùm beneficiarius prędij clientelaris possessor,patrono suo edit rerum in clientela sua positarũ catalogum.Et Vlpian.l.j.ff.de eden.tradit æquissimum esse eum qui acturus est,edere actionem:vt proinde sciat reus vtrũ cedere, an contendere vltra debeat.Et si cõtendendũ putet,veniat instructus ad agendũ cognita actione qua cõueniatur.Nunc vulgus sorensium dicit dare copiã suæ 1

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſuæ petitionis. Quod Regia Franciſci primi conſtitutione cautũ eſt. Edere (ait ipſe Vlpia.) etiam eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, & dare vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui aduerſaria ſua ad albũ producit, vt demõſtret quid dictaturus eſt, vel id dicendo quo vti velit. Solebant autẽ apud Roman. oratores ſuas orationes edere. Quidã tamen (vt docet Cicero in Bruto) non edebant, contenti in foro egiſſe: quidam domi confectas in publicum emittebant. Hodie verò in decuriis forenſibus idipſum ab aduocatis ſolet obſeruari, vt actiones ſuas actuario edant, aut eas ab actuariis exceptas ociosè recognoſcant poſtridie vel alio quouis die. Olim (inquit Budæus) in officio actorum, id eſt, apud acta, erant qui actuarij, qui ſcribẽ, qui exceptores, quíque etiam aliquãdo Subadiuuæ dicti ſunt. Quæ miniſteria hodie ferè omnia, aut eis ſimilia, in officio actorum ampliſsimæ Curiæ eſſe cernimus. Hoc igitur inter edere & reddere rationes intereſt, quòd edere tantùm ſit rationes commonſtrare, & earundem copiam facere, & exhibere. Prætor ait, argentariæ menſæ exercitores, rationes quæ ad ſe pertinent, edent adiecto die & conſule. Huius edicti (inquit Vlpianus) ratio æquiſsima eſt. Nam cùm ſingulorum rationes argentarij conficiant, æquum fuit, id quod mei cauſa cõfectum eſt, meum quodammodo inſtrumentum mihi edi. l. Prætor. ff. eod. At verò reddere rationes, eſt legendas offerre primũ: deinde computandas vt explorari poſsit computationes probè an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè. Ita enim incipit quidem res à facto: peruenit autem ad pecuniam. Quidam (inquit Calliſtratus) aiunt eum reddidiſſe rationes, ſi reliqua (quæ Græci λοιπὰ dicunt) reddiderit. l. cùm ſeruus. ff. de condict. & demonſtr. Et ὑπόλογος à Græcis dicitur is qui reddendis rationibus eſt obnoxius: è diuerſo ἀνυπόλογος vulgus noſtrum vocat, computabiles. Dicebant etiam referre rationes ad ærarium: & id pertinere ad Imperatores exercituum ex prouinciis decedentes, qui rationes ſuas ad ærarium referebant, id eſt, computum ſuum reddebãt. Quæ omnia paſsim Budęus doctè & eleganter annotauit. Et Cicero rationem vitæ & magiſtratus geſti, aut curationis repoſci dixit, id eſt, acta ſua probare magiſtratibus & populo: quod vernacula lingua, authore Budæo, ſyndicare dicitur. λογιστὰ ἀλλὰ καὶ ἐξεταστὰ ratiociniis præerant: iiſque magiſtratibus ius reddunt qui rationes ad ærarium referre debẽt: ab his enim rationem adminiſtratę procurationis exigunt. Rationem quidem Labeo ait eſſe, vltrò citróque dãdi, accipiendi, credendi, obligandi, ſoluẽdi ſui gratiâ negotiationẽ: nec vllam negotiationẽ à nuda duntaxat ſolutione debiti incipere: nec ſi pignus acceperit aut mandatum, compellendum edere: hoc enim extra rationem eſſe. Sed & quod ſolui conſtituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. Eò itaque pertinet quod hoc loco Pomponius ſcripſit, argentarium edere rationes videri, etiam ſi quod reliquum apud eum ſit, nõ ſoluat. Qui autem reddit rationes, is τὰ λοιπὰ, id eſt, reliqua tenetur reddere. Vide in hanc rem quæ ſcripſi infrà in l. poteſt reliquorum.

Exceptores Subadiuuæ qui dicti.

Edere rationes.

Reddere rationes.

Reliqua.

Referre rationes ad ærarium.

Syndicare.

Logiſta.

Ratio quid.

Vlpi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX XC.

QVi vti optimæ maximæ sunt ædes tradit, non hoc dicit seruitutem illis deberi: sed illud solum ipsas ædes liberas esse: hoc est, nulli seruire.

SVMMARIVM.

*1 Venditor qui rei venditæ vitium consultò tacuit, quod rei precium minuat: id tanti præstare debet, quanti minus qui emit emptturus erat.
2 Vitio rei venditæ quod ipsam incommodet consulto suppresso: tenetur venditor emptori de dolo replicatione ad id quod interest.
3 De eo quod non incommodat, non tenetur venditor.
4 Fundo prædióve Vrbano vendito sine hac verborum determinatione VTI OPTIMVS MAXIMVS EST, liberum non tenetur præstare venditor: sed talem qualis est.
5 In fundo prædióve empto simpliciter, oneris vitiúve silentio præteriti, & improuisi ratio habenda facienda que compensatio.

Quid significent hæc verba OPT. MAX. *vide infra l. non tantum.*

QVI VTI OPT. Solent vulgò Notarij & pactorum perscriptores apud nostrates in cõtrahendis ac distrahendis rebus, nũcupata verba hæc describere. *Tout ainsi que les choses se poursuyuent & comportent.* Idque assueta magis formula, quàm rectè expenso animi iudicio, vt sunt vulgò rudes atque imperiti. At multæ quidẽ inde oriuntur cõtrouersiæ. Si quis enim ita domũ suã vẽdidit, cuius tamen particulã aliquã alij ante distraxerat, aut toti ipsi venditæ rei seruitutem imposuerat, vnde longè minus vtilis cõmodáve domino futura sit, an teneatur ipse venditor rem totã atq; integrã, aut liberã seruitute præstare emptori qui vti optimæ maximæq; ædes essent, emit? Et in hac parte nõnihil distinguendũ fuit. Aut enim ꝙ antevenditionẽ posteriorem ex toto ipsi rei venditæ detractũ est, ita afficit incõmodo totã ipsam rem, aut si qua tandẽ seruitus est imposita, vt re vẽdita, neq; cõmodè neq; liberè vti emptori fuerit integrũ, vt frequenter solet accidere: & id quidẽ vitij emptori venditor tacuit, tũc sanè debet tãtundẽ præstare vẽditor, quã- 1
tò minoris emisset emptor, si resciuisset vel hãc seruitutẽ impositã, vel particulam illam detractã à toto ipsius rei venditæ. Vlpian. in l. quoties. ff. de ædil. edict. Itaq; tenetur vẽditor emptori, de dolo replicatione, ad id quod 2
interest, ꝙ vitium rei à se venditæ consultò reticuerit. l. Quæritur. §. si venditor. d. tit. de ædil. edic. l. Iulianus. §. quod autẽ dicimus. ff. de ac. emp. Aut 3
iterũ, quæ seruitus imposita est rei vẽditæ, nihil eam ipsam rem incõmodat, nec eapropter minus licebit vti re empta: vel si quid ante detractum est & separatum, quãuis ædibus vẽditis adfixũ, earum nihilominus vsum commodúmq; nequaquã minuit, nihil hercule venditorẽ peccasse dixeri mus. Nam si quid voluptatis gratiã tãtùm ædibus appositum erat, & cùm easdem venderet venditor, detraxit, vt sunt picturæ, Icones, & alia id genus, temetsi adiecerit venditor, VTI OPT. MAX. ædes sunt, idipsum tamẽ vt præstet, constat eum non teneri, quandoquidem hæc pactorũ formulæ verba, VTI OPT. MAX. ad vtilitatẽ cõmodúmq; rei venditæ, nõ ad voluptatem, referenda sunt. Quade causa, cùm fundũ venderes, non adieceris, 4

ita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ita VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE est, Celsus scribit non liberum, sed qualis esset fundus, præstari oportere: idémque in prædiis vrbanis esse dicendum. l. cùm venderes. ff. de contrahen. empt. Sed id tamen accipiendum, vt absq; seruitute, quæ vsum rei imminuat, fundus tradatur, vt l. pe. de euic. & l. in venditione. ff. de act. emp. In vēditione (inquit Papinianus) » super annua pensitatione pro aquæ ductu intra domum Romæ constitu- » tam nihil commemoratum est, deceptus ob eam rem, ex empto habebit » actionem. Itaque si conueniatur ob precium ex vendito, ratio improuisi » oneris habebitur. Vnde (ait Accursius) fiet compensatio, si pro seruitu- tis vsu quicquam ab emptore persolutum sit, vt l. quoniam. C. de compensat. vide quæ scripsi in l. non tantum. infrà hoc titul.

PAVLVS LIB. II. FIDEICOM.

LEX XCI.

MEorum & Tuorum appellatione, actiones quoque contineri dicendum est.

SVMMARIVM.

1 Meum & Tuum, ex rerum naturali communitate violata dici cœpere.
2 Meum dicitur quod à me sine iniuria auferri non potest.
3 Colonus agri alieni suum ἄκυρος dicere potest.
4 Meum propriè non dicitur quod à me reuocari potest.
5 Mutuum quod ex meo tuum fiat impropriè dicitur.
6 Alienum bona fide assertum, quasi meum censetur.
7 Omne suum legatum, id quod in credito est non comprehendit.
8 Meum, Tuum, & Suum, dominij ius significant.
9 Res est in bonis quam possidentes exceptionem, amittentes actionem ad eam recuperandam habemus.
10 Meorum, & tuorum appellatione, iura & actiones comprehenduntur.
11 Legatum rei in parte indiuisa, communiter possessæ, partem non totum continet.
12 Quod mihi cum alio commune est, meum abusiuè dicitur.
13 Meum, in totum propriè dicitur, non in partem.

MEORVM. Principio omnium gentiū cùm homines hominum causa generatos procreatósque se esse cognoscerent, ac quandam vitæ societatē, & communitatem iniuissent, omnia inter se fecerant communia: nec cuiquam fas erat pro
1 prij aliquid sibi assumere. At verò postquàm sęua incesit habendi libido, distincta tandem fuere populorū arbitratu passim dominia, & agris termini adpositi: cœperúntq; hæc duo, MEVM, & TVVM. Inde regna & imperia: inde quoque bella orta sunt, & captiuitates secutę: inde lites, iurgia, dissidia inter homines hominum, & omnis malorum colluuies ac errorū ilias. Quid autem virium habeāt in ciuitate hæc verba, MEVM ET NON MEVM, TVVM ET NON TVVM: videbis apud Platonē lib. v. de Republ. Exinde ius ortum & leges, quas Græci τοὺς νόμους παρὰ τὸ νέμειν appellarunt, & dominiorum distinctionem ac rerum diuisionem. Quod satis diffusè tradidimus in cōmentariis nostris ad Statuta municipalia præfecturæ Turonensis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nensi.Quapropter dicimus,meo iure,tuo iure,suo iure.Et meo iure agere: & iure meo decedere,id est,mea,tua,sua,facultate vel authoritate, vel cõ cessa,mihi omniũ consensu,libertate & potestate,testeB udæo.Meum igi- 2
tur idipsum asserere possum,quod à me absq; mea iniuria auferri nequit, Agricolã tamen qui domino suo agrũ colit,posse eum agrũ suum dicere 3
Accursi.scripsit in l.ij.de orig.iur.in verb.nõ quia Papyrius.citátq; in eam rem l.cùm aliquis. C.de iur.delib.Cui ego quidẽ vix subscriserim: nisi ex
Cap.iiij. improprio accipias.Quod enim à me reuocari potest(ait Connãnus libr. 4
v.Comment.iuris ciuilis) meum non dicitur,sicut non liberatur debitor dando rem quã debet, nisi eam perpetuò meam efficiat.Vnde fit vt credã 5
Mutuum vnde dictũ. mutuum impropriè dictum à Iureconsulto,quòd ex meo tuum fiat.Nam quod mutuum datur, non ita fit accipientis,vt idipsum vel quiduis aliud eiusdem naturæ & qualitatis restitui aliquando non debeat. Vnde ex contractu mutui nascitur actio quæ vocatur condictio certi. Quippe nummi qui eo animo dati sunt nunquam vt restituantur, non mutui sed magis donationis ergò traditi censentur. Quid si aliquid meum esse bona fide assero,cùm tamen re vera meum non sit,an iure meum dicam? Scribit Vlpianus, mulierem,si intercedendi animo, alienum suum esse seruum responderit,quasi intercesserit,auxilio Velleiani Senatusconsulti vti debere. Planè si pro bona fide sibi seruiente responderit,non videri intercessisse.l. si mulier intercedendi.ff.ad Velleia.Quandoquidẽ quòd consultò sciénsque rem alienam meam dixerim, non ideò meam iure mihi vindicare possum.Sed cum bona fide,vt qui rem alienam,meam esse crederem, eam 6
dem tradidi,meam censebor tradidisse,sed ita demum vt doli mali actione liberer.l.si mulier in iure.d.titul.ad Velleianum. Planè id meum quidem est,quod pro iure quodammodo meo licet mihi asserere & vindicare.l.Quintus.§.argento.& §.sequen.ff.de auro & argento legat. Argento 7
(inquit Vlpianus) omni legato quod suum esset, sine dubio non debetur id quod in credito est:hoc ideò quod non videtur suum esse, quod vindi- "
cari non potest. Et paulò infrà. Cui legatum est aurum omne quod "
suum esset cùm moreretur,eius omne aurum fiet quod tunc paterfami- "
liâs cùm moreretur,vindicare potuit suum esse.Hoc autem intelligi vult Bartolus,vt quod meum est posit à me vindicari vel per publicianam, vel rei vendicatione:quia cum titulo & bona fide possideo,& meum assero.Nec cùm intendo actionem, satis fuerit libello meo scribere fuisse meum,sed meum esse:vt si petam fundum qui fuit meus:quamuis hoc videatur vulgari doctorum sententiæ aduersari, dicentium esse satis libellum præsumptiuè concludi.Quod quidem discutit Bartolus in l.certum. §.j.ff.de confess. Id igitur propriè meum dicere possum, quod ad me do- 8
minij iure pertinet. Nam hæc verba MEVM & TVVM, dominij ius significant,vt tradit Baldus in rubricam.C.de verb.signific. & ipse quoque Bartol.locis suprà citatis.Qua ratione,ait Paulus,rectè dicimus eum fun- "
dum totum nostrum esse,etiam cùm vsusfructus alienus est: quia vsusfru "
-ctus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ctus dominij pars, sed seruitutis sit, vt via & iter: nec falsò dictum est meum esse cuius non potest vlla pars dici alterius esse. Vnde, meum id esse censebitur quod in bonis meis est. Sed rem in bonis nostris intelligimur habere, quoties possidentes, exceptionem, aut amittentes, actionem ad eam rem recuperandam, habemus. Modestinus in l. rem in bonis. ff. de acq. rer. do. Quare cùm in bonis meis dicatur id esse quod meum est, & bonorũ appellatione generali iura & actiones veniant, vt l. bonorum. & l.
10 Princeps bona. Suprà hoc tit. consequens est, vt MEORVM, & TVORVM, appellatione, iura quoque & actiones rectè comprehendãtur. Martianus in l. si legatus. §. si quis bona. ff. ad Senatusc. Ttrebel. Hinc est, quòd si quis bona sua legauit, actiones quoque ad ea bona consequenda legasse censetur. Quod ipsum quomodo præscribi ac limitari debeat, est apud Bart. in d. l. quintus. §. argento. Quæras autem, an cùm legaui bona mea, videar simul legasse ea quæ nõ in totum sunt mea, verùm in partem: aut quæ mihi
11 cum alio sunt cõmunia? Et verius est, vt videar legasse eam tantùm quam habeo in re cõmuni partem, quamuis totum partium, meũ appellare possim, sed non vltra partem meã, de eo toto statuere. In eam sententiã scribit Bald. in l. j. C. de cõm. re. alien. Citat in hanc rem l. duo fratres. ff. de acqui. hæred. l. Seruus cõmunis omnium. ff. de stipul. seru. l. Serui electione. §. La-
12 beo. ff. de leg. j. Quandoquidẽ cùm dico id meum esse quod mihi cum alio cõmune est, nõ id ex propria verbi significatione accipiendum erit, sed ex improprio καὶ καταχρηστικῶς ac translatitia interpretatione, vt censet Bart. in l. illud. ff. de ritu nupt. Illud dubitationis est (inquit Caius) an & qui communem libertam vxorem duxerit, ad hoc ius admittatur. Iabolenus negauit.
" Quia non propriè dicitur eius liberta, quæ etiam alterius sit. Aliis contra
" visum est: quia libertam eius esse negari non potest, licet alterius quoque
" sit liberta. Quam sententiã plerique rectè probauerunt. Vbi tamen Caius
" videtur sentire, meum posse id dici quod commune sit. Sed Pomponius in
" l. Pupillus. §. fin. infrà hoc tit. Verbum suum (ait) ambiguum est, vtrum de
" toto, an de parte significet. Et ideò qui iurat suum non esse, adiicere debet,
" neque commune esse. Quare cùm meum aliquid assero, id ipsum non in
13 partem, sed in totum propriè meum dico. De qua re vide apud Bart. in d. l. Serui electione. de leg. j. Dyn. & Accurs. not. in l. id quod nostrum. infrà de reg. iur. Quo loco vide Guliel. Mayner. multa in hanc rem scribẽtem.

Quæstio pulchra.

IDEM LIB. VI.

LEX XCII.

PRoximus est quem nemo antecedit: Supremus est quem nemo sequitur.

SVMMARIVM.

1 Proximus est quem nemo anteit succedendi iure, quique in repudianda hæreditate primus est.
2 Proximus accipitur qui primus hæres extat, quo tempore bonorum possessio defertur.
3 Proximus etiam dicitur qui solus est hæres.
4 Supremus est Vltimus quem nemo ordine sequitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

5 Fratres qui simul perierunt vtrique supremi censentur.
6 Proximus locus pro adiacenti.

Proximus quis dicatur.

ROXIMVS. Quandocunque lex proximo hæreditatē defert ab intestato, is proximus intelligitur quem nemo alius anteit succedendi iure: atqui tunc cùm repudiatur hæreditas primus est, vt scribit Vlpia. in l. post consanguineos. §. proximum. ff. de suis & legit. hæred. Quod facto testamento intelligendum Accurs. censuit. Nondum enim condito testamento, tempus mortis considerandum erit, quo mortuus est is de cuius agitur successione. Quòd si testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur quo certum esse cœperit nullum ex testamēto hæredem futurum. Tunc enim propriè intestatus quisque decessisse intelligitur. §. proximus. Instit. de legit. agnat. success. l. si ex duobus. ff. vnde legit. Et alio lōco Vlpianus ait, proximum accipere nos oportere eo tempore quo bon. possessio defertur. Si quis igitur proximus cognatus, dum hæredes scripti deliberant, diem suum obierit, sequens quasi proximus admittetur: hoc est, quicunque fuerit tunc deprehensus proximum locum obtinere. Proximus etiam accipitur qui solus est, quāuis propriè proximus ex plurib⁹ dicatur. l. j. §. proximus. ff. vnde cog. Sic è diuerso, supremus dicitur vltimus & quē nemo ordine sequitur. Vnde dies supremos, & suprema moriētis mādata. Virg. li. iij. Aeneid.

Supremus quis dicatur.

Nec minus Andromache digressu mæsta supremo
Fert picturatas auri sub tegmine vestes.

Supremo, id est, vltimo, postquàm eorum desperabat aspectum, ait Serui. Et eodē lib. paulò sup.

Sanguinis & sacri pateras, animámque sepulchro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.

Qui duos (inquit Tryphon. l. qui duos. ff. de reb. dub.) impuberes filios habebat, ei qui supremus moreretur, Titium substituit, duo impuberes simul in naue perierunt, quæsitum est, an substituto, & cuius hæreditas deferatur? Dixi, si ordine vita decessissent, priori mortuo frater ab intestato hæres erit posteriori substitutus. In ea tamē hæreditate etiā ante defunctj filij habebit hæreditatē. In proposita autē quęstione, vbi simul perierūt, cū neutri frater superstes fuerit, quasi vtriq; vltimi decessisse videātur: an verò neutri, quia cōparatio posterioris decedētis ex facto prioris mortui sumitur, quæritur. Sed superior sentētia magis admittēda est, vt vtriq; hæres sit. Nā & qui vnicū filium habet, si supremo moriēti substituit, nō videtur inutiliter substituisse: & proximus agnat⁹ intelligitur etiā qui solus est, quiq; neminē antecedit: & hīc vtriq; (quia neuter eorū alteri superstes fuit) vltimi primiq; obierunt. Sic etiā diuinus ille Hippocrates dixit, τὰ ἰσχάτα νοσήματα γιγνόμενα, μετὰ ἐκ τῶν ἄλλα, vt Galen. in eum locū est interpretatus. Præterea & circumiacentes locos, rectè proximos appellauerimus. Sic enim Erasmus in Annotatio. in nouum testamen. Marci. vj. cap. ἐπέλθωσιν αὐτοῖς ὅσα ἐπιβάντες εἰς τὸν κόσμον κτῆσθε καὶ κλίμακας, &c. Dimitte illos vt habeant in circumiacentes agros ac vicos. Vulgata versio habet, proximas villas: quod etiam rectè versum erat.

Lib. j. Aph. vj. Aph.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

erat. Vide reliqua quæ ſcipſi infrà, in l. proximi appellatione.

CELSVS LIB. XXIIII. DIGEST.

LEX XCIII.

MOuentium item mobilium appellatione idem ſignificamus, ſi non apparet defunctum, animalia duntaxat, quia ſeipſa mouerent, mouentia vocaſſe: quod verum eſt.

SVMMARIVM.

1 Mobile inanimatum eſt, mouens animatum, confunduntur tamen.
2 Mouentia legata de animatis tantùm quæ ſeipſa mouent intelliguntur.

1 MOVENTIVM. Sermone quidem proprio, mobilia ſunt quæ ſupellectilis, quæ inſtrumenti penúſve nomine continẽtur: vt lectus, veſtis, menſa, & cætera id genus. Sed mouentia, ſunt animalia viuentia quæ poſſeſsionis noſtræ ſunt. Tamen plerunq; alterum pro altero κατὰ συμμορίαν vſurpari ſolet. Vlp. in l. à diuo pio. §. ij. de re iud. In venditione (inquit) pignorum captorũ facienda, primò quidẽ res mobiles & animalia capi pignori iubentur, & diſtrahi. Quòd ſi nulla mouentia ſint, à pignoribus ſoli initium faciũt. Ibi ſanè mouẽtia pro mobilibus poſuit Vlpi. Cæterũ an molæ aquariæ & fluuiatiles mobilium nomine contineantur, & quid appellatione mobilium veniat, diximus in Procheiro omnium conſuetud. Franciæ: & iterum latius in commentariis noſtris ad ſtatuta municipalia ſeu conſuetudines Turonenſis præfecturæ à tit. *Des choſes qui ſont reputées meuble.* Quare illic, cùm viſum erit, confugies. Ait igitur hoc loco Celſus mouentium atque mobilium eandem
2 eſſe ſignificationem, niſi teſtatorẽ aliud ſenſiſſe appareat. Vt cùm mouentia omnia quis legauerit, cenſetur animalia ſua duntaxat legaſſe, neque alia mobilia intellexiſſe: quia animalia motu prædita ſeipſa quidem mouerent, mouentia appellauit. Sic Vlpianus. l. j. ad princip. ff. de ædilit. edic. mouentia & mobilia ἐκ παραλλήλου καὶ διὰ τῆς ἑρμηνείας poſuit.

IDEM LIB. XX. DIGEST.

LEX XCIIII.

VErbum Reddendi, quanquam ſignificatum habet retrò dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

SVMMARIVM.

1 Reddere, etiam ſimpliciter dare ſignificat.

1 VERBVM *reddendi.* Quamuis REDDERE propriè ſit quod vel acceptum vel ablatum eſt, reſtituere: accipitur tamen aliquando pro DARE. Sic apud Cicer. reddere literas, pro tradere & dare literas. Quintilianus. Si (inquit) verum eſt poſt vetuſta ſecula & innumerabiles annos reddi rurſus aliis corporibus animas, fortaſsis in me renatus ſit aliquis ex illis. Reddi animas pro dari intellexit, teſte Laurentio Valla, lib. ij. Reddere exta dixit Virgil. ſed Sacerdotum verbo, ait Seruius. Reddi enim dicebãtur exta, cùm probata & elixa, aræ ſuperponebantur. Virgilius libro primo Georgic.

Reddere pro dare.

Cap. lvj.

Reddere exta.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

At verò apud Celsum in l.cùm quidam vxori.ff.de leg.ij. Cùm vir dotem vxori suæ reddidisset, & xl. ei legare voluisset, & quanquam sciret dotem ei redditam, hoc tamẽ prætextu ac colore verborũ vsus esset, *Iubeo quadraginta reddi vxori*, quasi dotis reddendæ nomine eã summã legasset, xl.legati nõ dotis nomine deberi constat. Verbũ enim reddendi, (ait ipse Celsus) quanquã significationẽ habeat retrò dandi, recipit tamen & per se dandi significationẽ. vide quæ scripsi sup.in l.plus est.in verb. *Restitutionis*

MARCVS LIB. XIIII. DIGEST.

LEX XCV.

POtest RELIQVORVM appellatio, etiam vniuersos significare.

SVMMARIVM.

1 Reliqua sunt ex maiori summa restantia.
2 Qui totum in rationibus deber, reliquum nihilominus debere censetur.
3 Reliquatores sunt qui ex reliquis rationum æs alienum contraxerunt.
4 Contesto reliqui soluti, totum solutum non arguit.

POTEST. Reliqua, quæ Græci τὰ λοιπὰ dicunt, vt suprà in l.boues.§. inter reddere. admonuimus, intelligi oportet; quodcunq; ex maiori summa restat & reliquum est. Tamen ad vniuersos protrahi Marcus scribit: id est, vel advniuersam summã, vel ad vniuersos in solidum. Vt si ex multis seruis quos habebas, vnius optionẽ cuidã legaueris, reliquosverò cuidã alij, siquidẽ minimè ille optauerit, vniuersi omnes alij debebãtur. Vel si ex redditis rationibus centum debeãtur, ac duo fideiussores intercesserint, quorũ alter xc. exoluturum se nomine debitoris receperit, alter verò reliquũ totius summæ, ac q promisit xc. nõ soluẽdo fuit, sanè qui pro reliquo tantũ fideiussit, vniuersum τοῦ ἐξ ἑκάστου ὁλοκλήρου soluere cõpellendus erit. Quod tamen accipiendũ fuerit, si in solidũ illi fideiusserint. Quæstio (inquit Vlpia.) hęc & in eo tractatur. Si quis libertatẽ dederit seruis duobus, si rationes reddiderint. Iuli. enim tractat: si reddere alter sit parat⁹, alter nõ sit, an alter per alterũ impediatur? Et rectissimè ait, siquidẽ separatim rationes gesserint, sufficere ad libertatẽ adipiscendã, ei qui suas rationes reddiderit. Siverò simul, nõ aliâs videri eũ paruisse, nisi vtriusq; reliqua exoluerit. In reliquis accipere debemus, vt ipsa rationũ volumina reddãtur. Est in l. si ita fuerit.§.quæstio.ff. de manumiss.test. Quod ipsum ait Connãnus lib.vj.cõmen.iur.ciuil. In reliquatoribus vectigaliũ & tutelarũ & similiũ administrationũ apparet, qui tametsi totũ omnino debeãt, tamen reliquati esse dicũtur, & eorũ nomina rectè appellãtur reliqua. Sunt autẽ reliquatores, qui ex reliquis rationũ æs alienũ contraxerũt: quod reliquari verbũ significat, vt patet ex Paulo in l. Lucius Titius curator.ff.de admini.& per tut. Non ex eo (inquit) qd adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorẽ habere voluit: debitũ qd ex cõductione reliquatus est, agnouisse eũ videri: id est, reliquũ quod ex conductione debebat. Hoc λοιπίστου Græcis dicitur, & λοιπιστὴς reliquatores, qui quod

Reliquorũ appellatio.

Connan.lib. vj.cap.vij.

Reliquatores.

Reliquari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quod alicui debent, ex asse & integro non persoluunt: sed alicuius partis debitores adhuc remanent. Vide Pet. Crinitum lib. xv. de honest. discipl. & Vlpianum in l. rescripto. §. sed eos. ff. de muner. & hono. Sed eos demum rerum publicarum debitores accipere debemus, qui ex administratione Reipub. reliquantur: id est, qui ex reliquo debitores remanent. Hic autem ἀπὸ τοῦ forsan quæras, An creditor qui fassus est se accepisse decẽ ex reliquo totius debiti, planè videatur confessus sibi à suo debitore persolutum esse integrè? Hanc quidem quæstionem discutit Scæuola in l. Si ex pluribus. ff. de solut. & liber. Si (inquit) ex pluribus caussis & cheirographis creditor ita cauit: Titius Mæuius, dico me accepisse & habere, & accepto tulisse Caio Titio reliquum omne post rationem positam eius pecuniæ quam mihi Stichus Caij Titij seruus cauerat. Quæsitum est, an ex cæteris cheirographis in quę Stichus non cauerat, sed ipse debitor, integra maneat actio, id est, ex reliquis cheirographis per ipsum debitorẽ cautis? Respond. eam solam obligationem dissolutam ex qua solutum proponeretur. Hoc ipsum latius tradidi in Aphorismis iurisprudentiæ in verb. Confessio. Aphor. lj. Item de vniuersi appellatione, & significatione, amplissimè diximus in commentariis nostris ad statuta municipalia seu consuetud. Turonensis præfecturæ, ad titulum generalem. in verb. *Generales*.

Cap. iij.

Quæstio pulchra.

CELSVS LIB. XXV. DIGEST.

LEX XCVI.

LIttus est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idque M. Tullium aiunt, cùm arbiter esset, primum constituisse. Prædia dicimus aliquorum esse non vtique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente.

SVMMARIVM.

1 Littus est quatenus hybernus fluctus maximè excurrit.
2 Ripa est quæ flumen tenet, naturalem cursus sui rigorem tenens.
3 Verba contractus ad ipsius contractus tempus referri debent.

ITTVS. Loca maris proxima & quæ ipso mari alluisolent, Littora dicuntur, vel quòd ad ea mare allidatur: vnde littus dictum existimant. Quidam tamen à litando traduntlittus deriuatum: Id eóq; locum etiam esse ante aras sacrum quam quidem etymologiam non probauit Seruius, cùm litare verbum primam corripiat. Virgilius libro quarto Aeneid.

Littus quid & vnde dictum.

- Sacrisque litatis
Indulge hospitio, caussásque innecte morandi.

Sed Donatus eapropter locum iuxta aras littus appellari scripsit, quòd nauigantes eundo ac redeundo in littore litabant & sacrificabant, Sanè littus à Gæcis ἀκτὴ dicitur ἀπὸ τοῦ βαθύλου τοῦ ἀκτῶν apud Etymolog. Propriè autem Littus maris est: ripa verò, fluminis: sed alterum pro altero aliquando à Poëtis vsurpatur. Est siquidem Littus maris quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. §. flumina. Institu. de rer. diuis. At Gallus Aqui-

Ripa.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lius apud Cicer.in Topicis littus definitione complexus est, vt sit qua fluctus eluderet.Solebat igitur(ait)Aquilius collega & familiaris meus,cùm de littoribus ageretur,quæ omnia publica esse vultis, quærentibus his ad quos id pertinebat,quid esset littus,ita diffinire,quà fluctus eluderet.Ripā Vlpianus in l.j.§.ripa autem.ff.de flum.scripsit esse id quod flumen tenet, naturalem cursus sui rigorem continens.Hoc capitis initium eò pertinet vt dirimatur controuersia agri ad littus maris ripámve fluminis venditi. Littora(inquit Paul.in l.littora.de contrah.emp.)quæ fundo vendito conjuncta sunt,in modum non computantur:quia nullius sunt,sed iure gentium vacant omnibus:nec viæ publicæ,aut loca sacra & religiosa.Itaque vt proficiant,venditori caueri solet,vt viæ,item littora & loca publica in modum cedant.Alioqui enim minimè cederent:vt l.id quod.§.j.ff.de pericu.& com.rei ven.Alterius præterea quæstionis est.Titius emit stagnum quoddam insigne,& circa illud,pedes decem qui ripam conficiant: postmodùm excreuit aqua excurrens eam mensuram decempedalem,&alios iterum decem pedes alluit,An decem illi pedes qui post emptū stagnum accesserunt aliis x.pedibus,emptoris fiant?Respondit Proculus existimare se eatenus stagnum quod emit, Titius venisse quatenus tunc fuit,& circa illud,decem pedes qui tunc fuerunt:nec ob eam rem quòd stagnum postea creuit,latiùs illud possidere debere quàm emit.l. Rutilia Polla,dicto titulo,de contrahend.empt. Quo loco notat Bartolus verba contractus ad tempus ipsius contractus referri debere.

Quæstio pulchra de Alluuione.

IDEM LIB. XXXII. DIGEST.

LEX XCVII.

CVm stipulamur,quāta pecunia ex hereditate Titii ad te peruenit,res ipsas quæ peruenerūt,nō precia earū spectare videmur.

SVMMARIVM.

1 Quanta summa pecuniæ, ad numeratam & rerum corporalium æstimationem refertur.

VM STIPVLAMVR. Hæc verba, *Quanta summa pecuniæ*, non ad numeratam tantùm pecuniam debet referri, sed ad res etiam corporales: vt prædia,mancipia, vestes,& id genus alia.l. quisquis.de legat.iij.

IDEM. XXVIII. DIGEST.

LEX XCVIII.

CVm Bissextus Calendis est,nihil refert priore an posteriore die quis natus sit:& deinceps sexto Calendas natalis eius dies est.Nam id biduum pro vno die habetur: sed posterior dies intercalatur,non prior.Ideo quo anno intercalatum non est,sexto Calēdas natus,cùm bissextus Calendis est,priorem diem natalem habet. Cato putat mensem intercalarem addititium esse:omnésque eius dies pro momēto tēporis obseruat,extrémóque diei mensis Februarii attribuit.Q.Mutius,Mensis,ait, intercalaris cōstat ex dieb.xxix.

Summa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Bissextus est eo anno, quo bis sexto Cal. Martij duobus continuis diebus, pro vno reputatis numeratur.
2 Minor xxv. annis censetur, donec lapsum fuerit vltimum natalis horæ momentum.
3 In fauorabilibus, vt honorum gerendorum gratia, annus inceptus pro completo habetur.
4 In temporis spatio lege præstituto ad actiones certæ diei annuæ præfinitæ vltima dies incepta non habetur pro impleta.
5 Biduum bissextilis anni pro vno die supputatur, in actione redhibitoria.
6 Biduum bissexti pro vno die supputatur in dinumeratione annorum ac mensium: pro duobus vero, in enumeratione dierum.
7 Intercalare est diem mensi vel mensem anno interserere.



CVM BISSEXTVS. Trecentis sexaginta quinque diebus constare annum tum hodie vulgò obseruamus, tum etiã ex Iuliano docemur in l. ita vulneratus. §. æstimatio. ff. ad leg. Aquil. & ex Paulo, in l. cùm hæres. §. Stichus si heredi. ff. de ista tulibe. Et hoc quidem temporibus C. Iulij Cęsaris, qui Fastos corrigens, (ait Tranquillus) annum ad cursum Solis sic accommodauit, vt videlicet trecentorũ sexaginta quinque dierum esset: & intercalario mense sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur: imitatus Aegyptios teste Macrobio libro primo Saturnaliorum, solos diuinarũ rerum omniũ conscios, qui Solem cursum suum conficere totidem diebus & quadrante dignouerunt. Nam sicut Lunaris annus, mensis est, quia Luna paulò minus quàm mensem in Zodiaci circuitione consumit: ita Solis annus hoc dierum numero colligendus est, quem peragit, dum ad id signum se denuo vertit, ex quo digressus est. Vnde annus vertens vocatur. Scribit ex Dione Xiphilinus in Iulio Cęsare, inter alias multas leges quas ipse Cæsar tulit, dies anni qui antea non omnino conuenirent, emẽdasse. Cùm enim ad Lunæ periodos & circuitus quadrabant menses, ad eundem modum in præsentia constituit, septem dies sexaginta aliis diebus adiiciens, qui quidem ad quadrantem perfectãmque supputandorum dierum rationẽ conferre videbantur. Idipsum autem Cæsar ex Alexandria, vbi commoratus erat, accepit & aduexit: præterquàm quod apud illos singuli menses triginta dierũ numero constant: deinde addunt toti anno dies quinq;. At verò Cæsar ad eos menses, & duos alios, quos detraxit vni, coaptauit. Adiunxit quidem quinto cuique anno eundem vnum diem, qui quadrantem impleret. Sic itaque annos constituit, vt nulla ferè sit horarum mutatio. Constat enim annos mille quadringentos sexaginta vnum, vno alio tantùm die intercalari oportere. Eiusdem Xiphilini hæc verba sunt,

Annus quot cõstat diebus.

Sueto. in Cæsa. cap. 40.

Cap. xiiij.

Annus lunaris.

Annus solaris.

Annus vertens.

Annus C. Iulij Cæsaris.

ἐνομίθεσε δὲ ἀλλὰ τε πολλὰ, καὶ τὰς ἡμέρας τὰς ἐτῶν ὧν τότε ἐμετρεῖτο ἐφόρει, τῷ τῶν πολλῶν τῶν μόνων ἔτι καὶ τότε τοῦ μῆνος ἄγοντος, καὶ ἐνίοτε τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλὼν μιᾷ ἡμέρᾳ τῶν ἐς τὴν ἀκριβεστέραν παρέφερον. τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς ἐλαβε, πάλιν καὶ ὅσον ἑκάστου μέρος τεμαχιζομένου τοῦ μῆνος λαμβάνεται, ἐνόησε ὅτι τοῦτο (καὶ) ἀναγκαῖον τῶν ἡμερῶν ἐπιφορᾶν ἐς δὲ τὰς μῆνας τούτους τε καὶ τοὺς ἑτέρους δύο οὓς ἀφῄνυς μόνους ἀφέλων, ἐπέθεσε τὸν μὲν τῶν μιᾷ τῶν ἐκ τῆς τετραετηρίας συμπληρουμένου διὰ τέτρε καὶ αὐτὸς τῶν ἀσήγαμεν, ὅς τι μοῖρ ἔτι τοῦ ἄρας αὐτῶν πάλιν ἐλαχίστῳ παραλλάττειν ἐν γοῦν χίλιοι καὶ τεῖς κοσίους καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑβδομήκοντα ἡμέρας ἐμβολίσκει λέγω.

Bassus Arati interpres (ait Cælius Rhodiginus lib. xxiiij. lect. antiq.) tricẽnis diebus à Sole transcurri signa tradit, denique horis ac semissibus, id est,

Semis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

horę dimidio. Hinc ſemiſsis incremẽto diẽ cõfici vnũ quarto quoq; anno bisſexti nomine, ex quadrantibus conſurgentem. Inde Plinius lib.ij. naturalis hiſto. cap. viij. tradit Solis meatum eſſe partium quidem trecentarũ ſexaginta: ſed vt obſeruatio vmbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adiici, ſupérque quartam partem diei. Quamobrem quinto anno, vnus intercalaris dies additur, vt temporum ratio facilius Solis itineri congruat. Iulius ergo Cæſar, decem dies obſeruationi veteri ſuperadiecit (ait Macrobius libro primo) vt vnum annum ccclxv. dies, quibus Sol luſtrat Zodiacum, efficerent. Et ne quadrans deeſſet, ſtatuit vt quarto quoque anno, ſacerdotes qui curabant, menſibus ac diebus vnum intercalarent diem: eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres menſis intercalabatur: id eſt ante quinque vltimos Februarij menſis dies: idque biſſextum cenſuit nominandum. Quo autem magis impoſterum (ait Suetonius) è Calendis Ianuariis nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem ac Decembrem menſem, interiecit duos alios: fuitq; is annus quo hæc conſtituebantur, xv. menſium cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat. Plinius libro xviij. Cæſar (inquit) dictator, annos ad Solis curſum redigens ſingulos, Soſigene perito eius ſcientiæ adhibito. Et ea ipſa ratio poſtea errore comperto, correcta eſt: ita vt duodecim annis continuis non intercalaretur, quia cœperat ſydera annus morari, qui prius antecedebat. In eum igitur ordinem ac rationem fuere anni ab ipſo Cæſare conſtituti, vt quarto quoq; anno dies vnus intercalaretur: qui quidem dies, & annus intercalaris appellatur. Nam cùm annus ad Solis curſum coaptatus, præter ccclxv. dies, ſex etiam horæ ſuperfluerent, neceſſe quidem fuit, vt quarto anno, præter eum numerum dies adderetur vnus, qui quater ſexies horis illis excurrentibus perficeretur. Ecce tamen noſtræ ætatis diligẽtiores Aſtrologi (vt teſtis eſt Lilius Gregorius) pro quadrãte annuo, intercalaris diei parte, nõ ſex, ſed quinq; duntaxat horas cenſent integras & minuta circiter xlix. vt ſingulo quoque quadriennio minuta xliij. ſuperfluo intercalentur, quę in ſpatio annorũ centum & xxx. ferè diem vnum integrũ conſtituant, qui quidem nimio plus ſatis intercaletur. Calendæ autem intercalares quæ ſint, ſcitè ſubtilitérq; ipſe Lilius Grego. adnotauit in eo libro quẽ ſcripſit de annis & menſibus. Calendæ igitur (inquit) intercalares erant eius menſis qui apud Romanos intercalabatur poſt menſis Februarij diem xxiij. hoc eſt inter vj. & v. Calen. Martij. Vnde cùm Cæſar tres menſes in confuſionis anno intercalauit, hoc eſt, vnum xxiij. dierum in menſe Februarij, & reliquos duos inter Nouẽbrem & Decembrẽ, omnes ipſæ tres Calendæ intercalares fuerũt. Sed vt ad rem veniamus, ſcire oportet biſſextũ ideò nominari, quòd cũ dies ille intercalaris incidit, bis ſexto Calẽdas Martias dicamus ſecundum eccleſiæ ritum, & loquẽdi modum. Duo nanque dies, ſexto Calen. Martias computantur: intercalaris videlicet is qui vltimo anni diei adiicitur. Itaq; hoc biduũ biſſexti pro vno tãtùm die reputatur

Biſſexti ratio.

Cap. xiiij.

Suetonius in Iul. Cæſ. cap. 40.

Cap. xxv.

Dies intercalaris. Annus intercalaris.

Calendæ intercalares quæ.

Biſſextus cur ſic dictus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

reputatur. Ideo, cùm Prætor edicit: quod cum minore xxv. annis natu gestum esse dicetur, vti quæque res erit, animaduertam: videndum est (inquit Vlpianus in l.iij.§. minorem.ff.de minorib.xxv.an.) an etiam diem natalis sui ad hoc dicimus, an horam in qua natus est, vt si captus sit restituatur? Et cùm nondum compleuerit, ita erit dicendum, vt à momento in momentum tempus spectetur. Proinde, & si bissexto natus est, siue priore, siue posteriore die, Celsus scribit nihil referre. Nam id biduũ pro vno die habetur, & posterior dies Calendarum intercalatur. Quod igitur vltimo anni die ante natiuitatis horam cum eo gestum est, qui
2 xxv. ætatis annum attigit, sanè cum minore gestum censebitur esse, donec horæ natalis diei, momentum etiam postremum effluxerit: nec alioqui poterit dici vigesimus quintus annus adimpletus & perfectus. Et sic in restituendis minoribus, tempus ætatis de momento in momentum spectatur: nisi fauore rei qua de agitur, aliud oporteat agi. Vt cùm lex prohibet minores ante xxv. annum ad rempub. administrandam ac-
3 cessi atque admitti, nulla hîc momentorum ratio habenda est: annus enim vigesimus quintus cœptus, pro completo habetur. Sed hoc quidem in honoribus fauoris causa constitutum est, vt pro plenis inchoatos accipiamus. Vlpia. in l. ad rempub. ff. de munerib. & hono. At regulariter, inquit ibidem Accursius, diuersum obseruatur: vt in d.l. cùm hæres. §. Sti-
4 chus si hæredi. Nam quandocunque temporis spatium lex præstituit, vt actionib⁹ diei annuæ, cuiusmodi est actio iuris protomixeos seu retractus actionibus redhibitoriis & iniuriarũ, vltimus dies inceptus pro pleno non habebitur: nec de momento ad momentũ erit supputatio. Nõ putabã, inquit Paulus, diem fideicõmissi venisse, cũ xvj. annũ ingressus fuisset is cui erat relictum, ad xvj. annum peruenisset: & ita etiã Aurelius Imperator Antoninus ad appellationem ex Germania iudicauit. l. nõ putabam. ff. de cõdit. & demonstra. Hoc ipsum amplissimè discussit Frã. Cõnannus libr.
5 iij. Commenta. iuris ciuil. Iam verò id quæstionis est: an si dies intercalaris & bissextus incidat in eum annum qui consanguineo lege municipali præscriptus est in redhibitione gentilitia, hoc biduum pro vno tantùm die æstimari debeat? Et æstimandum Andr. Tiraquellus censuit, in tractatu eiusdem argumenti. §. j. gloss. x. in verb. *L'an & iour.* nume. 119. & in §. iij. in verb. *n'ha que huit iours.* gloss. ij. numer. 6. in summa. Barto-
6 lus in d. §. minorem, ἀναλυτικῶς censuit, si ad anni & mensis rationem præstitutum tempus referas, biduum in anno intercalari pro vno tantùm die haberi. Si verò ad dierum dinumerationem, biduum omnino ineundum esse. Et hanc puto veriorem fore sententiam.

L. j. §. Prætor. ff. de minor.

Tempus quãdo spectatur de momẽto ad momentum.

Cap. xij.

7 INTERCALATVR. Quando primùm intercalatum sit, docet Macrobius libro primo. Est autem intercalare, interserere: & mensis Februarius intercalari ob hoc dicitur, quòd ei dies vnus interseritur, qui à Græcis ἐμβόλιμος καὶ ἐμβολισμός eadem ratione, & ἐμβολισμός intercalatio. Aegyptij exhalationes syderum atq; stabilitates appellant, teste Eusebio & Beato

Macro. li. j.

Cap. xiij.

Intercalare quid.

Intercalatio.

Hieronymo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Hieronymo: imò bissextum, inquiunt, ob rememorationem lucis atque dierum & noctium, quæ luminibus triduum antecesserũt, ideò quòd tres dies sine authore Sole processerunt. Itaq; intercalare est interponere Budæo interprete in d.§.minorem: quod Græci ἐμβάλλειν dicunt & παρεμβάλλειν. Vide etiam ipsum Budæum in hunc locum amplissimè scribẽtem. Reliqua Alciatus doctè persequitur, & Bartholo. Cæpola hoc loci.

VLPIA. LIB. I. DE OFFIC. PROCONS.

LEX XCIX.

NOtionem accipere possumus, & cognitionem, & iurisdictionem. Continentes prouincias accipere debemus eas quæ Italiæ coniunctæ sunt: vt puta Galliam prouinciam. Siciliam magis inter continentes nos accipere oportet, quę modico freto ab Italia diuiditur. Instrumentorũ appellatione, quæ com præhendãtur, perquàm difficile erit separare. Quæ enim propriè sunt instrumenta propter quæ dilatio danda sit, vnde dignoscemus? Si in præsentiam personæ quæ instruere possit, dilatio petatur, puta qui actum gessit, licet in seruitute, vel qui actor fuit constitutus, putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

SVMMARIVM.

1 Cognoscere, est legitima potestate iurisdicendi officium exercere.
2 Cognitio à principe demandata sententiam excluditab lege verò concessa includit.
3 Cognitio ad extraordinaria iudicia vt plurimum refertur, interdum ad alia.
4 Causæ omnis disceptatio consistit in cognitione, sententia, & executione.
5 Cognitionem qui habet, non propterea iurisdictionem.
6 Cognitio necessaria est vbicunque iudicis officium exigitur.
7 Cognitionis verbum maius est, quàm notionis.
8 Iurisdictio ad iudicia priuata & publica spectat.
9 Cognitio præfecti vigilum executionem habet.
10 Iudicis principum cognitiones dicuntur.
11 Cognoscere proprium est iudicum quibus imperium mandata iurisdictione transfertur.

Cognoscere. Cognitio.

NOTIONEM. Verbum cognoscere, à iureconsultis vsurpatur, pro iudicis personam induere, & inter litigantes sententia controuersiam dirimere: vnde ad iurisdictionem pertinet. Græci illud dicunt διαγινώσκειν pro potestate ius dicere, vt iudex in sua prouincia, Budæo teste in Commentariis linguæ Græ. Itaq; cùm ante iudicem non suum quis vocatus, cõpellitur ab ipso iudice corã se disceptare, dũ is iudex legitimũ partiũ se iudicẽ pronũtiat, cẽsetur cognitionem causę vsurpare, id est iurisdictionem sibi arrogare. Cùm tamẽ rescripto princeps alicui cognitionem demandat, id exactè & strictè accipiendũ cẽsuit Iason in l.cũ prolatis.ff.de re iudi. Tãtũ enim vsq; ad sentẽtiã intelligit. At verò quãdocũq; à lege cognitio cõceditur, ferẽdæ quoq; sentẽtię potestas cẽsetur cõcessa. Solẽt (inquit Vlpia. de offi. proconf.) etiã custodiarũ cognitionẽ mandare legatis: sed vt præauditas custodias ad se remittãt. Sic multũ interest cognitio à lege cõcessa sit, an verò ab homine.

Quippe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quippe cognitionis nomen ad ea plerunq; iudicia refertur, vt scribit Cõnannus libro primo Commenta.iur.ciuil.quæ extra ordinem habentur. Tradit tamen Callistratus, aut de muneribus & honoribus gerendis plerunque cognitionem esse, aut in pecuniariæ rei disceptatione versari, aut cùm de existimatione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine queritur.l.cognitionũ.ff.de var.& extraord.cognit.Sepe etiã suspecti tutoris cognitio solet demandari, teste Martiano in l.cognitio.ff.de offi.iurid. Alex.Ex quibus patet cognitionis verbũ tum ad ciuiles, tum etiã ad criminosas causas & capitales pertinere. Ergo iurisdictionis verbũ est cognitio. Quod omnino verũ non est. Cùm enim causa omnis quæ iurisdictionis authoritate discuti ac terminari solet, versetur in cognitione, sentẽtia, & executione: cognitio autẽ vsq; ad sententiã iudicis protrahatur tãtùm, sæpe quidẽ fit, vt cui cognitio cõpetit, ferre sentẽtiã is nequeat: executionẽ itẽ, quæ sentẽtiæ ipsius effectus dicitur, nullã propemodum habeat. Quare demãdata simpliciter cognitione, nõ videtur demãdata executio.no.in l. de qua re.ff.de iudi.in cap.Adhæc.de offi.Archidia.Inno.in cap.Proposuit.versi.Quidã tamen dicũt.de concess.præb.Qui igitur cognitionẽ habet, non habet propterea iurisdictionem: quam habẽti, & cognoscendi, & ferendæ & exequendæ ius est sentẽtiæ. Fit tamen aliquãdo, vt cui executio demãdata est, cognitionis quoq; ius ille habeat: cũ videlicet in exequẽda sententia, disceptatio inter partes incidit, & cõtrouersa fit ea ipsa sentẽtia: scribit Constãtinus Impe.ad Pontianũ consulẽ Campaniæ, eum, cui quãuis nõ cognitio, sed executio mãdatur, de veritate rei acquirere posse: vt si fraus intercesserit, de omni negotio cognoscat.l.& si nõ.C.si contra ius vel vtil.pub.Sed & Vlpia.in l.penul.ff.de iurisd.om.iud.videtur sentire, eum posse sententiã quoq; ferre qui cognitionem habet. Cùm (inquit) quædam puella, apud cõpetentẽ iudicem litẽ susceperit, deinde condemnata sit, posteáq; ad viri matrimoniũ alterius iurisdictioni subiecti peruenerit, quẽrebatur, an prioris iudicis sentẽtia exequi possit? Dixi posse, quia ante fuerat sentẽtia dicta. Sed & si post susceptam cognitionẽ, ante sentẽtiam hoc euenerit, idem putarẽ: sententiáq; à priore iudice rectè feretur. Breuiter, vbicũq; iudicis vel authoritas, vel cõsensus exigitur, semper intelligitur necessaria causæ cognitio, vt not.Zasius in l.sed si hac.§.prętor ait.ff.de in ius voc. Duplicem autem causæ cognitionem idem Vld.Zasius doeuit in l.quanuis.eodem titu. Qua ratione crediderim eum etiam iurisdictionem habere, qui cognitionem habet. Vt cùm dicimus merum imperium esse gladij potestatem ad animaduertẽdum in facinorosos homines, interpretamur potestatẽ cognoscendi & iudicãdi de quibuscunq; criminosis causis, vt.l.solent.ff.de offi.proconf. Itaque mihi sanè videtur frustra Vlpianus scripsisse hoc loci, verbum Notionis generalius & cognitione, & iurisdictione esse: cũ etiã Notionis nomẽ ad eos pertineat qui iurisdictionem nõ habent, sed habẽt de quauis alia causa notionem, sicut ipsemet Vlpianus tradidit in l.ait prætor.ff.de re iudicata.ait Prætor.

Cap.xvi

Notio quid.

Cuius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Cuius de ea re iurisdictio est:melius(inquit Vlpia.)scripsisset,cuius de ea re notio est.Sed existimauit Accurs.hoc ideo dixisse Vlpianum,quòd verbum notionis tanquam generalius,ad plures extenderetur.Quã Accursij sententiã nequaquam probauerim.Verbum enim cognitionis, maius 7
est notione,& ad plura negotia trãsferri solet.Quod ex Cicerone elegan-
ter admonuit Connãnus,lib.j.cap.xvj.Cicero pro domo sua ad pontifi- "
cees.Omnis(inquit)notio Pontificum,cùm adoptaret,esse debuit:nisi fortè "
ex te ita quæsitum est,num perturbari rempub.seditionibus velles? & ob "
eã causam adoptari,nõ vt filius esses,sed Tribunus plebis fieres,& fundi- "
tus euerteres ciuitatem? Respondisti,credo te ita velle.Pontificibus bona "
causa visa est:approbarunt,&c. Nulla tamẽ(ait Cõnannus)Põtificum iu- "
risdictio erat:sed ipsorum fuit animaduertere,an omnia fuerant iustè & "
legitimè obseruata. Ad eos de rebus & negotiis sine quæstione referebatur. "
Pontificum apud Rom. collegiũ & authoritas. Vnde T.Liuius lib.ix.iij.Decad.ad collegium Pontificum relatum de "
expiãdis,quæ locris in tẽplo Proserpinę tacta,violata,elatáq; inde essent, "
Tribuni plebis cum prętore & decẽ legatis profecti M.Claudius Marcel. "
& Cincius Alimẽtius,tisq; ædilis plebis datus est:quẽ si aut in Sicilia prę-
toris edicto audiens non esset Scipio,aut iam in Aphricam traiecisset,cõ-
præhendere Tribuni iuberent,ac iure sacrosanctæ potestatis reducerẽt.
His Liuij verbis patet Pontificibus tantùm notionem fuisse : iurisdictio-
nem autem penes Prætorem,& potestatem ad Tribunos plebis pertine-
re. Qui igitur notionem habet, cognitionem & iurisdictionem non ha-
Iurisdictio quid. bet.Nam iurisdictionem de publico introductam,constat & publica & 8
priuata iudicia spectare:sic iuris dicẽdi potestatem obtinere. Quam rem
amplissimè in Commentariis nostris ad leges municipales seu consue-
tud.prędecturæ Turen.exequuti sumus.Sed & videtur cognitionis eadem
Præfectus vigilum & eius potestas. esse ratio quæ iurisdictionis. Fenestella de Præfecto vrbis & vigilũ.cap.
xxiiij.De incensoribus (inquit) effratoribus, furibus, raptoribus, apud
præfectum vigilum cognitio est : nisi si quæ tam atrox, tam famosa
persona sit, vt ad præfectum vrbi remittenda videatur.Et quoniam in-
cendia plerunque culpa oriuntur inhabitantium,aut fustibus castigat eos
qui negligentius ignem habuerunt,aut seuera obiurgatione cõminatur,
fustium castigationem remittit.Vides,lector,ex ipso L.Fenestella de ma- 9
gistra.Roma.eidem exequendi ius esse,cui cognitionis ius est.Sic cogni-
Libr.j.cap. xvj. tionem sub notione minimè cõtineri:sed scribit Connãnus eodem libr.j. 10
& iudicia principum nominari cognitiones,quòd iure ordinario iurisdi-
ctionem nullam habebant,vt nec populus,in cuius locum venerãt:sed de
quibusdã extra ordinem cognoscebant,quæ scilicet suæ cognitioni refer
uauerant,aut quæ noua erãt,nullis dum iudiciis definita.Cognoscere ta- 11
men ego puto propriũ esse iudicũ quibus imperiũ mandata iurisdictione
transfertur.Sic enim & in eum sensum passim apud iureconsultos legi-
mus.De qua re(inquit Iulianus.ff.de iudic.) cognouerit iudex,(maximè
lite apud eum contestata,scribit Accurs.)de ea quoque pronuntiare co-
gendus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gendus erit. Ex quo colligere licet, eum qui cognoscit, sentẽtiam quoque ferre & pronunciare posse. Has siquidem antinomias cõciliari oportet ex distinctione quam suprà fecimus. Vel etiam distinguendum fuerit, an de ordinaria, an verò de recuperatoria & demandata iurisdictione agatur.

SVMMARIVM.

1 Prouinciæ nullo mari ab Italia seiunctæ dicebantur continentes.
2 Prouinciæ dicuntur procul euictæ extra Italiam gentes, Romanóque additæ imperio.
3 Vocatio in ius domi tantùm denunciata, niluli est, nisi vocatus extra territorij continentia fuerit.
4 Absens non censetur, qui modico interstitio abest.

CONTINENTEIS *prouincias*. Quid sit prouincia, & quo primùm tempore cœptæ sint prouinciæ, amplissimè tradidimus in nostris commentariis ad consuetud. Turon. in verb. *du pais*, Titul. generali. Permultæ sanè prouinciæ Romanorum fuerunt: sed quæ Italicis oris adhærebant, ac erat conterminæ nullo maris interstitio, continentes dicebantur, quemadmodum Romam dicimus etiam continentia ædificia, id est, quæ vrbi Romanæ adhærẽt & contigua sunt. Quas igitur gentes Romani procul euicerant, imperióque suo adiunxerant, Prouincias appellabant: vt puta Galliam prouinciam, inquit Vlpian. Eam autem Galliam prouinciam Narbonensem fuisse, videre est ex Pomponij Melæ verbis lib. ij. de Gallia loquentis. Pars (ait) nostro mari adposita, fuit aliquando Bracchata, nunc Narbonensis, magis culta & magis consita: ideóq; etiam lætior Cicero de prouinciis cõsularib. Nemo sapienter de Republ. nostra cogitauit iam inde à principio huius imperij, quin Galliam maximè timẽdam huic imperio putaret. Sed propter vim, ac multitudinem gentium illarum, nunquã est antea cum omnibus dimicatum, restitimus semper lacessiti: nunc deniq; est perfectum, vt imperij nostri, terrarúmq; illarum idem esset extremum. Et rursus ibidẽ supra, ad principium orationis. Quatuor, inquit, sunt prouiciæ. P C. de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas: Galliæ duæ, quas hoc tempore vno imperio videmus esse coniunctas, &c. Quo in loco, vt testis est Vadianus, Narbonensem & Comatam intellexisse videtur, in quas peculiariter ea Gallia quæ intra Alpes est, diuiditur. De Sicilia Plinius lib. iij. natura. histo. c. viij. in hæc propemodum verba scribit. Verùm ante omnes claritate Sicilia, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, aut Triquetra à triangula specie, circuitu patens, vt author est Agrippa. D. cxviij. M. pass. quondam Brutio agro cohęrens, mox interfuso mari auulsa. xij. M. in longitudinẽ freto: in latitudinem autẽ M. iuxta columnam Rhegiam. Ab hoc dehiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido, in margine Italiæ sito. In eo freto, est scopulus Scylla, item Carybidis, mare vorticosum. &c. Hoc equidem Rhegium Græci ῥήγιον παρὰ τὸ ῥηγνύναι, id est, ab erumpendo seu dehiscẽdo: q̃ sit illic sinus maris dehiscens. Quare scribit Mela lib. ij. Sicilia, vt ferunt, aliquando continens, & agro Brutio annexa: post freto maris Siculi abscissa est. Id angustum & anceps alterno cursu,

Sicilia descriptio.

Rhegium vnde dictũ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

modò in Tuſcum,modò in Ionium pelagus perfluit, atrox, ſæuum, & Scyllæ Carybdíſque ſæuis nominibus inclytum.Scylla,ſaxum eſt: Carybdis,mare,vtrunque noxium appulſis.Hæc ille. Hinc ego credo Vlpianum ſcripſiſſe Siciliã inter continentes prouincias magis accipiẽdam,propterea quòd modico freto ab Italia diuiditur.Hoc fretum Græci πόρθμον appellãt, teſte eodẽ Mela li.j. παρὰ τὸ πάρω, author etymologicus,quod traiicio ſignificat.Vnde πόρθμος fretum,ſeu ſinus traiectu facilis, & mare vtrinq; amplexum, τοῦ ἐξ θαλάσσης εἰς θάλασσαν ἔχοντος. Plinius lib.iij.Vnde irrupit Athlanticum ab aliis,magnum:quà intrat,Porthmos à Græcis:à nobis, Gaditanum fretum cùm intrauit.Eam igitur maris anguſtiã,quale eſt fretum illud quod Siciliam Italię abſcidit, & Gaditanum, quo extima Betica à Mauritaniæ ora diuiditur, περθμὸν Græci appellant:quemadmodum (inquit Vadianus) ἰσθμὸν terram exilem maria diuidentem,aut magis Peninſulam continenti annexam vocant: Vnde & περίθμια, vt author eſt Galenus in Aphoriſmorum Hippocratis lib.iij.vocant Medici eum locum qui os & gulam interiacet:quæ per translationẽ quandam ita nominãtur ab his qui propriè dicuntur Iſthmi.Sunt autem anguſti quidã terræ tranſitus inter duo maria ſitæ.hæc ipſe Galenus.Dicuntur alio nomine ἀντιάδες, καὶ ἢ ἀντιῶν καὶ ἀλλήλας quòd inuicem oppoſitæ ſint.Plinius Tonſillas vocat lib.xj. c.xxxvij. Sunt autem glandulæ ad radicem linguæ vtrinque adpoſitæ, quas vulgus amygdalas dicit,quod & Fuchſius adnotauit. Hæc autem lex ſeu caput ab Vlpiano traditũ,ad eas pertinet controuerſias quæ de abſentibus conueniendis ſæpe excitantur.Veluti quando eum,qui ad iudicium trahendus 3
eſt,coram præſentémq; & audientẽ citari oportere dicimus, & ſi patria locóq; abſens fuerit, prograṁate publico:nihili ſanè erit citatio ac vocatio in ius domum tantũ denunciata,niſi quoq; obiiciatur reum tum fuiſſe extra cõtinentia territorij.Authen.de exhibi.reo.§.ſiverò etiam.l.Fulcinius. §.illud.ff.ex quib.cau.in poſſ.ea.Alciat.in l.abſentem.ſuprà,hoc tit.l.dies cautioni.§.Prætor ait.verſi.abeſſe.ff.de dam.infec. dicimus in l. mulieris appellatione.§.abeſt.ſuprà hoc tit.Quid igitur ſi extra Turonenſem prouinciam vel præfecturam,in villam quandam aut caſtellum iuxta continentia ipſius prouinciæ,exiguo tamen flumine ſeu riuo interiecto, quis ſe contulerit, an propterea abſens cenſebitur, quòd non inuentus ſit in eo loco vbi requirendus eſt?Et quidem puto non cenſeri,argumento huius 4
legis.Nam quod modicum eſt,non debet conſiderari.argumen.l.in rebus. §.poſſunt.ff.commodati. vbi ad eum modica impendia pertinent, qui tamen alioqui maiores impenſas præſtare non tenetur.

Scylla, Carybdis.

Fretum quid.

Cap.v.

πόρθμος. Iſthmos quid. Aphoriſ. xxvj.

Antiades Tonſillæ.

Modicum non eſſe curandum.

SVMMARIVM.

1 Inſtrumentorum appellatione, tabulæ, & hominum teſtimonia intelliguntur.
2 Dilatio inſtrumentorum conquirendorum gratia conceditur, in prouincia ad tres menſes, in continentibus ad ſex, in tranſmarinis ad nouem.

§.inter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SINSTRVMENTORVM. In lite præclarè & rectè ordinanda, cursumq; eius inoffensum si teneas, operæpreciũ est, dies legitimos proferendis atq; edendis instrumentis litigatoribus præstituere ac præscribere. At instrumentorũ appellatione, tabulas simul & hominũ testimonia, hoc loco intelligi vult Vl.
1 pia. Quapropter scripsit Impe. Dioclet. in l. j. C. de dilatio. Quoniã, inquit, plerunq; euenit, vt iudex instrumentorum vel personarũ gratiâ dilationẽ
,, dare, rerũ necessitate cogatur, spatium instructionis exhibendę postulatũ
2 dari conuenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandũ, vt si ex ea
,, prouincia vbi lis agitur, vel personavel instrumẽta poscãtur, nõ amplius quã
,, tres mẽses indulgeãtur. Si verò ex cõtinentibus quinciis, sex mẽses custo-
,, diri, iustitiæ est. In trãsmarina autẽ dilatione, nouẽ menses cõputari opor-
,, tebit. De instrumentis, & eorũ editione & prolatione permulta, nec ea qui dem vulgaria diximus in Aphoris. iurispruden. in verb. instrumentum.

IDEM LIB. II. DE OFFIC. PROC.
LEX C.

SPeciosas personas accipere debemus, clarissimas personas vtriusque sexus. Item eas quæ ornamentis Senatoriis vtuntur.

SVMMARIVM.

1 Ingenui posteri, & successores intelliguntur tam fœminæ quàm mares, sic & speciosæ personæ.
2 Ornamenta Senatoria sunt quæ Senatum ab Equite distingunt.

1 SPECIOSAS. Si quando obtigit ingenuorum hæreditates deferri ad posteros & successores, tam fœminarũ quàm masculorũ erit hæreditas. Vel si quicquam speciosis personis testamento relictum est, vtriusque sexus personas clarissimas accipi oportet. Quæ autem clarissimæ personæ intelligantur, & quæ clarissimatus sit dignitas, amplissimè & luculenter tradidit do. Andr. Tiraquellus in Tractatu de nobilitate. cap. ij. & deinceps. Illum tu libenter legito. Maximam enim studiis tuis accessionem inde feceris.

2 ORNAMENTIS SENATORIIS. Erant quippe ornamenta Senatoria, quæ Senatũ ab Equite distinguebant, teste Plin. lib. xxxiij. natur. hist. Laticlaui tunica, quã Græci χιτῶνα πολύδεσμον appellant, Latini tunicã palmatã, vt adnotauit Laza. Bayfi. ex Strabone lib. iij. erat ornamentũ & insigne senatoriæ dignitatis. Item quoq; Purpura, ius spectandi in Orchestra, & epulãdi publicè, tam in epulo Iouis, in Capitolio, quã ludorũ causa. Erat equidẽ Laticlauus, senatoria vestis, qua Senatus dignitas & amplissimus ordo notabatur. Nonnunquã etiã Senatoribus vti penulis licebat, quamuis cultu tenuissimo essent. Multa alia in hanc rem scribit Alex. Neapol. lib. iiii. genial. Cicero in Oratione pro Cluent. togam prætextã reponit inter ornamenta senatoria, teste eod. Bayfio. Quæ igitur personæ his ornamentis senatoriis vterentur, speciosas ipsas & clarissimas dici & nominari licebat. Filia siquidẽ hominis ingenui ingenua ab ortu cẽsebitur esse pinde ac filij.

Bayf. de re vest. ca. xij.
Laticlauus
Prætexta toga. Cap. xij.
Cap. x. De reuestia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quòd si homini plebeio nupserit, qui ex ea nascẽtur filij, plebeiam patris sequentur conditionẽ: atq; è diuerso erit sentiendũ. Quæ omnia latiùs in cõmen. ad consuet. Turon. præfecturæ sunt à nobis tradita, & pertractata.

MODESTINVS LIB. VIII. DIFFEREN.

LEX CI.

INter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulterium, in nuptam: stuprum, in viduam committitur. Sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur. Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur. Repudium verò sponsæ remitti videtur. Quod & in vxoris personam non absurde cadit. Verum est, Morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: vitium verò perpetuum corporis impedimentum, veluti, si luscus sit: nam & luscus vtique vitiosus est. Seruis legatis etiam ancillam deberi quidam putant: quasi cõmune nomen vtrunq; sexũ cõtineat.

SVMMARIVM.

1 Adulterium est coniugalis thori maculatio, & cum nupta coitio.
2 Stuprum est virginis corruptio.

NTER STVPRVM. Quantum ab adulterio stuprũ dissideat, satis cõpertum est his qui Latinos authores euoluerunt. Est autẽ adulteriũ, quando quis sacrũ coniugij thorum maculauit, & cũ nupta muliere rem habuit. Aul. Gell. lib. x. noct. attica. cap. xxiij. De iure autem (inquit) occidendi ita scriptum est: in adulterio vxorẽ tuam si deprehendisses, sine iudicio impunè necares. Illa te (si adulteres) digito non auderet contingere: neque ius est. Quintianus. 1

-Arcano tu connubialia iura
Vertis adulterio.

Qua ratione rectissimè mihi videtur Alciatus lib. vij. παραρρῶν iuris tradidisse alterum dictum quasi ad alterius thorum: exemplo Cuculli auis quæ à Græcis κοκκυξ dicitur: ad vocis cuius imitationẽ nostrates Galli appellant *Coccu*. Nam veteres Græci κόκκυγα, per u, latinum pronunciabãt: & quidem hac tempestate plerique nostrorum. Propriè igitur (ait Papin. l. inter liberas. §. lex Iulia. ff. ad leg. de adulter.) adulteriũ in nuptam committitur propter partum ex altero conceptum composito nomine: Stuprum verò in virginẽ viduámve: quod Græci διαφθορὰν dicũt. Nam διαφθορὰν virginem stuprare significat, à Cicerone stuprum offerre, à Terentio autem, virginitatem imminuere & vitiare eleganter dictum. διαφθείρειν τὴν κόρην, vnde etiam διαφθορὰ. Quod verbũ vsurpatur à Galeno lib. ij. loco adfectorum, pro ciborum corruptione: cùm videlicet vitio humorũ calor naturalis non potest cibos concoquere. Quo fit vt vtraque lectio probanda sit, videlicet διαφθείρειν ἢ δὲ διαφθορὰν: quamuis Alciat. lib. j. dispunctio. c. xxvj. legat διαφθείρειν. At Lauren. Vall. & Budæus διαφθορὰν. Quam quidẽ Papiniani definitionem. l. inter liberas. §. lex Iulia. ff. ad leg. Iul. de adul. Ipse Vall. cõprobat,

Alci. libro ij. Parerg. cap. v.
Adulteriũ vnde dictũ.
Cucullus.
Gale. lib. ij. de locis adfec. ad prin.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bat, addens tamen legem Iuliam rectè hæc duo appellasse *συμμιγῶς* seu promiscuè: non quòd omne stuprum sit adulterium: sed quòd omne adulterium sit stuprum. Neque, inquit, rectè iurisconsulti excipiunt stuprum à nupta: quum etiam in quotidiano sermone sic loquamur. Cicero Act. vltim. in C. Verrem. Noctu stupri causa in vrbem introferri solitus est ad mulierem nuptam vni, propositam omnibus. Budæus quoque permultis exemplis ac testimoniis docet stuprum pro adulterio plerumque poni: quod, inquit ipse, parùm videtur Papinianus animaduertisse. Primus omnium in adulteros legem tulit Argiuus vir Hyettus post Moluri cædem in vxoris adulterio deprehensi: quam legem postea est imitatus Dracho Athenis. Cæl. libro vicesimo lectio. antiq. Permulta alia in hanc rem videbis apud Dom. Andr. Tiraquell. in tractatu de legib. connubial. Et nos quoque in Commentariis nostris ad consuetud. Turonens. titulo, *De doaire de femme noble.* Articu. viij.

Adulterium quid à stuprodifferat.

Vallens. lib. vj. cap. xlv.

Cap. xxxv.

§. DIVORTIVM. Nihil hoc loco de ea re dicetur à nobis. Id autem erit in l. inter diuortium & repudium. infrà hoc titul.

SVMMARIVM.

1 In mancipiorum venditione, sicut prædiorum, fraudis & malitiæ vindicatio est.
2 Animi vitium in seruo vel iumento venditor præstare non tenetur, nisi id abesse asseuerarit.
3 Corporis vitium simplex, aut cum vitio animi coniunctum redhibetur.
4 Morbus est mala totius corporis adfectio non perpetua, vitium partis, & perpetuum.
5 Epileptici venditor de redhibitione tenetur.
6 Non tantùm ad morbos perpetuos, sed ad temporarios etiam pertinet ædilitium edictum.
7 Μόλυβδος morbosus non est, ideoque non redhibetur.
8 Vitium animi redhiberi non solet: sed ex empto actionem admittit.

VERVM EST MORBVM. Non in prædiis solùm (ait Cicero) ius ciuile ductum à natura malitiam fraudémq; vindicat: sed & in mancipiorum venditione venditorũ fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto Aedilium. Vnde Vlpianus, l. j. ff. hoc tit. aiunt, inquit, ædiles, qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi vitiíve cuique sit. Qua ratione, refert scire quid inter morbum & vitium sit discriminis, vbi actio redhibitoria intẽditur: & ne in venditione mancipij vel vitiosi, vel morbosi decipiatur emptor. Aliter enim consideratur animal morbo, aliter vitio adfectum. Aliter item animi, aliter verò corporis vitium. Nam animi vitium ita demum præstabit venditor, si promisit: si minus, non. Et ideo nominatim de errone & fugitiuo excipitur. Hoc enim animi vitium est, non corporis. Vnde quædam iumenta pauida & calcitrosa morbosis non esse annumeranda dixerunt: animi enim non corporis hoc vitium esse. In summa, siquidem animi tantum vitium est, redhiberi non potest, nisi dictum est hoc abesse,

Cice. lib. iij. officio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& non abest. Ex empto tamen agi potest, si sciens id vitium animi reticuit. Si autem corporis solius vitium est, aut & corporis & animi mistum vitium, redhibitio locum habebit. l. ob quæ vitia. §. idem Pomponius. & §. sequenti. ff. de ædilit. edict. Sed qualiter morbum definias, qualiter etiam vitium, viderimus. Equidem ait Galenus libro primo, de sanitate tuenda, quæ corpus nostrum oblædunt corrumpúntque, ea sunt genere duplicia. Altera sanè nobiscum congenita, & quæ vitare nequeas, quæque ex ipsis generationis principiis, veluti radice oriuntur. Altera, quæ & declinare possis, & orta à nobis non sunt: quæ tamen non minus quàm illa, corpus nostrum conficiunt. Est igitur Morbus totius corporis corruptio, sicut definiuit Cicero libro quarto Tuscula. quæstionum. Galenus & Hippocrates dixerunt esse διάθεσιν παρὰ φύσιν. Et ipse Galenus libro primo, de differentiis morborum scripsit, morbum vel actionis corporis vel constitutionis ipsius esse vitium. Nam cùm tota corporis symmetria bonúsque habitus secundum naturam se se habere dicatur, sit sanè vt τὰ πάθη quæ corporis functiones earúmque inter se συμπάθειν ad actiones idoneam impediant, rectè morbum appellare debeamus, & adfectum contra naturam. Rectè itaque Vlpianus scripsit, apud Sabinum morbum sic definitum esse, habitum cuiusque corporis contra naturam, qui vsum eius ad id faciat deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Id autem aliâs in toto corpore, aliâs in parte accidere. Nanque totius corporis morbus est, puta phtisis, febris: partis, veluti cæcitas: licet homo ita natus sit. Vitiúmque à morbo multum differre: puta, si quis balbus sit: nam hunc vitiosum esse magis quàm morbosum. l. prima. §. sed sciendum. ff. de ædilit. edic. Ex quibus verbis iurisconsultus videtur inter morbum & vitium id differentiæ dedisse, quòd morbus totam corporis constitutionem occupet, neque tamen sit perpetuus, sed ad tempus: vitium verò sit perpetuum, καὶ οὐχὶ τῶν ἀεικινήτων: idque aliqua tantum in parte corporis: hoc est τὸ ἀδύνατον ἢ φυσικῶς διοικεῖσθαι, vt si quis sit luscus, balbus, claudus, gibbosus, & cætera id genus, pathemata. Propria siquidem appellatione, febris morbus est temporarius: ex quo tum reualescit eger, cùm calor ille præter naturalis παρὰφυσιν naturali calore viribus superiore. Est enim febris à nostris dicta ex efferuescentia: quemadmodum à Græcis πυρετὸς ἀπὸ τοῦ πυρός: quoniam, vt ait Galenus, est calida & sicca passio, οὐ τὸ πυρώδες. Quid? an epilepsia correpti edicto ædilium contineantur tanquam morbosi? Et videndum est. Quippe Epilepsia est omnium corporis partium conuulsio, non perpetua quidem, at ex interuallis, in qua mentis sensúsque, ac omnium facultatum animæ noxa est, à materia crassa & frigida, pituita vel melancholia, quæ, vt ferè Arabes senserunt, priores cerebri ventriculos occupat, his ducti argumentis, quia in epilepsia neque vident, neque au-

Morbus quid.

Gale. libr. j. de locis aff. Cap. ij.

Febris quid ὠνομασται. & vnde dicta.

Epilepsia quid & vnde generatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

que audiunt,& omnium ſenſuum functionibus, communi quoque ſenſu prohibentur:deinde,quia ſternutatione ſtatim liberantur.Vtuntur præterea,ſed malè,authoritate Galeni.Etenim Galenus ipſe libro tertio & quarto de locis affect. ſexto ἀδιηματῶν. omnes cerebri ventriculos in epilepſia occupari ſcribit:ſed medium præcipuè,& eum qui à poſteriore cerebro ad ſpinam pertinet.Grauiſsima equidem eſt epilepſia & quæ curari nequit,cùm in caſu illo ſtertor grauis,ſtridor dentium,peruerſio partiũ faciei, vehemens corporis totius iactatio,multa ſpuma,inuoluntaria ſeminis effuſio,& ſub caſum acclamatio.Vbi verò alia quædam abſunt,reliqua autem leuia ſunt,leuis epilepſia eſt.Triplex eſt epilepſiæ genus.Primum,affecto cerebro interceptis ſcilicet ventriculis ea ratione quam diximus.Alterum,vitio ſtomachi:de quo lege Galeni hiſtoriã libro quinto de locis affect. cap.v.de grammatico quodam : vbi & curandi rationem inuenias. Tertium genus , conſenſu reliquarum partium : quia videlicet in matrice , in extremo digito & alia quauis parte corporis materia quædam virulenta latet : qualis ſæpe in longo abſceſſu ſubiectis carnibus & oſſe corruptis : vel ſpiritus quidã venenoſus : vnde aura quædam , odor vel vapor ad cerebrum aſcendit , & epilepſiam commouet. De quibus omnibus lege cap.ſeptimum lib. tertij de locis affect:Sed an morbus ſit temporarius, an verò perpetuus & qui nulla ratione curari poſsit ? Et Hippocra.libro ij. Aphoriſmorum , in xlv. Apho.tradit poſse: maximè mutatione ætatis , & temporum , & locorum , & victuum: τῶν ἀδιαιρ]ετῶν τοῖσι νέοισι ἐπαλλαγὴν ἐς μ]εβολὰς μάλιστα τῆ ἡλικίης ἢ τῆ ὥρίων, καὶ τῆ τόπων , καὶ τῆ βίων τοιοῦσι. Qui quidem Aphoriſmus eſt de epilepſia quæ fit κατὰ τὴν συμπάθειαν & per conſenſum. Et item lib.v.Aphoriſ.in Apho.vij. τὰ ἐπιλη]ψία ὁκόσοισι κατὰ τὴν ἥβης γένη]σιν μ]ήδεσαιν ἔσχε , ὁκόσοισι δὲ ὕστερον ἢ ἥλικιν γένη]σιν, τουτέοισι τὰ πολλὰ συμπαυόμενα: Quæ epilepſia morbũſve comitialis ante pubertatis annos corripuit, mutatur & ſoluitur. At quibuſcunque anno vigeſimo quinto obuenit illis vt plurimùm commoritur. Videto etiã in hãc rem eũdem Hippo.li. ij.Apho.xlv.& Aporiſ.xxviij.li.iij.Et quę elegãter Galen.ſcripſit in Commentariis.Experientia quippe docuit,idq; veteres & recentiores Medici ſcriptum reliquerunt,partim natura pugnante,partim medicamentis & ratione vitæ leues epilepſias, etiam in quadragenariis curari poſſe. Leues autẽ epilepſias ſupraſcriptis ſignis definias.Morbus hic pueris eſt familiaris:vnde morbus puerilis appellatur:atque in pueris remedia,maxima ex parte ad nutrices transferenda ſunt.De quo tamen vetus quæſtio habita eſt ante tempora Hippocratis. De qua ex Hippocrate & Galeno ſic habeto. Non defuerunt (inquit Galenus ex Hippocr.) qui putauerint alimenta medicamentoſa nihil medicamenti retinere , vbi concocta in ſanguinem verſa , & in lac mutata fuerint. Atque inde collegerunt , lac nutricis non prodeſſe pueris,quatenus ad medicamenti rationem attinet. Veriſimilius tamen,iudicio Hippocratis & Galeni,vim aliquam medicamenti ſupereſſe in lacte.Vnde præcipiunt dari mulieribus aut capris

Epilepſia incurabilis quę.

Epilepſia triplex, & quę ſit eius cauſa.

An curari poſſit epilepſia.

Puerilis morbus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

medicata alimenta, ex quibus lac vim medicamenti contrahat, & inde pueri purgentur, qui alioqui inepti sunt sumendis pharmacis. Addunt argumenta, quòd in Doride, Bœotia, Thessalia, Attico agro, cothurnicum esus medicatus est, & purgat, quia illic elleboro plurimum vescantur aues. Addunt Arcades, qui nullis pharmacis ad corporis purgationem vtantur, sed tantùm lacte verno, & maximè bubulo: quia omniuoræ boues medicatis etiam herbis vescantur. Quare (vt ad nos iam redeamus) qui epilepticum mancipium vendidit, actione redhibitoria teneri eum existimo: cùm etiam ex Pomponio Vlpianus asserat, nõ tantùm ad perpetuos morbos, verumetiam ad temporales edictum ædil. pertinere. l. Pomponius. hoc titu.

Luscus coeles. SILVSCVS. Antiqui luscos coelites dixerunt, qui à Græcis ἑτερόφθαλμοι dicuntur: vt qui altero oculo sint capti μονόφθαλμοι. Plinius accepit Coelites, vt altero oculo ab ortu priuati essent. Vnoculos dixit Plautus.

Myopes. Nyctalopes Cap. Myopes οἱ μύοπες καὶ νυκτάλωπες à Latinis luscosi sunt qui intueri, nisi conniuentibus oculis, nequeunt: παρὰ τὸ μύειν καὶ συμμύειν, quod conniuere significat. Beatus Petrus epistola secũda, ὃ γὰρ μὴ παρέστι, τοῦτο τυφλός ἐστι μυωπάζων. Est enim

Luscios. Nuscitiosi. μυωπάζειν contractis palpebris cernere. Latini, inquit Budæus, μύωπας luscios luscitiosos, & nuscitiosos vocant. Sed μυωπάζειν loco Petri suprà citato positum manutentare significat, μεταφορικῶς videlicet à muribus, qui

μυωπάζω quid. vel parietem aut quiduis aliud quod illis obuium fuerit prosequuntur, donec ad cauum aliquod, quo se condant, peruenerint. Est enim is B. Petri sensus. Quandoquidem cui hæc ipsa desunt, is cæcus est, & manu viam tentans, oblitus sese à peccatis veteribus purgatum fuisse. Myopa igitur redhiberi non debere certius est: quoniam morbosus non est

Aduersus Vlpianum. aduersus Vlpiani sententiam in dicta l. idem Offilius: nisi id vitium morbo postea esset contractum, vt scribit Gellius libro quarto noct. Atti. cap. ij. Quo loco citat verba Massurij Sabini ex lib. iuris ciuilis secundo. Furiosus mutúsve, cuíve quod membrũ lacerum læsumque est, aut obest quo ipse minus aptus sit, morbosi sunt. Qui non longè videt: tam sanus est quàm qui tardius currit. Quid autem de lippo, an redhiberi eum oportet? Sanè Lippi, qui à Græcis λιμῶτες, καὶ λιμῶτες sunt quibus ex oculis de-

Lippus quis Ophthalmia. fluit humor putris, veluti lacrimæ quædam. Ophthalmia lippitudo quidem in genere, inflammatio est oculi, propriè tamen eius tunicæ extimeque à pericranio orta, in oculũ replicatur: totúmq; suo thalamo cõnectit.

Thalamus oculi quid. Est autem Thalamus cauitas oculi osibus constans: atque ex eo tunicam appellant consolidatiuã & coniunctiuam. Venas secum deportat in oculum ex fronte & temporibus per quas defluit sanguis, vnde generatur Ophthalmia. Itaq; fronti & tẽporibus affiguntur ἐπικολλήματα quæ reprimãt, & cursum materiæ intercipiãt. Atq; in particularibus Phlębotomiis, venę illę quæcũq; ad angulos oculi pertinẽt diuiduntur: nonnunquam arteriæ. Sed & eadem ratione cucurbitulæ occipiti cauo, ceruici, & scapulis admouentur: præcipuè verò qua parte venæ iugulares exteriores in occiput

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

occiput attolluntur. Quia venæ anteriores capitis, à venis occipitis propagantur. Variæ siquidem sunt visus oculorúmque debilitatis causæ. Læsa etenim visione, vel totum corpus in causa est, vel (quod sæpe fit) ventriculus. Aliquando cerebrum: nonnunquam etiam prima mali causa in oculo sita est. Itaque, de hoc oculi vitio & aliis, quæ vel totius corporis, vel partis alicuius consensu fiunt, lege librũ quartum Galeni, de locis affect. Vbi incolumi reliquo corpore, oculus laborat, vitium ferè in spiritu est, qui à cerebro per neruum opticum in crystallinum humorem defluit. Aliquando in neruo optico: sæpe etiam in crystallino humore, qui primum videndi instrumentum est. Sæpius etiam in rhagoïde & eo foramine quod ad pupillam habet. Fit quoque, vt is humor, qui quasi propugnaculum prætenditur crystallino, causa sit mali. Præterea cicatrix ducta in cornea quę pupillæ prætacet, visum lædit, aut intercipit. Rarior est causa in vinculis & musculis qui oculo inseruiunt. Itaque vt vitium intelligatur, recognoscenda est perfectio visus. Relicta itaque controuersia Platonis & Aristotelis, vt intelligamus quomodo perficiatur visio, proponatur nobis obiectum aliquod, & in eo circulum animo effingamus in cuius medio sit centrum: deinde à centro & circũferentia circuli lineæ rectæ ducantur, quæ in pupillæ foramine coëant in conum: rursus, si lubet, concipiamus mente multos alios minores circulos inclusos in primo illo maiore circulo, quibus omnibus etiam sit commune, atque inde lineæ similiter rectę cum aliis lineis in conum colligantur, & intercedente luce animæ proponantur: atque his positis ponamus à crystallino humore radios visorios quasi lineas à circulo ductas foras vertere ad pupillum vbi in conum coëant, in pupilla vel contractu, vel familiaritate vel aliter adductæ species per lineas à circulo exteriori animæ repræsentantur: hinc fit visio. Oportet ergo & pupillam, & vias tum exteriores tum interiores, qua radij vel lineæ & species ducuntur, sine vitio esse: atque in his, gratia exempli, vitium est aër crassior & tenebrosior. Aërem ergo mediocriter habere necesse est, vt coni illi ad visionem coëant, nec inde oculi offendantur. Itaque in tenebris visio nõ fit: longáque cõsuetudine tenebrarum visus hebetatur. Id autem Plato esse putat, quia ignei radij oculorũ nocte extinguãtur. Melius verò Aristoteles, quia per densitatem aëris species & radij intercipiantur, quibus obtusior visus factus est è tenebris. Remedio sunt iucũdissimi colores: sed hi præcipuè qui ad album magis inclinant: in quibus præcipuam laudem habet cæruleus. Is enim oculis, vt vult Galenus, gratissimus est. Aristoteles viridem colorẽ videtur prætulisse. Sed vt tenebræ & color niger oculos lædunt, multò magis candor, & maximè cui splendor est coniunctus. Nigro quidem, spiritus nimium contrahuntur: candore, nimium diffluunt: splendore, dissoluuntur. Cui quidem rei facit, quòd qui oculis inconniuentibus Solẽ intuẽtur, aut lædũtur grauiter, aut in totũ occæcantur. Adhæc historia Attilij Reguli, & militum Xenophontis. Ille resectis palpebris

visus & oculorum debilitatis causa.

Mathematica propositio elegãs de causa & ratione visu.

Color et oculis gratissimus.

Historia Attilij Reguli occæcati.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

palpebris & aduersus Solis radios occæcatus est. His verò oculi grauiter læsi sunt, cũ diutius in niuibus iter fecissent. Dionysius Syracusanus domũ habuit quę tota nimio splendore fulgebat, in quam ex longis tenebris reos trãsferebat vt eos excæcaret. Sed natura, ne subito splendore crystallinus humor læderetur, palpebras, tunicas, & humorẽ illũ tenuem interposuit, quę vim splendoris frãgerent: & cõtra fulgorem Solis aut lucernę obiecta manus efficit vt melius cernamus. Quæ omnia argumento sunt oculũ nimio splendore & candore oblædi. Itaq; si cui splẽdore nimio vel candore læsa visio est, loco mediocriter obscuro, colore fusco, & his qui ad nigrum vergunt, reficere ac recreare oportet. Sequitur extima tunica quæ inflãmatione, tumore præter naturam, & adnatis quibusdam vitiis visum lædit. Eadem quoq; vitia in cornea esse possunt: sed graue malum est vbi vel ea corrugata, vel vulnerata cicatricem duxit: multò magis si rugæ vel cicatrix pupillæ prætenditur. Debet ęc tunica alba esse, lenis, & tenuis. Densior enim, crassior & humidior visum offendit: ita & si color eius mutatus est. In densiore & crassiore visus obtunditur: in humidiore, vis quoque discernendi minor est: quemadmodum in speculis habitu conspersis, color immutatus efficit, vt aliter colorata obiecta appareant, eo modo quo per vitra picta spectantibus obiecta, picta apparent: & morbo regio tinctis oculis pallida omnia osten duntur. Rupta venula, & effuso in corneam sanguine, omnia apparent sanguinea. Vulnus corneæ si profundum est, efficit vt Rhagoïdes inita effuso tenui humore in crystallinum concidat: & inde ferè sequitur cæcitas. Rarissimũ enim, quod scripsit Galen. puero confixus stylo oculus, effusus humor tenuis, curatum vlcus, & paulatim instauratus humor, visusque in integrũ restitutus est. In cornea corrugata, qualis senibus, nimia siccitas est, & inde hebetior visus: atq; inde factum, vt veteres scripserint exercitia multa corporis nocere oculis. Sed in corrugata cornea animaduertere oportet, quia vel pupilla, minor seipsa facta est: túmque non in sola cornea vitium est, sed tenuis quoque humor imminutus: vtrunque vitium visum obtundit: idque desperatum est. Magna quidem vis est in foramine Rhagoïdis quod ad pupillam est, in quod coni illi coëunt. In eo vitia sunt, quia maius, minus, diuulsum, ruptum. Maius semper in vitio est: quia in eo iustus conus colligi non potest, sed radij dissipantur. Paruum foramen illud, visum acuit, si naturale & iam inde ab vtero est. In eo enim firmus conus est: & vnde ac in longinquo cernimus: & fideliter obiecta discernimus. Si verò casu aliquo minus est, visum offendit. Diuulsum in latera non ita nocet: sursum verò aut deorsum facit, vt res vna gemina videatur. In Rhagoïde vitia, sunt tensio & laxitas. Tensio ampliorem pupillam: laxitas minorem facit. Vtrunque visioni nocet. Tenditur siccata, humectata, & copia. In tenui humore qui inter crystallinum & Rhagoiden medius est, vitia sunt: quia copiosior, paucior, crassior, & colore à natura euarians.

Nimis candore lesi oculi.

Vitia oculorum & visus.

Rhagoides.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rians. Est autem interpositus à natura quasi propugnaculum quoddam crystallini: ne is scilicet, subito splendore offendatur: deinde etiam, vt humiditatem crystallini foueat. Crassior efficit, vt quæ longè sunt, videamus: neque propinqua fideliter discernamus. Crassior quoque aliquando efficit, vt in totum visus adimatur: quale est in suffusis. Nam si humor ille adeò concreuit, vt totam pupillam obtenebret, omnino visus ademptus est. Si parte aliqua naturaliter habet qua pupillæ prætenditur, in multis obiectis vnicum aut alterum cernitur: reliqua non videntur. Si qua in parte centrum pupillæ est incrassatum, reliqua naturaliter habent, partibus in ambitum puris, omnia senestrata videbuntur. Si aliis partibus crassis, aliis puris, varia quædam simulachra proponuntur oculis: culex, musca, & alia id genus. Spiritus autem visorius, si multus, purus, & ætherius est, efficit vt res è longinquo videantur, & exactè discernantur. Si paucus, sed purus, tantùm res propinquas videt & discernit. Crassus & multus, longè remota videt: sed parum discernit. Humidior & exiguus, neque exactè, neque longè videt. Atque his indiciis vitia in ratione videndi distinguenda sunt. Cæsiis oculis, purior ferè spiritus est & humor crystallinus: nigris crassior & turbidior: vtrisque tamen & multus & paucus esse potest. Sed oculi cæsij celerius consenescunt, & facilius à rebus exterius offenduntur. Loco nõ ita lucido, & sub noctem acutius cernunt. Contra fit in nigris oculis. In vespertina acie subtilior spiritus: vt quibusdam animalibus quæ acutius noctu quàm interdiu cernunt. Hoc idem fit, vt & minima cernant, pingántque sed ea tantùm quæ in proximo sunt. Contrahunt palpebras & oculum, alioqui non vident: idque vt exiguam vim spirituum in angustum cõtrahant. Ex hac quoque ratione, qui crassiorem spiritum habent, oculos reuocant, vt senes: vt crassior spiritus conum efficiat: atque hinc cernunt maiuscula: quia conus crassior est, & maiores literas fingunt. Hinc quoque nata opticorum ratio in specularibus. Fingunt enim conuexa, concaua & plana, conuexis minores, cõcauis maiores, planis æquales formæ prætenduntur. Vt enim oculares radij maiorem vel minorem conum colligunt, ita formæ apparent. Addunt quoque tenuitatem materiæ & crassitiem. Crassities maiores formas & literas facit. Vnde crassiora specularia senibus comparant. Qua ratione & Sol vespere, & matutino maior apparet: minor meridie. Itaque, vt his omnibus indiciis copiosior, paucior, crassior, tenuior intelligetur spiritus, ita remedia comparanda. Subitus casus cæcitatis obstructum ferè neruum opticum ostendit. Est etiam nomen à Græcis vsurpatum καταράκτης. Inde frequens vox Arabibus, Cataracta, qui nomen hoc dedisse suffusioni possunt, quòd existimarint suffusionem fieri aquæ defluxu in oculum. Vnde & aquam descendentem morbum hunc appellant. Galenus causam huius morbi statuit in tenui humore, qui crystallino & pupillę medius est. De cuius vsu & varietate in suffusis cap. primo libri quarti de locis

Speculorũ ratio.

Cataractæ & suffusionis causa & curatio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Suffusionis morbus vt dignoscitur.

locis affect.& secundo de symptomatum causis.Ex quibus signa petenda sunt quibus suffusionem veram ab ea quæ fit consensu corporis dignoscas. Vocatus Medicus ad suffusum, primùm animaduertat oportet conditionem suffusionis, vt intelligat quæ curabilis & quomodo: quæque sit incurabilis. Spectet itaque pupillam, quæ si pura est, sed ægro neque libera visio, & scintillæ quædam, splendores, idôla, animalcula, flocci, circuli oculis prætendunturr: vbi neque figura, neque color pupillæ mutatus est, leuis hæc suffusio & curabilis est.Deinde interrogandus æger est, num præcesserit aliquis grauis morbus: capitis dolor, vulnus, concussio. Nam ab his deterior est suffusio.In senibus & pueris difficilior cura est. Adhæc spectanda suffusionis magnitudo, concretio, color, motus: peior est quantò maior est.Liquidior,quæq; digitis pressa, diffluit, punctionem non tolerat: & aliis curanda erit remediis. Durior,desperata est: quæ scilicet digito pressa non cedit, neque ampliatur. Quæ verò concreuit mediocriter, & ad prementem digitum dilatatur, partim medicamentis, partim acu potest curari.Pura atque pellucida suffusio,qualis ferè est circa initia, minus mala est: sed postea conturbatur, nisi occurras. Si suffusionis color cæruleus, aut auri similis, si nitentis ferri vel marinæ aquæ colorem refert, curabilis est.Quæ verò colore & corpore grandinem vel gypsum imitatur, quæ item nigra, quæ sine splendore cernitur,incurabilis est. Ferè autem hæc ad candorem vergit sine splendore.In motu si diffluit pressa digito,crudior est:si non dilatatur, durior.Si verò mediocriter dilatatur neque dissoluitur, matura est:hicque tentatis aliis remediis, acus imperari potest.Hoc remedium quod acu petitur, peritissimum chirurgum desiderat: atque id quidem inuentum à capra tradunt,quæ suffusos oculos acumine iunci compunctos, sanguinem exonerat & liberat suffusione. Idem quoque caper efficit: sed acumine rubi.Cœlo sereno & temperato, decrescente Luna,cõfigendus est oculus.Addunt & Astrologi,alio signo quàm Ariete & Geminis.Hæc ferè omnia sunt τὰ ἰωλιλόμενα quæ de oculorum morbis & vitiis à medicis tradita, magno studio didicimus:quæq;,quòd ad rem nostrã facerẽt,libuit hoc loci repetere: ne cuiquam forsan videatur hoc ipsum ἔξωθεν ἢ παρέργως iureconsultum τὰ θεραπευτικὰ præter institutum tractare.Vt igitur è diuerticulo in viam redeamus(si quando digressi videmur)quoniam suprà diximus ex Vlpiano, animi vitium redhiberi & præstari debere,siquidem id promissum sit,iam discutiamus quid & quale sit ipsum animi vitium. Quomodo (inquit Cicero libro iiij.Tuscula.quæstio.)in corpore est morbus, ægrotatio & vitium, sic in animo. At quæ à Græcis τὰ νοσήματα καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα dicuntur, Cicero vertit morbos & ægrotationes.Morbum autem (vt prædiximus) diffinit esse totius corporis corruptionem.Aegrotationem,morbum cum imbecillitate.Vitium,cùm partes corporis inter se dissident. Itaque Morbus & ægrotatio,ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.Vitium integra

Suffusio incurabilis et curabilis quæ.

Suffusionis curandæ methodus.

In animo morbos & vitia esse, Morbus. Aegrotatio. Vitium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

integra valetudine ipsum ex se cernitur. Vitia affectiones sunt manentes. Perturbationes autem mouentes, vt non possint affectionum manentium partes esse. Perturbationem autem Cicero loco suprà commemorato, ex Zenonis sententia sic diffinit, vt sit, quod ipse Zeno ἀόριστον dicit, auersa à recta ratione contra naturam animi commotio. Quidam verò breuius perturbationem appetitum vehemẽtiorem esse dicunt. Aegritudinem animi, aduersante ratione, contractionem. Huius generis sunt ira, metus, odium, stultitia, cupiditas, & cætera quæ ab eodem Cicerone recẽsentur. Et ipsa quidem ex intemperata corporis mole atque humorum prauorum vitiis animo enasci paresc̃t. Cùm enim atra bilis torrefacta manat in venas, ac diutius in venis ipsis medullisque insederit, & visceribus inhærens inueteraueritt, tãdem peruadit animi arcem ὡς τὸ ὑγιαινόμενον: tum deinde in furorem vertitur, melancholico illo humore torrefacto, cerebri ventriculos afficiente, mentémque occupante, siue illa fit φαύλως καὶ ἀνοχλήτως. Vnde senserũt Hippocrates, Plato, Aristoteles, Galenus, & reliqui Philosophiæ naturalis architecti, vitiosos corporis humores malam animo temperaturam gignere. Et Galenus ipse tractatum eiusdem argumenti edidit. Idem libro primo, de sanitate tuenda. Qui enim (inquit) iusto sunt ad iram magis procliues, aut animo planè demisso, aut sensiles magis, aut insensiles, aut præter modũ gulosi, hos parũ idoneo tẽperamẽto esse, iis partibus quibus prædictorũ singula administrãt, necesse est. Hoc fusius in his libris quos de placitis Platonis & Hippocratis conscripsit. Idẽ etiam paulò infrà. Corrumpuntur animi mores praua consuetudine cuiusque horum, cibi, potionis, exercitationis, videndi, audiendi, totius denique musices. Habes igitur, lector, quæ de corporis atque animi vitiis enucleatè, vt inquit M. Tullius, disputata sunt à Stoicis: quoniam & hic locus aliquando postulat, vt ea de re aliquid à nobis diceretur, vt quæ ad edilitij edicti rationem pertineat. Cùm enim quereretur, an qui νῦν πάρεδρος, atque ex interuallis furiosus est, aut phanaticus, redhiberi debeat, profuerit nosse quid corporis, quid item sit animi vitium: atque vnde contrahatur. Apud Iulianum, inquit Vlpianus d. l. j. de ædil. edict. quæritur, si seruus inter phanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur? Et ait Iulianus, nihilominus hũc sanũ esse. Neq; enim nos inquit, minus animi vitio aliquos sanos esse intelligere debemus: alioqui, inquit, futurum vt in infinitum hac ratione multos sanos esse negaremus: vt puta leuem, superstitiosum, iracundum, contumacem, & si quæ similia sunt animi vitia, magis enim de corporis sanitate, quàm de animi vitiis repromitti. Interdum tamen, inquit, vitium corporale vsq; ad animum peruenire & eum vitiare: veluti cõtingeret phrenetico: quia id ei ex febribus acciderit. Quid ergo si quod sit animi vitiũ tale, vt à venditore excipi oporteret, neq; id venditor, cùm sciret, pronũtiasset? ex empto eum teneri. Idẽ Iulia. ait: quãuis aliquando quis circa phanaticus bachatus sit, & responsa reddiderit, tamen si nunc hoc

Perturbationes.

Insania & furor vnde.

Animi vitia à corpore esse.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

non faciat, nullum vitium esse: neq; eo nomine quòd aliquando id fecerit actio eruscuisi: aliquando febrem habuit. Cæterum, si nihil omnino maneret in eo vitio, vt circa phana bacchari solerent, & quasi demens responsa daret: etiam si plurifariam id factis est, vitium tamen id esse animi, non corporis: idéoque redhibeni non possit, quoniam ædiles de corporis vitiis loquuntur. Actamen lex empto actionem admittit, idem etiam dicit in his qui præter modũ timidi, cupidi, avariq; sunt aut iracundi. Sed an animi vitium, pœnitentia purgari soleat: Vide quæ in hac re scripsimus in Aphorismis prudentiæ verb. furiosus. Et latius in annotationibus, quas edidimus ad iura de ædilicio edicto in Pandectis. Hæc verò nunc satis erunt.

IDEM LIB. VII. REGVLARVM.

DEROGATVR legi aut abrogatur. Derogatur legi cùm pars detrahitur: abrogatur legi, cùm prorsus tollitur.

SVMMARIA.

1 In legibus abrogandis, idem quod in rogandis solemne.
2 Abrogare legem est eam omnino tollere.
3 Derogare legem est quid ex veteri lege quominus fiat, lege noua sancire.
4 Παρανομία est conferre legem legi, ἀντινομία legi latæ contrariam ferre.

DEROGATVR. Olim apud Romanos cùm legem ferri oporteret, rogabatur populus, an vellet eã ferri. Ita etiã, quando omnino lex illa tollenda esset, & inducenda, rogabatur perinde populus num vellet eã tolli. Vnde abrogationis nomen. Et idé omnino fuit abrogande, quod & ferendæ legis solemne apud populum legitimè, & in comitiis congregatum. De qua re eleganter scripsit Gomannus lib. j. Commentariorum. Est igitur abrogare legem, eam ipsam omnino tollere & antiquare, hoc est dissuadere. Græci ἀνακαλοῦσι τὸν νόμον. Liuius libro quarto Decad. iiij. Nam & legem vllam omnino abrogari est indignatus, & eam præcipuè legem quæ luxuriæ muliebris coërcendæ causa lata esset. Et paulò pòst. Ego enim, quemadmodum ex his legibus quæ non in tẽpus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor: nisi quam aut vis coarguit, aut status aliquis reipub. inutilem fecit: sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (vt ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles: quæ in pace latæ sunt plerunque bellum abrogat, &c. Et Cicero libro secundo rhetoric. ad Herennium. Cùm (inquit) duæ leges inter se discrepent, videndum est primùm num quæ abrogatio, aut derogatio sit. Et ibidem paulò pòst. Item illa defensio tenuis est cùm ostenditur, id iustum esse quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum aut derogatum sit, id quod posteriori lege sancitum sit, esse neglectum. Derogare itaque Festus esse ait. Cùm quid ex lege veteri, quominus fiat, sancitur lege noua.

Abrogatio quid & vnde.

Cap. xiij.

Derogare quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

4 noua. Derogatio detractio ipsa legis. Græci id παραστρέφειν dicunt: hoc est, inquit Budæus, παραλλάττειν νόμον φέρειν, quasi legem cum lege, & rogationem cum rogatione componere ἀντιστρέφειν, legi latæ legem contrariam ferre: & vt Festus scribit, legem legi obrogare. Cicero lib. tertio epistola. ad Atticum. Sed (inquit) vides nũquam esse obseruatas sanctiones earum legum quæ abrogarentur. Nam si id esset, nulla ferè abrogari posset. Neque enim vlla est quę non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. Sed cùm lex abrogatur, illud ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. Hoc cùm re vera ita sit, & cùm ita semper habitum obseruatúmque sit, octo nostri Tribun. pleb. caput posuerunt hoc: *Si quid in hac rogatione scriptum est, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat, &c.* μετατιθέναι τὸν νόμον derogare legi, vel obrogare aliquid legi. Abrogare verò legem est ἀποχειροτονεῖν, ἀπαλοιφίζειν, καταλύειν, παραιτεῖσθαι, ἀνιέναι, hoc est antiquare, teste ipso Budęo. Sed & Cicero in oratione pro L. Flacco dixit, fidem testi Græco derogare se nolle, pro detrahere. *Obrogare.*

IDEM LIB. VIII. REGVLARVM.

LEX CIII.

LICET, capitalis, latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur: pœnæ tamen appellatio capitalis, vel mortis, vel amissionis ciuitatis, intelligenda est.

SVMMARIVM.

1 De capite & fortunis agi, de existimatione, fama, & facultatibus intelligi par est.
2 Capite, & fortunis cauere, vulgò obligare se, sua bona, et corpus.
3 Capitaliter damnatus est, qui morte, exilio, deportatione, aut aquæ et ignis interdictione plectitur.
4 Non capitale crimen ex cuius pecuniaria mulcta, vel aliqua corporis sine morte coërcitio est.
5 De crimine capitali pactio vel transactio ab Imp. concessa, de his quæ morte plecti debent intelligitur.
6 Damnatio capitis pronunciata est ad mortem.
7 Raptores virginum maximè sacratum, cum suis fautoribus capite sunt plectendi.
8 Aestimare litem capitis, est criminaliter intendere actionem non rei persecutoriam.
9 Triumuiri capitales criminalibus causis exequendis præerant.
10 Capitales homines, qui perniciosè in bonorum capita incumbunt: et capitalia, quæcunque caput, et vitam alterius petunt.



1 ICET. Quamuis causa capitalis, & capitale crimẽ propria significatione dicatur ex quo pœnam mortis irrogari oportet, tamen καθ' ὑπερβολὴν, & ex interpretatione, ad famam existimationémque & ad statum sæpe transferri solet. Vt cùm de capite & fortunis alicuius agitur, de existimatione & fama, ac facultatibus intelligi par est. Sic in oratione sua pro Quintio, Cicerode capite & fortunis Quintij dicere se obtestatur. Petebat enim Mæuius aduersarius vt ei ex edicto bona posidere liceret, ideò quod Quinti⁹ vadimoniũ
2 non obierat. Vnde dicimus capite & fortunis cauere, quod vulgus foren- *Capitalis causa et crimen.* *De capite & fortunis.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sium, obligare se, sua bona & corpus. Dicimus igitur capitalem causam, 1
capitale crimen, & capitale iudicium. Inde homo capitaliter damnatus, 3
qui morte, exilio, deportatione, aut aquæ & ignis interdictione plectitur.
l. capitalium. ad princip. ff. de pœnis. l. sed etsi quis. §. j. ff. si quis cautio. l.
edicto. §. j. ff. de bon. pos. Paulus in l. ij. ff. de pub. iudi. Publicorum (inquit)
iudiciorum, quædam capitalia sunt quædam non capitalia. Capitalia
sunt, ex quibus pœna, mors, aut exilium est: hoc est, aquæ & ignis in-
terdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cætera,
non exilia, sed relegationes propriè dicuntur: tunc enim ciuitas retine-
tur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coër- 4
L. Transigere. C. de transi. ctio est. Et cùm de crimine capitali transigere vel pacisci Impp. permi-
serunt, excepto adulterio, de eo crimine propter quod mortis pœna
Capite damnare quid. infligi debet intellexerunt. Cùm verò capitis reum, aut capite damna- 5
tum aliquem iudex pronuntiat, id ad mortem omnino est transferen- 6
dum. Hermogenia in l. raptores. C. de episc. & cler. Raptores virginum
vel viduarum, vel diaconissarum quæ Deo fuerint dedicatæ pessimum
criminum peccantes, capitis supplicio plectendos esse decernimus: quod
non solùm ad iniuriam hominum, sed & ad ipsius omnipotentis Dei ir-
reuerentiam committitur. Qui itaque huiusmodi crimen commiserint,
& qui eis auxilium tempore euasionis præbuerint, vbi inuenti fuerint 7
in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine compræhensi à parentibus
sanctimonialium, virginum, vel viduarum, aut earum consanguineis,
vel tutoribus seu curatoribus conuicti interficiantur. Capitis igitur sup-
plicio plectendos raptores virginum dixit, id est morti dandos & inter-
Litem capitis æstimare. ficiendos. Hinc æstimare litem capitis dixerunt, criminaliter intendere 8
actionem, non rei persecutoriam: & vt vulgus loquitur, conclusiones
capitales concipere, Budæo teste. Et capitis anquirere dixit Liuius. Ea au- 9
tem erat in homines capitales & facinorosos animaduertendi ratio, vt
Triumuiri capitales. primùm ad Triumuiros capitales crimina deferrétur: hi vt ad prætorem
delata referrent, prætor iudicium confessumque cogeret, iudicésque
in consilium mitteret: Triumuiri illi capitales rursus decretum consi-
lij exequerentur. Hi tres viri capitales, vt scribit Pomponius Lætus de
magistra. erant qui carceris custodiam haberent: vt si animaduerti opor-
Decad. iij. teret, interuentu eorum fieret. l. ij. de orig. iur. T. Liuius libro quinto. Pri-
mò (inquit) secretæ bonorum indignationes exaudiebantur: deinde ad
patres, etiam ad publicam querimoniam excessit res incusati grauiter
Vndecim viri Athen. ab Senatu Aediles Triumuiriq; capitales quod non prohiberent. Athe-
nis erant ὁ ἕνδεκα, vndecim viri, quos etiam νυκτοφύλακας appellabant, similes
Triumuiris Romanis. Dicimus quoque capitales homines, id est flagi- 10
tiosos & facinorosos, & qui in necem ac perniciem bonorũ gnauiter in-
Capitalis homo. cumbunt: quique ob admissa delicta mortis pœna digni sunt. Cicero
Philipp. v. legi epistolã Antonij, quam ad quendam P. Septimium capita-
lem hominem collegam suum miserat. Idem in C. Verrem. act. iiij. Hoc
erat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

erat etiam capitalior, quòd idem pecuniam his, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat. Hinc & capitale odium, quod caput & vitam alterius petit. Sic capitalis morbus, & capitale vitium. Quod Lauren. Vallen. libro iiij. elegan. adnotauit. *Capitale odium. Cap. cix.*

MODEST. LIB. II. EXCVSATIO.

LEX CIIII.

Ἡ τῶν τυτῶν προσηγορία καὶ υἱῶν υἱοῦς ἐκτείνεται.

NAtorum appellatio & ad nepotes extenditur.

SVMMARIVM.

1 Τῶν τυτῶν, καὶ ἐκγόνων appellatione filij, & filiæ, nepotes, & neptes, & deinceps significantur.

ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ. Ostendimus suprà in l. filij appellatione, hoc titu. qualiter filiorum nomen ad nepotes pronepotésque & deinceps protrahatur: eam quoque rem tradit hoc loco Modestinus. Τῶν τυτῶν, inquit, προσηγορία, &c. Etenim τέκνα Græci vocant natos seu filios, παρὰ τὸ τίκειν, vt est apud Etimolog. authorem. Vnde τυτοποιῶ καὶ τυτοποιΐαν τυτῆς, παιδοποιῶ παιδοποιΐαν, liberos gigno & suscipio. Et τίκωσις propagatio generis: ac τυτογονίαν Aristoteles vocat puerperium, Idem Aristo. τυτοῦ δὴ de fœminis, τυτοῦ verò, de maribus dicit. *παιδοποιῶ τυτοποιῶ.*

AD NEPOTES. υἱῶν τῶν ἐγγόνων. Quòd etiam ad posteros interpretari potuit: & quidem rectè. Sunt enim ἐκγονοι filij filiæve, nepotes vel neptes: & deinceps posteri ex his descendentes.

IDEM LIB. XII. RESPONSORVM.

LEX CV.

MOdestinus respondit, his verbis, *libertis libertabúsque meis*, libertum libertæ testatoris non contineri.

SVMMARIVM.

1 Qui mei est, non tamen meus.

MODESTINVS. Quamuis testator, cùm legauit libertis libertabúsque suis, indefinitè videatur legasse omnibus, hoc tamen legato libertum libertæ non comprehendi respondit Modestinus. Nam liberti mei filius, libertus meus non est: sic nec socij mei socius: nec hominis mei homo cliénsve, non est meus. Idipsum tamen qualiter accipiendum sit, amplissimè docuimus in Cõmentariis ad statuta municipalia Turonensis præfecturæ, titu. *Des donations entre roturiers.* arti. primo. Vide in hanc rem quæ suprà tradidi in l. sciendum. hoc titu.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. I. DE PRAESRIPT.

LEX CVI.

DImissoriæ literæ dicuntur, quæ vulgò dicuntur Apostoli. Dimissoriæ autem dictæ sunt, quòd per eas, causa ad eum qui appellatus est, dimittitur.

SVMMARIVM.

1 Ἀποστολὰς sunt literæ ab eo vnde, ad eum ad quem appellatur, dimissoriæ.
2 Ἀποστέλλειν est literas mittere, Ἀποστέλλειν nuncium cum mandatis dimittere.
3 Dimissoriæ intra dies triginta peti instanter debent, & denegatæ contestantur.

DIMISSORIAE. Apud Græcos ἀποστολὰς multifariam accipiuntur. Sunt autē ἀποστολὰς, classium apparatus expeditionésq; maritimæ: & de classibus ipsis proficiscētibus, ἀποστέλλειν dicūt Budæo teste. Et ἀποστέλλειν, cursum nauis aliquo dirigere & cōtendere. Sed hæc nihil ad rem. Nam & etiā apud Hippocratem in Aphoris. ἀποστέλλειν, id est μὴ τρέφειν. Sic enim Aphorismo xij. lib. primi. ἐν τοῖσι παρεξυσμοῖσιν ὑποστέλλειν χρή. In accessionibus cibum subtrahere oportet & non nutrire: pleraque alia sunt huius verbi significata, τὰ δὲ παρέγγια. At verò Modestinus hoc loco Apostolos vocat eas literas quæ ab eo à quo appellatur est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, siue ad principem, siue quem alium dimittuntur: quas literas dimissorias appellant. Sensus autē literarum talis est. Appellasse puta Lucium Titium à sententia illius quæ inter illos dicta est. Sic tradit Marcellus in l. j. ff. de libel. dimisso. Dicti sunt autem Apostoli à verbo Græco ἀποστέλλω νῦν ἀποστέλλομαι, quod mittere significat aliquem cum mandato: vnde ἐπιστολὴ. Notat Erasmus Roterod. in Ioan. cap. j. & in Matthæ. cap. ij. ἀποστέλλειν esse literas mittere, ἀποστέλλειν emittere cum mandatis aliquem, vt suprà admonuimus. Est etiam verbum, ait Budęus, ἐξαποστέλλω pro mitto nuntiū & emitto: hoc est ἀπολύω, ἀποστέλλω καὶ διαπέμπω vnde διαπόστολοι internūcij missio, hoc est ἡ διαγγελιῶν τῶν. Bene igitur Modestinus dixit literas dimissorias ea ratione dictas, quòd per eas causa ad eum qui appellatus est dimittitur. Is autem iudex à quo prouocatur dimittit causam ad eum ad quem prouocatio est, id est ἀποστέλλει, ἀπολύει. Apostoli quippe illi petendi sunt: atque eos petiisse sufficit intra tempus instanter & sæpius: vt si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam petentis dimissorias, constitutiones desiderant. Aequum est igitur, si per eum steterit qui debebat dare literas, quominus det, ne hoc accipienti noceat. dicta l. prima, de libellis dimissoriis. Atqui tempus intra quod petendi sunt Apostoli, est dierum triginta à lata sententia. l. iudicibus. C. de appellatio. Sed hæc quidem Francisci primi constitutione anno M. D. xxxix. promulgata, pro causis breui explicandis, abrogata sunt & antiquata: vt iam necesse non sit hominibus qui legibus & iure ciuili Romanorum reguntur ac disceptant, huiuscemodi Apostolos petere.

Apostoli quid & vnde dicti.

Forma literarum dimissi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

petere. Tamen in foro Pontificio adhuc obseruatur.

IDEM LIB. III. PANDECTAR.

LEX CVII.

ASsignare libertum, est hoc testari cuius ex liberis libertum esse velit.

SSIGNARE. Iam quid sit Assignare, obsignare, & subsignare, suprà est à nobis scriptum in l. subsignatum. hoc titulo. Sed quid sit libertum assignare, videbis apud Vlpianum in l. j. ff. de assignan. libert. Et id mehercule perexiguæ vtilitatis est. Multa præterea Alciatus in hanc rem tradit.

IDEM LIB. IIII. PANDECT.

LEX CVIII.

DEbitor intelligitur is à quo inuito exigi pecunia potest.

EBITOR. Scripsimus suprà in l. Creditores, quis dicendus sit creditor, quis item debitor: quare illuc, si lubet, accedes.

IDEM LIB. VI. PANDECT.

LEX CIX.

SEquester dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo quòd occurrenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt, cõmittitur.

SVMMARIVM.

1 Sequester dicitur, cuius fidem sequitur vterque litigatorum.
2 Sequester non potest ab vno committi, nisi sit iudex.
3 Sequester nonnunquam dicitur interpres ambitus, & corrumpendarum tribuum conductor.
4 Sequestres ἐργολάβοι dicuntur etiam sycophantæ, qui ex alienis perturbationibus, & sua dispendiis captant commoda.[1]



SEQVESTER. Sunt, inquit Asconius in action. ij. in Verrem, Sequestres apud quos pecunia deponitur: interpretes, per quos inducitur pactio. Sequester autem à Græcis μεσίτης, hoc est interuentor: & μεσιτεύω verbum, vt annotauit Budæus in comment. significat apud sequestrem pecuniam deponendam stipulor & contendo. Idipsum verò depositum, μεσιτεύμα quod sequestrò positum, per aduerbium dicitur, teste Aul. Gellio. lib. xx. noct. Attica. Cap. x. Quo loco ipse tradit ex P. Lauinij libro de verbis sordidis, Sequestrem

Sequestres qui.
Interpretes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sculna. Seculna. olim dictum vulgò Sculnam, quasi Seculnam. Vtrunq; siquidem vocabu- 1
lum à sequendo factum, quòd eius qui electus sit, vtraque pars fidem se-
quatur. Quæ sanè etymologia verior est quàm quæ à Modestino hoc lo-
co traditur: absurda enim est, & Alciato displicet. Equidẽ cùm inter duos
de fundo aut aliqua alia re controuersia est iuris ambigui, de fundo pos-
sessor moribus deduci solet, ac fundus ipse posidendus sequestro traditur
tantisper dum explicatur lis de possessione apud iudicem: & alter disce-
Cap. iiij. ptatorum rem iudicio euicerit atque abstulerit. Francisc. Connan. lib. vij.
Commentariorum iuris ciuil. vbi de deposito tractat. Est tamen (inquit)
vnum depositionis genus, in quo suspicor mercedem custodiæ aliquam
solitam dari, quod ea necessariò fieret, & iudicis authoritate plerunque,
quæ sequestratio appellatur: ipsi qui rem susceperunt sequestres, nostra
Sequestratio. Commissarij. lingua commissarios vocamus: quasi qui rerum custodiæ sunt cõmissi. Et
hi operæ suę salarium aliquod habere solent. Sequestres ergo non possunt 2
ab vno cõmitti, sed à pluribus inter quos res est controuersa scilicet. Pro-
priè (inquit Paulus) in sequestro est depositum quod à pluribus in solidum
certa conditione custodiendum reddendúmq; traditur. l. propriè. ff. depo.
Et Florentinus in l. licet, hoc tit. Attamen, inquit, apud sequestrum nõ nisi
plures deponere possunt. Glos. in c. examinata. extr. de iudic. Aliquando
tamen potest vnus rem controuersam sequestro ponere: veluti iudex, vt
c. j. de sequestr. pos. & fruct. & c. olim. de rescrip. Permulta in hanc rem lu-
culenter scripsit Ioan. Corasius vir nostra ætate eruditus, lib. iij. Miscella-
neorum. c. ij. Sequestres etiam appellauit Cicero interpretes ambitus, & 3
corrumpendarum tribuum conductores. Sic ille in Oratio. pro M. Cælio.
Hoc tamen dico, non modò si socius coniurationis, sed nisi inimicissimus "
istius sceleris fuisset, nunquam coniurationis accusatione adolescentiam "
suam potissimùm commendare voluisset: quod haud scio an de ambitu "
& de criminibus istius sodalium ac sequestrium, quoniam huc incidi, si- "
militer respondendum putem. Idem, actio. iiij. in Verrem. Qui tabulas te
net? qui scribit? qui monet? qui proximus est? Is est C. Clodius qui in Sicilia
sequester istius, interpres, confector negotiorũ, prope collega Timarchidi
numerabatur. Asconius in j. actio. in Verrem, in eum locum vbi Cicero
ait, *Sed omnino improbitas id quod populus iamdiu flagitat, &c.* Et corru-
pti iudices, inquit, & corruptores eorum, & sequestres, & interpretes, &
Emissarii. emissarij, & omne quod vitij est. Huiuscemodi à Græcis ἀρπολάβοις appella- 4
Quadruplatores. ri Budæus testatur, id est, sycophantas & quadruplatores, quęstui dela- 4
tiones habentes: qui compendia sua comparant ex alienis dispendiis &
calamitatibus. Cuius quidem generis nostra ætas propemodùm habet
infinitos. Est autem ἀρπολαβὴν vt tradidit ipse Budæus, propriè redempturas
facere, vt Mancipes & Conductores solent: quod & μισθῶσιν & πρᾶσιν dici-
tur. Iam verò qualiter compelli quis posit vt sequestri onus obeat, & mul
ta alia in hanc rem videbis apud Bartolum in l. interesse puto. ff. de ac-
quirend. possess. & apud Ioan. Imbertum, libro primo Institut. forens.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. V. PANDECTAR.

LEX CX.

BOnæ fidei emptor esse videtur qui ignorauit eam rem alienam esse, aut eum qui vendiderit putauit ius vendendi habere: puta, procuratorem, aut tutorem esse.

SVMMARIVM.

1 Ad bonam fidem solà simplex opinio minimè sufficit: sed certa, exploratáque fides requiritur, à qua fraus omnis & simulatio intelligentiæ abſit.
2 Bona fides quæ in contractibus exigitur, ſummam æquitatem deſiderat.
3 Societas fraudandi cauſa inita, ipſo iure nulla eſt.
4 Bona fide poſsidet qui nec vi detentum, nec furtiuum habet.
5 In dubiis certa fides eſſe non poteſt.
6 Iuris error neminem excuſat.
7 In vſucapionibus error iuris non prodeſt.
8 Rerum quarum dominus neſcitur inuaſio, eſt vſurpatio, non poſſeſsio.
9 In dubia bonæ fidei interpretatione pro poſſeſſore eſt reſpondendum.

BONAE FIDEI. Nulla ſanè (inquit Cicero) pernicies vitæ maior inueniri poteſt, quàm in malitia ſimulatio intelligentiæ: hoc enim & naturali iuri, & æquitati, & honeſto repugnat, vt conſultò ac conſcij rem alienam apud nos retineamus & poſsideamus, eandem noſtram eſſe nobis mentiti: quippe quoniam dolo, malitia & fraude minimè careamus: atq; eapropter longè abſumus à vetere ac præclara quidem illa ſententia, *Vt inter bonos bene agier oportet & ſine fraudatione.* Quare qui vel à fure, vel à falſo procuratore rẽ emit alienam, ille verò certa exploratáque fiducia perſuaſum habet, rem fuiſſe eius à quo emit, dolo caret, & ex æquo & bono agit: ac tum demum
1 bonę fidei emptor eſſe dicetur. Neq; enim, vt bona fides adſit, opinione tãtùm opus eſt, ſed certa fide & explorata, à qua fraus omnis, dolus, & ſimulatio intelligentiæ omnino abſit. Hæc autem bona fides eſt quæ à Græcis πίστις καὶ χρηστότης dicitur, Budæo teſte, id eſt, æquitas, humanitas, & ꝓbitas, quæ alienæ rei vſurpationem conſultò non admittat. Qua ratione ele-
2 ganter Tryphonius in l. bona fides. ff. depoſi. Bona fides, ait, quæ in contractibus exigitur, æquitatem ſummam deſiderat. Cicero libro tertio Officio. Q. quidem Scæuola, inquit, Pontifex maximus ſummam vim eſſe dicebat in omnibus arbitriis in quibus ageretur ex fide bona: fideíque
» nomẽ exiſtimabat manare latiſsimè, idque verſari in tutelis, ſocietatibus,
» fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitę ſo-
» cietas continetur. In his magni eſſe iudicis ſtatuere: præſertim cùm in ple-
» riſque eſſent iudicia contraria, quid quenque cuique præſtare oporteret.
» Quocirca aſtutiæ tollendæ ſunt, eáque malitia quæ vult illa quidem vi-
» deri ſe eſſe prudentiam: ſed abeſt ab ea, diſtátque plurimùm. Eſt igi-
3 tur bona fides fraudi dolóque contraria, ait Paulus. Vnde ſi dolo malo aut fraudandi cauſa ſocietas inita ſit, ipſo iure nullius eſt momenti. l. ea verò. §. finali. ff. pro ſocio. Ideò autem in bonæ fidei iudic

Lib. iij. offi.

Bona fides que.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Societas cur bonæ fidei est.

Cap. xiiij.

iudiciis Societas collocata est. Sed & bona fides quæ in contractibus requiritur, non solùm in eo est vt ne fraudent inter se, sed vt ne quid legibus & moribus alienum committant, sicuti eleganter scripsit Franc. Connannus libro septimo commentariorum iur. ciuil. vbi de mandato agit. Sed qualiter, rogo, bonæ fidei emptorem possessorémve dignoscas penitus tradit Paulus in l. potest. ff. de vsucapio. posse pluribus modis accidere, vt quis rem alienam aliquo errore deceptus, tanquam suam fortè aut vendat, aut donet: & ob id à bonæ fidei possessore res vsucapi posit: veluti, si hæres rem à defuncto commodatam aut locatam, vel apud eum depositam, existimans rem hæreditariam esse, alienauerit. Item si quis aliqua existimatione deceptus crediderit ad se hæreditatem pertinere quæ ad eum non pertineat, & rem hæreditariam alienauerit. Fundi quoque alieni potest aliquis sine vi nancisci possessionem, quæ vel ex negligentia domini vacet, vel quia dominus, sine successore decesserit, vel longo tempore absfuerit. Quare ipse quidem non potest vsucapere: quia intelligit alienum se possidere, & ob id mala fide possidere: sed si alij bona fide accipienti tradiderit, poterit vsucapere. Quia nec vi possessum, nec furtiuum possidet. Item & si dubius iuris sui quis fuerit, non vsucapiet. In dubiis enim, ait Connannus, certa fides esse non potest, nec caret iniquitate quod facis, si dubitas bene sit an secus. Idem & in eo qui errat in iure. Nam iuris error neminem excusat: nec potest eius fides legibus comprobari quæ ciuilibus præceptis repugnat. Vnde scripsit Paulus nunquam in vsucapionibus errorem iuris possessoribus prodesse. l. nunquam. ff. de vsucapionib. Quocirca, qui alienum fundum possidendi animo est ingressus, is veluti inuasor & prædo, ipsum fundum occupatum restituere domino tenebitur. Ridiculum est etenim quòd aliquis rem alienam per ignorantiam, videlicet ignorans cuius ea res sit, sciens tamen suam non esse, possederit. Scire namque debent omnes quod suum non est, ad alios modis omnibus pertinere. Alioqui vsurpasse non possedisse iure debet censeri. l. cùm quærebatur. C. vnde vi. At forsan quæras, quando præsumpta suspitio est adfuisse bonam fidem vsucapienti? Et sanè quandocunque dubia atque incerta est bonæ fidei interpretatio, pro possessore est respondendum, quòd videlicet bona fide nitatur. Traditur in l. penul. & ibidem à Bartolo. C. de euictio. Gloss. in capitulo si diligenti. in verbo bona fide. de præscript. Vide Alciatum in hunc locum, de hac re amplius disserentem.

4 5 6 7 8 9

IABOLENVS LIB. VI. EX CASSIO.

LEX CXI.

CEnsere est constituere & præcipere: vnde dicere solemus, Censeo hoc facias: & Senatum aliquid censuisse: inde & Censoris nomen videtur tractum.

Summ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Censere significat iubere, sententiam dicere, iudicare, succensere, corrigere, & nota afficere: varia significatione.

Censores Romani, censum ciuium agebant, & ordinesque iuxta notabant, & magistri ciuium erant.

Censoria nota præiudicium erat non iudicium, & tamen ignominiosa.

Censura est precium & æstimationem fuerit.

CENSERE Verbum censendi multas & varias habere significationes prudium est. Latinæ linguæ architectis. Quippe Censere nonnunquam iubere est, Cicero libro iustitio. Semper cum Græcis Latina conluximus, neque id in philosophia solum, sed in dicendi exercitatione idem nobis censeo faciendum, vt par sis, &c. Verba sunt Ciceronis patris ad Ciceronem filium, quem ad studium vt exemplo suo literas perdiscat, idem, inquit, tibi censeo faciendum id est, iubeo. Est etiam censere, deliberare & sententiam suam dicere. Vnde dicebant, *Senatus consulit, populus decreuit*, &c. Budæus in Annotatio. ad leg. posterio. de origin. iur. scripsit Censere id esse, quod nunc opinari dicunt, [illegible] consendi potestatem facere, & calculum proponere, apud Demosthen. Censere præterea idem est quod succensere, apud Varronem. Ne vobis, inquit, censeam, si ad me referreris. Censere item est [illegible] mulctare, corrigere, & nota afficere; vnde & Censores dicti, quinto quoque anno, vt ait Asconius, creati, solebant. Hi prorsus Ciues sic notabant, vt qui Senatu esset, priuaretur Senatu: qui Eques Romanus, equum publicum perderet: qui Plebeius, in Ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ, scilicet ad hoc vt esset ciuis, sed tantummodo vt pro capite suo tributi nomine æna penderet. Idem, completo quinquennio lustrabant, & *Solitaurilia* sacrificia de sue, oue, tauro faciebant. Eorum notam successores plerunque soluebant. Hæc hactenus Asconius. Multa item alia de Censoria potestate Luc. Fenestella. capitulo de Censoribus tradidit. Censores igitur quinto quoque anno populum lustrabant, id est, purgabant in campo Martio. Primus omnium Seruius rerum lustrum instituit: instructum exercitum *Suouetaurilibus* lustrauit, id est, ad lustrandum populum suem, ouem, taurum immolauit, quod postea Censores exequuti sunt. Inde lustrum appellatum. Munus censorium erat censum agere, apud quos etiam vnusquisque tenebatur nomen & rem profiteri. Id postea, inquit, Liuius, Censores tenuere, vt populum reconserent, nomina Ciuium & eorum censum in tabulas referrent, ac tandem lustrum conderent. Cicero in Oratione pro Aulo Cluentio dicit Censores esse præfectos moribus; magistros veteris disciplinæ & seueritatis, Liuius libro quarto Censores vacui ab operum locandorum cura propter inopiam ærarij ad mores hominum regendos animum aduerterunt

Censores quisuere & eorum potestas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aduerterunt, castigandáque vitia, quæ velut diutinos morbos ægra cor-
Decad.iiij. pora ex se se gignunt, nata bello erant. Et idem libro decimo decad.iiij. in concione Q. Cæcilij Metelli ad Censores. Non obliti, ait, sumus Censores, vos paulò ante ab vniuerso P. Ro. moribus nostris præpositos esse: & nos
Cap.xij. à vobis & admoneri, & regi, non vos à nobis debere. Aulus Gellius lib. iiij. noct. attica. Si quis agrum suum passus fuerat sordescere, eúmque indiligenter curabat, ac neq; arauerat, neque purgauerat, sine quis arborē suā vineámque habuerat derelictim, non id sine pœna fuit: sed erat opus censorium, censoréque ærarium faciebant. Item si quis Eques Romanus
Impolitia. equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur. Post annum vrbis cond. cccc. ferè & lxx. quo tempore bellum cum Rege Pyrrho sumptum est C. Fabritius Lucinus, & Q. Aemylius Papus CENSS. Romæ fuerunt: & P. Cornelium Ruffinum, qui secun. COS. & DICT. fuerat, Senatu mouerunt: causámque isti notæ subscripsere, quòd eum comperissent argenti facti cœnæ gratiâ decem pondo habere. Quod etiam ipse Gellius testatur libro decimoseptimo, capitulo vicesimoprimo, & eodem vltimo. Vide multa alia de nota censoria apud
Censio quid Budæum in annota. Censorem M. Varro dictum tradit in libro de lingua Latina, quòd ad eius censionem, id est, arbitrium censeretur populus. At verò tametsi grauis esset nota censorum, iudicij tamenvim nullam habebat: animaduersionésque illas censorias, præiudicia tantùm fuisse constat, nō iudicia. Nam qui à censoribus notati aut præterit fuerant, postea postulari ad subsellia poterant: vbi nisi damnarentur, pro nihilo erat censoria animaduersio: ignominiosa nihilominus erat. Cicero libro quarto, de Republic. Censoris, inquit, iudicium nihil ferè damnato adfert præter suborem. Itaque quòd omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animaduersio illa ignominia dicta est. Cætero, censeri est precium & æstimationem mereri, à Græcis ἀποτίμησις, vt admonuit Budæus in Annota.

IDEM LIB. XI.

LEX CXII.

LIttus publicum est eatenus, quatenus maximè fluctus exæstuat. Idem iuris est in lacu, nisi is totus priuatus est.

SVMMARIVM.

1 Littus nullius est, sed vniuersitatis.

LITTVS. Vsqueadeò littus omni hominum generi commune est, vt interim in nullius hominis singularis, at populi totius & multitudinis patrimonio censeatur esse, argument. l. vulgò concepti. ff. de statu hominum. Hac siquidem ratione, quòd adhuc in naturali primáque libertate sua permaneat, quæ ante occupationem fuit. l. quod in littore. ff. de acquirend. rer. dom.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Idem quoq; de lacu dicendum Iabolenus censuit: nisi in priuati alicuius patrimonio omnino repositus sit. Multa de littoris significatione suprà tradidimus. *Suprad. Litus.*

IDEM LIB. XIIII. EX CASSIO.

LEX. CXIII.

MOrbus Sonticus est, quicunque rei nocet.

SVMMARIVM.

1 Sonticus morbus, est noxius ad rerum confectionem.
2 Sontici morbi sunt recidiui.
3 Sontico morbo laborans, ad iudicium stare compelli non potest: sed dies diffinditur.
4 Ἔκφορα ἀναβολάς, dilationes quæ ob iustam, & legitimam causam cum iureiurando postulabãtur.

MORBVS. Suprà satis docuimus quid morbus significet: quando sit perpetuus, quando verò ἐξ ὑποθέσεως inuadere dicatur: nunc quid sit morbus Sonticus, videndum est. Tradit festus Pompeius verbum Sontire, significare aliqua in re obesse & grauiter nocere: vnde sonticus morbus qui rebus agendis ac negotiis conficiendis obest nocétque. Elius Stilo, vt scribit P. Crinitus lib. xxv. de honesta disciplina, sonticum existimauit pro noxio dictum: vnde sontes homines pro noxiis & deperditis. Hanc tamen vocem, SONTIRE, propter nimiam antiquitatem atque insolentiam magis intelligendam esse quàm vsurpandam. Quoties, inquit Venuleius, morbus sonticus nominatur, eum significari Cassius ait qui noceat: nocere autem intelligi, qui perpetuus est, non qui tempore finiatur. Sed morbum sonticum eum videri, qui inciderit in hominem postquàm sanatus sit. Sontes enim nocentes dicuntur. Hoc in l. fin. ff. de ædil. edict. Qui igitur morbus non omnino sanatus est; at postquàm sanatus est redit aliqua ex causa, sonticus dicetur. Causam autem cur morbus recidiuus sit, Hippocrates libro secundo Aphorismorũ tradit Apho. xij. videlicet τὰ λάλαισα τῶν μυξωτῶν χρόνῳ βαλὼν κρίσιν sit causa quando post iudicationem aliquid humoris noxij morbũque faciẽtis relinquitur, quod vel naturæ vis nõ euicerit & cõcoxerit, vel pharmaci facultas nõ expulerit. τὰ ὑπολειπόμενα ἢν τύχῃ νοσώδη βαλὼν ἐξίῃσιν ὑστεροφορίς ἢ ἄλλῳ ὁτῳοῦν. Sic etiam reliquiæ morbi paulatim soluti recidiuam faciunt: regenerãt morbum priori similem: sed tamen aliquando diuersi generis. Nam recidiuas prioribus dissimiles faciunt hæc tria: generatio alterius humoris ex vitiosa diæta: regeneratio sanguinis in alium humorem: mutatio partis: vt cùm ex largo potu in quartana pituita gignitur. Hæc enim relicta & putrescens in primis quidem venis facit quotidianam: hepar obstruens, hydropen: in articulos decumbens, arthoidem. Hos itaque morbos, iuxta Venuleij sententiam, sonticos rectè appellauerimus: & vt Aulus Gellius libro xx. noct. Atti. ex Sex. Cæcilio iureconf. & Phauorino

Supra. l. inter stipuũ. §. verum.
Sõtire quid.
Cap. xj.
Sõtes.
Recidiui morbi qua sit causa.
Interpretatio Aphoris. xij. libro ij. Aphoris. Hippocra.
Febris quotidiana qualiter contrahatur.
Cap. j.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Philosopho ait, vehementiores morbos vim grauiter nocendi habentes: quos tamen non per se morbos, sed sonticos appellant. Iam verò qui morbis id genus detineretur, is παρὰ τὸν νόμον, vt Demosthenicis & Platonicis verbis vtar, & vt sisteret in iudicio non poterat compelli: sed iubebat iudex diem diffindi. Iulianus in l. quæsitum. §. sonticus. ff. de re iudica. Quod ipsum quid sit, consule Budæum in annota. ad l. ij. ff. si quis cautio. Id nẽpe ex bono & æquo factum existimat Alexan. ab Alexandro libro sexto genial. dierum, quòd lex, si cliens morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij diffusum. Siquidem sequuti iureconsulti legem xij. Tab. interpretati, morbo impedito iudiciorum tempora dilabi voluere. Hæ verò dilationes quæ propter sonticum morbum aliámve iustam ac legitimam causam iureiurando postulabantur & impetrabantur, à Græcis ἐπόρκια ἀναβολὰς dicuntur & ἐπορκωνίας, Budæo teste.

Cap. x.

Diffundere diem.

IDEM LIB. XV.

LEX CXIIII.

SOluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

SVMMARIVM.

1 Fideiussor pro alio in solidum tenetur.
2 Omnis alieno nomine obligatus in solidum tenetur.
3 Duorum reorum stipulandi vterque pro virili, tantùm parte tenetur, non in solidum, nisi ex pacto ita conuenerit.
4 Fideiussorum singuli in solidum tenentur.
5 Cessio bonorum fideiussores non liberat.
6 Fideiussorum vnus qui solidum soluit, partes viriles ab aliis recuperat, beneficio epistolæ D. Hadriani.

SOLVENDO. Iuris ciuilis regula illud constat, eum qui pro alio fideiusserit, teneri in solidum. l. inter eos. ff. de fideiusso. Id autem locum habet etiam in aliis omnibus qui nomine alieno obligantur: tametsi nuncupatis verbis cautum non sit in solidum eos teneri. Scæuola in l. creditor. §. duobus. ff. mandati. Paulus in l. vlti. §. si vnus. ff. quod iussu. Aliter tamen in duobus reis constituendis, tam veteri quàm nouo iure præscriptum est. Vlpia. in l. reos. §. cũ tabulis. ff. de duob. re: Cùm tabulis (inquit) esset cõprehensum illũ & illum centum aureos stipulatos, neq; adiectum ita vt duo rei stipulandi essent, virilem partem singuli stipulati videbantur. Et, è contrario, cùm ita cautũ inueniretur: tot aureos dari stipulatus est Iulius Carpius: spondimus ego Antonius Achilleius & Cornelius: diuidi in partes viriles debere dixi: quia non fuerat adiectum, singulos in solidum spondisse, ita vt duo rei promittendi fierent. Palam est igitur duos reos stipulandi pro virili parte teneri solũ, nisi pacto conuenerit in solidũ obligari: authen. Hoc, ita si pactum. C. de duob. re. Sed quis est Iaboleni sensus, soluẽdo neminen intel-

1
2
3

ligendum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

4 ligendum, nisi qui solidum potest soluere? Certè si plures fideiussores fuerint, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur. §. si plures, institu. de fideiusso. Cuius quidem rei eam esse rationem existimant, quòd fideiussores & qui pro aliis se obligarint, reorũ ac debitorũ vicem subeũt. Vnde si debitor bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, si bonis suis cesserit. Sed hæc exceptio non datur
5 fideiussoribus, ideò scilicet, quòd qui alios pro debitore obligat, hoc maximè prospicit, vt dũ facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab his, quos pro eo obligauit suum consequi. §. j. insti. de fideiusso. & §. vlti. insti. de re-
6 plica. At ex pluribus fideiussoribus nemo soluendo esse dicetur, nisi qui totum debitum pro quo omnes fideiusserint, possit exoluere. Vide in eam rem. l. nemo dubitat. & ibidem Philip. Decium. ff. de regu. iuris. Iam verò forsan quæras, si fideiussorum vnus solidum soluerit, qualiter à reliquis aliis partes viriles recuperet & repetat? Sanè per beneficium epistolæ diui Adriani. De qua re vide in §. si plures. & ibidem Angel. Areti. institu. de fideiussorib. & Guliel. Maynerium in d. l. nemo dubitat.

IDEM LIB. IIII. EPISTOLARVM.
LEX CXV.

QVæstio est, fundus à possessione vel agro, vel prædio quid distet. Fundus est omne quicquid solo tenetur. Ager est species fundi, quæ ad vsum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris proprietate distat. Quicquid enim apprehẽdimus cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo, vsus est. Ager, proprietas loci est. Prædium, vtriusque suprascripti generale nomẽ est. Nam & ager, & possessio huius appellationis species sunt.

SVMMARIVM.

1 Fundus est quicquid solo tenetur, & fundamentum rei solo insistentis.
2 Possessio est ius retinendi patrimonij.
3 Possessio respectu primæ occupationis ad vsum vitæ, est facti: respectu dominij ad hæredes transferendi, iuris est.
4 Possessio pro dominio simpliciter ponitur.
5 Prædium est quo dominus iure suo vtitur fruitur.
6 Possessor propriè dominus non est.
7 Possessio à ponendis pedibus, vel sedibus.

QVAESTIO. Cùm in iure quæreretur, quid esset fundus, quid possessio, ager, vel prędiũ, quantũmq; inter sese propria significatione differrent, totã sanè hanc quæstionẽ, finitione vniuscuiusq; verbi, eleganter discussit Iabolenus. Fundus (in-
1 quit) est omne quicquid solo tenetur, id est fundamentũ eius rei quę solo fundatur. At M. Varro in lib. de lingua Lati. scripsit fundum dictũ, quòd ager videbatur pecudũ ac pecuniæ esse fundamentum: vel quòd fundat

Fundus quid & vnde dictus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quòtannis multa. Florentinus autē tradit fundi appellatione omne ædificium, omnémq; agrū contineri. l. fundi. infrà. Iam verò quid sit ager, satis supérq; declarauimus supra in Ager & l. locus est. nūc verò de possessione est aliquid dicendū. Est ergo possessio, ius retinendi patrimonij quod vel vsu, vel iure ciuili per acquisitionem, nostrum tandem effecimus, vel naturaliter tenemus: quæ à Græcis ob id dicta est κτῆσις, ἀφ' οὗ κέκτηται παρὰ τὸ κατέχειν, quod detinere & occupare significat. Quæ quidem possessio à iure gentium ortum habuit. Priuata enim nulla natura sunt, sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, vt qui bello potiti sunt aut lege, pactione, conditione, sorte. Ex quo fit, inquit Cicero, vt ager Arpinas, Arpinatium dicatur. Tusculanus, Tusculanorum. Similisque est priuatarum possessionum descriptio. Ex quo quia suum cuiusque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Hæc ille hactenus. Sed an meri iuris, an verò facti sit possessio, certatum est sententiis. Sunt enim qui eam in facti potius quàm in iuris ratione constituant. In quam sententiam videtur itum ab Alciato in Commentario DE QVINQE pedum præscrip. vbi multa de possessionis interpretatione agit. Fran. Connannus lib. primo Commenta. iur. ciuil. cap. v. possessionem iuris esse cēsuit. Multiphariam in hāc rem distinguit Barto. Bald. & reliqui doctores nostri. Sanè quæ à iure naturali orta est, possessio, vt quum ante distincta dominia quod quisque agri, terræ vel maris, habitationis gratia, aut cultus & arationis sibi cœperat, vt eo ad vitam vti frui liceret, factum illa quidem respicit: saltem plus facti quàm iuris habet. Fuit (ait Connannus) in primis istis naturalibus, propria cuiusque possessio: dominium non fuit. Sed hoc ius dominij ad maiorem rerum custodiam, & futurę necessitatis subsidium, communis postea omnium nationū consensus excogitauit. Quādo igitur cum possessione eōiunctū cōmistūmq; fuit, iure gentiū dominium, tunc possessionem, iuris plus habere quàm facti dixerūt. Quippe natura nobis rerum dominium non dedit, sed vsum tantùm, aut earundem vsus nostri causa possessionem. Quid enim his rebus, nobis vita functis opus est? Sed legibus & iure populorū postea effectū fuit, vt cùm rerum dominio potiri superstites censeremur, idipsum moriētes, hæredibus nostris ac posteris manciparemus, possessionémque, velut per manus, traderemus. Vnde pro ipso dominio possessionem aliquando ponimus: vt supra in l. interdum, est à nobis amplissimè annotatū. Sic traditum est Psal. ij. αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου, τὰ πέρατα τῆς γῆς. Require à me & dabo tibi gētes hæreditatem tuā, & possessionē tuā terminos terræ. At hoc loci possessionē ab agro distinguit Modestinus, iuris proprietatē, id est mancipio seu dominio. Possessionem enim, vsum tātùm vult esse, id est vsus nostri causa, occupationē: agrum, verò dominiū ipsum, & ius dominij, proprietatēmq; loci, ac tandem ius ipsum possidendi dominij κτῆσις seu κτῆμα. Vnde κτήματα idem est quod χρήματα, id est pecuniæ, bonorū & prædiorum

Possessio quid & vnde dicta.

Lib. j. offi.

Dominium rerū quādo primū fuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

diorum abundè & copiosè diues, multæque hæreditatis possessor. Nam & ἐν τοῖς κτήμασι πλουσιωτάτους dicunt Græci, quod nos hæreditatem adire: & bona prædia ἐνίους κτήματα ἢ χωρία, ἐνίους δὲ οἰκίας. Sic M. Curius ad Ciceronem, libro viij. Epistolarum familia. Sum enim (inquit) χρόνον μὲν τοῦ τοῦ, κτήσεως δὲ, Attici nostri ergo fructus est tuus, mancipium, illius. Hîc κτῆσις. Alciato teste, possessionem, ius ipsum acquisitum vsu, intellexit, quod à mancipio non admodum distat. Sed ego quidem ἀκριβολογούμενος mancipium ipsum ac verum dominium & proprietatem intellexisse existimauerim, κτῆσιν δὲ vsum tantùm & vsum fructum: in qua quidem significatione Modestinus hoc loco, possessionem videtur accipere. Prædij autem appellatio, vtrunq; & possessionem scilicet, & agrum complectitur, tanquam genus suas species & differentias. Prædium enim est ipsa res, cuius qui dominus sit, fructus iure suo percipit atque his vtitur fruitur. Nec enim iure is poterit dicere, hic est ager meus, prædium meum, nisi quoque agri aut prædij eiusdem sit dominus. In possessionis nomine, secus licet. Quandoquidem & fundi alicuius possessorem potero me asserere, idque vsu, occupatione, & apprehensione, tametsi is fundus alienus sit. Sed & propria significatione possessor dicitur qui dominus non est. Qui enim fundum suum possidet, dominus potius appellatur quàm possessor, ait Connanus, libro iij. quoniam fructus omnes quos de suo fundo percipit, pars dominij sunt, eósque iure domini, non possessoris authoritate percipit. Atque is est huius capitis sensus, cùm possessionem hoc loco appellat quicquid apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet nec pertinere potest. Cæterùm, an possessio dicta sit à pedibus, vel sedibus ponendis, videto Alciatum id tradentem eleganter in cap. j. libri primi dispunctio.

Prædium quid et qualiter à possessione differt.

Possessor quis. Dominus quis.

IDEM LIB. VII.

LEX CXVI.

QVISQVIS MIHI ALIVS FILII FILIVSVE HAERES SIT.

His verbis, Labeo non videri filiam contineri. Proculus contra: mihi Labeo videtur verborum figuram sequi: Proculus, mentem testantis. Respōdi, Non dubito quin Labeonis sententia vera non sit.

SVMMARIVM.

1 Verbum QVISQVIS, in hæredum institutione ad fœminas non porrigitur.
2 Filiorum appellatione, filiæ continentur.
3 Dictio QVISQVIS, cum verbo futuri temporis, vim habet substitutionis sub conditione factæ.

QVISQVIS. Verbum, QVISQVIS, in testamentis, & in hæredis institutione, ex propria significatione ad fœminas minimè porrigitur. Vt cùm scripsit testator. *Quisquis mihi alius filij filiúsve hæres sit*, Proculus aduersus Labeonis calculum, filiã non contineri negat. Verumtamen si testatorem aliud sensisse vel ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

coniecturis quibusdam appareat, vera erit Proculi sententia. Nam coniectare licet, maluisse patrẽ, nullis filiis masculis existentibus, filias, quàm extrarium substituisse: idque propter amorem patrium qui erga liberos est propensior. Vlpianus in l. si quis ita. ff. de testa. tutel. Si quis (inquit) ita dixerit: *Filiis meis tutorem do*: In ea conditione est, vt tam filiis quàm filiabus dedisse videatur. Filiorum enim appellatione, & filiæ continentur. Et id quidem ob vulgatiorem loquendi vsum. Aliâs enim si fœmineo vocabulo, videlicet, *filiabus meis tutorem do*, filios complexus minimè testator censeretur. Exemplo nanque turpissimum est, fœminino vocabulo etiã masculos contineri. l. si ita scriptum. ff. de lega. ij. vide quæ in eam rem scripsi suprà in l. prim. Cæterùm hæc dictio quisquis, coniuncta verbo futuri temporis, vt, *quisquis mihi hæres erit*, vim habet substitutionis sub conditione factæ. Vlpia. in l. qui liberis. & in eandem l. Bartol. ff. de vulg. & pupil. substi. Sed ea quidem substitutio, *Quisquis mihi hæres erit, idem filio impuberi hæres esto*, ad eum tantùm qui ex testamento, nõ qui ab intestato hæres extiterit porrigitur. d. l. qui liberis. §. hęc verba. Et ideò neque pater qui per filium, neque dominus qui per seruum, hæres extiterit, ad substitutionem admittetur, neque hæredis hæres: quia non ex iudicio veniunt, hoc est ex voluntate testatoris.

Filiorũ appellatio.

Quisquis cũ futuro.

IDEM LIB. VIII. EPISTOL.

LEX CXVII.

NOn potest videri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summæ actio non competit.

SVMMARIVM.

1 Minus soluisse non dicitur is, qui partem qua tenebatur, non solidum soluit.

NON POTEST, Totam ille videtur obligationem dissoluisse, si nulla supersit actio qua posit ob ampliorem summam conueniri. Vt ecce, si duo, fideiussionis nomine, sed singuli centum promiserint, atque eorundem alter quinquaginta exoluerit, certè quia in solidum ad ea centum obligati non sunt, totam summam videtur soluisse: propterea quòd nulla aduersum eum actio, ob alia quinquaginta persoluenda competit. Item si à fideiussore quinquaginta pœnæ nomine stipulatus fuero, si in iudicium reus non venerit, petiturus à reo centum, at verò dolo malo Sempronij factum fuerit quominus in iudicium reus venerit, eadem centum à Sempronio consequar. Nam fuit quidem ille in causa quòd ea actio quam aduersus reum intendebam, mihi temporis lapsu perierit. Tanti enim mea interfuisse videtur: quia si in iudicium venisset, actio mihi in centum aduersus reum, vel aduersus hæredem eius competebat: licet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

licet fideiussor minorem mihi summam promiserit. Fideiussor ergo, si eadem quinquaginta, quæ pœnæ nomine, si in iudicium reus non venisset, promiserat, persoluerit, non censebitur minus soluisse. Quandoquidem in ea centum, quæ à reo poscebantur, conueniri non potest. Vlpianus in l.tertia.§.final.ff.de eo per quem fact. erit quominus quis iudic. sist. At in ea interpretatione variatum est sententiis & dubitatum: Discute glossam in dicto §.finali.

POMP. LIB. II. AD QVIN. MVT.

LEX CXVIII.

HOstes hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus. Cæteri latrones, aut prædones sunt.

SVMMARIVM.

1 Hostis est peregrinus & publicus, inimicus verò priuatus.
2 A latronibus captus nec seruus est, nec postliminio ad statum redit, secus si ab hostibus.
3 Latrones à latendo, vel potius à latere eius, ὃ λαθροῦσι sunt appellati.



OSTES. Hostes Romani appellabant eos qui nec prouinciales, nec fœderati populo Romano erant: aduersus quos, ob id quod nec imperio Romano, nec legibus parebant, bellum ipse popul.Roman. decreuerat. Propter ea veteres hostem peregrinum appellabant, qui suis, non alienis legibus viueret: quódque æquum existimabat, sequeretur. Nunc (ait Varro libro de lingua Latina) perduellem dicunt. Nam hostire æquare dicebant. Vnde hostorium pro rutro illo ac bacillo rotundo accipiendum putat P. Crinitus libro vicesimotertio, de honesta. disciplin. quo in mensuris frumenti cumuli exæquantur. Hostimentum exæquationem Cæl. Rhodoginus scribit esse, libro vicesimoquinto, lectio.antiqu. Cap.xxx. Est igitur hostis qui cum aliis inimicitias exercet, propriè autem cum alienis & peregrinis, cuiusmodi à Græcis πολεμοι. Qui verò cum domesticis, inimicus potius dicendus erit, id est, ἐχθρός. Promiscuè tamen sæpius alterum pro altero, tam à Græcis quàm Latinis vsurpari solet, vt apud Homerum.

Hostiquid. *Perduelli.* *Hostire.* *Hostorium.* *Hostimentum.*

Ἐχθρός τοι μοι κεῖνος ὁμῶς αἰδαῖσι πύλῃσιν
Ὃς κεύθει μὲν νόῳ ἄλλο, ἑτέρῳ δὲ τε εἴπῃ.

Ille perinde mihi est inimicus vt infera porta,
Qui promptum ore habet, ast aliud sub pectore clausum.

Nam & inferorum portæ peregrinæ sunt nobis: & domesticus is est inimicus quem arguimus aliud habere in præcordiis latens, quod ore loquatur. Vnico tamen hoc verbo, ἐχθρός, vtrunque est complexus: quod modò hostem, modò etiam peregrinum significat. Sed & hostem aliquando pro homine feroce & sæuiente accipimus: vt apud Virgilium, Iupiter hostis, id est, ferox, vt Seruius interpretatur, libro duodecimo Aeneid.

Non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Non me tua feruida terrent
Dicta feror: Dij me terrent, & Iupiter hostis.

Hoc autem capite docet Pomponius multum referre quis ab hostibus captus sit, an verò à latronibus. Hostes, inquit Vlpianus.ff. de capti. & postli. reuersi sunt quibus bellum publicè Populus Romanus decreuit, vel ipsi Populo Romano; cæteri verò latrunculi vel prædones appellantur. Et ideo, qui à latronibus captus est, seruus latronum non est: nec postliminium illi necessarium est. Ab hostibus autem captus, puta à Germanis seu Parthis, & seruus hostium, & postliminio statum recuperat pristinum.

CAETERI LATRONES. Dicti sunt latrones quasi laterones, vel quòd latentes itineribus publicis, insidientur viatoribus. Dicuntur etiam latrones, stipatores ἡ σωματοφύλακες qui tutelæ gratiâ dominorum suorum lateribus assident: seu mercede conducti milites, vt ait Seruius, παρὰ τὸ λαβεῖν, quod seruire spe mercedis, & obsequi significat. Nam moris erat, vt hos imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Latrones, ait Varro in libro de lingua Latina, dicti ab latere, qui circum latera erant Regi, atque ad latera habebant ferrum: quos postea à stipatione, Stipatores appellarunt, & qui conducebantur. Ea enim merces dicitur Græcè λάβρον: ab eo veteres Poëtæ nonnunquam milites appellant Latrones: quòd item vti milites cùm ferro, aut quòd latent ad insidias faciendas. Virgilius libro duodecimo Aeneidos, latronem pro venatore vsurpauit, his verbis.

Stipatores qui.

Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus.
Tum demum mouet arma leo: gaudétque comantes
Excutiens ceruice toros: fixúmque latronis
Impauidus frangit telum.

IDEM LIB. III.

LEX CXIX.

HAereditatis appellatio, sine dubio continet & damnosam hæreditatem. Iuris enim nomen est, sicuti bonorum possessio.

SVMMARIVM.

1 Hæreditas nomen est iuris.
2 Filius dicitur hæres mortui patris etiam nihil possidentis.
3 Pupillo non licet hæreditatem adire sine authoritate tutoris.
4 Hæres adiens hæreditatem censetur contrahere cum legatariis, & creditoribus.

HAEREDITATIS. Nomen est meri iuris hæreditas: nihil enim in se facti continet. Et ideò dicitur filius mortui patris hæres, etiam si nihil bonorum decedens possideret pater. Qua ratione, si plus damni quàm lucri ex hæreditate consequeretur, dicetur nihilominus hæres: & ad legata & onera hæreditatis tenebitur. Vnde cùm pupillis liceat sine tutoris authoritate ea agere quæ è re sua erunt, non possunt tamen hæreditatem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

3 tem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hæreditatem ex fideicommisso suscipere, nisi tutore authore; quamuis illis lucrosa sit, ne vllum damnum habeant. Institution. de authoritate tutorum. §. neque
4 hæreditatem, vbi glossa amplissi. Hæres enim, adeundo hæreditatem, obligatur, & censetur quasi contrahere cum legatariis & creditoribus. l. apud. §. final. cum. l. sequentiff. ex quibus causis in possessione ratur. Quare si hæreditatem aliter aditurus non essem; quàm caurum mihi fuisset
1 damnum præstari, & hoc mandatum intercessisset, mandati actionem fore, existimauit Iulianus in l. si hæreditatem. ad principium. ff. mandati.
2 Quod aliter in legato dicendum est. Quid autem sit hæreditatis verbum, latè discussimus suprà in l. nihil est aliud.

IDEM I. LIB. VI

LEX CXX

VErbis legis duodecim Tabularum, IS VTI LEGASSIT, REI SVAE ITA IVS ESTO, latissima potestas tributa videtur, & hæredis instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. Sed interpretatione coangustatum est, vel legum, vel authoritate iura constituentium.

SVMMARIVM.

1 Lege duodecim Tabularum, licebat vnicuique testatori de rebus suis suo arbitrio disponere.
2 Legare, est mandare, & decernere.
3 Legare vltra trientem hodie non licet.

1 VERBIS. Antiquis duodecim Tabularum legibus, testatori cuique erat liberum de rebus suis pro arbitrio constituere, tamque eius potestas latè patebat in extremis mandatis, vt quod quisque testamento statuisset, etiam si vniuersorum bonorum legatum esset, seu in fraudem hæredum, seu creditorum, seu aliorum, id ius ratumque esset. Quod Iustinianus in Nouellis. περὶ διορισμοῦ de secundò nubentibus, repetit his verbis. *Testatoris latissima potestas.*

Νομοθέτου μὲν οὖν ἐκεῖνος ἐπὶ ἐξουσίᾳ τοῖς ἰδίοις, καὶ ἔστω νόμος ὃ τότε βουλόμενος, καθάπερ καὶ ὁ παλαιὸς ἐν τοῖς νόμοις καὶ κυρίου σχεδὸν τῶν παντελῶς ἐφεμίας διαλέξεις φησὶ (φασὶν δὲ ἐν διαθήκαις) τῶν δρχάνων καὶ πάσης γλώττης ὀνομάσας λόγῳ VTI LEGASSIT QVISQVE DE RE SVA, ITA IVS ESTO. ὥστε ἀκυρωθῆναι πᾶσαν τὴν ἐκείνου γνώμην εἴ τι ἢ ἕν τι τῶν ἀναγκαίων, ἐτέρῳ τι παραδιδόντων τὴν τοῖς ἀλλοτρίοις, &c. *Sed legibus xij. Tabul.*

Id est, vt eleganter vertit Haloandef. Sanciat enim quisque in rebus suis, vt dignum est,
1 & pro lege voluntas eius esto: quemadmodum nobis lex etiam omnium vetustissima, & quæ prima ferè Romani constituit Rempublicam, nempe duodecim Tabularum, vetere & patria lingua, his penè vtens verbis, inquit, VTI LEGASSIT QVISQVE DE RE SVA, ITA IVS ESTO, nemini facta potestate vt in rebus alienis aliquid præter

eius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eius voluntatem disponat, neque si sacram impetret formam, aut quiequam omnium, &c. In barbara eáque vulgari tralatione & planè Gothica authenticorum, hoc ipsum citatur sub titulo, De nuptiis. Collat. iiij. §. disponat itaque. Sed hæc quidem posterioribus imperatorum constitutionibus coangustata, ac circunscripta sunt: idem quoque & statutis municipalibus præfecturarum huius amplissimi Regni Franciæ, maximè verò Turonensis nostræ patriæ. Quamuis enim legandi verbum latè pateat, idémque significet quod mandare & decernere, vt hoc loco videtur velle Póponius, tamen si quis apud nos vel assem, vel semissem legauerit, non valebit legatum, nec vltra trientem protrahetur. Hucusque enim coangustauit lex nostra municipalis legatorum rationem.

Legare quid significet.

IDEM LIB. VI.

LEX CXXI.

VSura pecuniæ quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est: id est, ex noua obligatione.

SVMMARIVM.

1 Vsura ei debetur cuius est pecunia fœnori data, non ei cuius est fructus.
2 Vsura pecuniæ ex fundo natæ in fructu est.
3 Fructus est omne emolumentum perceptum ex re quam vtendam fruendam habemus.
4 Vsura vsum rei significat.
5 Vsura multiplex est, Nautica, Heteroplus, Amphoteroplus. Item Terrestris, Menstrua, Centesima, seu drachmalis, Semis, Vnciaria.
6 Vsurariorum fraudulenta ars in mercibus pro pecunia cárè vendendis, & vili per tertium subornatum redimendis.
7 Vsura est pecuniæ vsus.
8 Pecuniæ alienæ administrátor, purgatis necessariis de vsura reliquæ tenetur, maximè pupilli, & minoris, & fœneratoris.
9 Besis olim summa erat vsura.
10 Vsura pœnam complectitur, & id quod interest.
11 Pars pecuniæ pro pœna moræ soluta, totam cessare facit.
12 Creditor intra præstitutum pœnæ, & adiectum diem, parte sortis recepta, pœnam & vsuras remisisse censetur.
13 De fœnoris iniquitate cognoscit Ecclesiasticus iudex, non prophanus. Quinetiam Regius in Gallia, constitutione basilica.



VSVRA. Filius familiâs grandem pecuniam ex vectigali & fructibus, atque obuentionibus paterni prædij à redemptoribus accepit, quam quidem pecuniam sibi postea à patre datam, Titio fœnori dedit: Quærebatur, vtri Titius vsuras redderet, filio, an verò patri, & ad quem vsuræ ipse pertinerent? Responsum fuit ad filium pertinere: vt quæ non ex re patris viderentur partæ, sed ex re filij ipsius per donationem, seu quamuis aliam stipulationem. Quemadmodum si vxor nummis à viro, aut ab eo qui in eius potestate esset, sibi donatis, fundum emerit, deinde cùm eius factus fuerit, eum

Casus legis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rit, eum ipsum viro, aut cuiuis alij donationis causa tradiderit, ratam esse donationem Labeo scripsit. ff. de donatione inter virum & vxorem, l. final. Si quid igitur filius acquirat ex propria pecunia, quam non ex eius substantia in cuius potestate constitutus sit, sed ab aliis quibuscunque causis, seu labore, seu industria, aut fortunæ liberalitate acquisierit sibi, hoc ipsum filij non patris erit: quoniam non ex vsu pecuniæ paternæ est acquisitum: sed pecuniam pecunia propria peperisse censebitur filius. Ad eum itaque vsura spectat. Iustinianus in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis in potestate patris constituuntur. Ioannes Faber in §. igitur liberi. Institu. per quas personas nobis acquiritur. Quo loco tradit Angelus Aretinus lucrum quod ex ea pecunia accessit, non esse fratribus communicandum: cùm aduentitium sit, non ex substantia patris. l. final. C. de collation. Alioqui enim, vsura pecuniæ quæ ex ipso corpore fundi enata est, in fructu esse dicetur. Vnde tradidit Vlpianus in l. vsuræ. ff. de vsuris. Vsuræ (inquit) vicem fructuum obtinent: & meritò non debent à fructibus separari: & ita in legatis & fideicommissis, & in tutelæ actione, & in cæteris iudiciis bonæ fidei seruatur. Hoc idem igitur in cæteris obuentionibus dicemus. Cuius quidem rei eam esse rationem arbitror, quòd fructus nomine venit quicquid emolumenti de ea re quâ vtendi fruendi gratiâ habemus, capimus. Quare ea pecunia quam mea pecunia peperit, in fructu rerum mearum erit reponenda. Inde ab vsu vsura venit, quæ etiam ipsum vsum significat. Cicero libro tertio Epistola. familiar. Quod cùm ita sit, perficiam profectò, vt longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum resarciam. Et apud Senecam. Si mihi diei vnius vsuram permisisset, &c. Vsuram etiam Latini fœnus appellant à fœtu, idque imitatione Græci sermonis τόκος à partu pecuniæ: cùm pecunia pecuniam, veluti fœtum quendam pariat. Τὸ ἀργύριον ἀργὸν ὂν ἴδιον οὐδὲ τόκον. Qui argentum suum non dedit ad vsuram, apud Psalmographum regium, id est, qui fœneratus non est: quod etiam Græci τοκοφορεῖν καὶ δανείζειν dicunt. Iam quid sit vsura, & vnde dicatur Carolus Molinæus satis, vt mihi videtur, aperuit in eo libro quem DE VSVRIS scripsit. Vsura autem apud antiquos, duplex fuit, Terrestris & Nautica. Terrestris, id est, τόκος, menstrua erat. Nautica iterum duplex fuit; vna, quæ in alteram tantùm nauigationem statuebatur, à Græcis Heteroplus dicta: altera ita contrahebatur, vt non aliter deberetur, nec ipsa nec sors eius, quàm si nauis fospes cum mercibus domum rediisset. Hanc Amphoteroplum dicunt, quasi in commeatum remeatúmque taxatam: Cuius quoque meminit Modestinus in l. prima. ff. de nautico fœnore. Merces, inquit, si periculo creditoris nauigent, traiectitiæ pecuniæ erunt loco. Hoc etiam annotauit Budæus libro primo de Asse, eo loco vbi docet ex Demosthene τῶν φορτίων, vsuram nauticam non menstruam fuisse.

2 3 4 5

Fructus quid.

Fœnus quid & vnde.

Psal. xv.

Heteroplus vsura.

Amphoteroplus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Nauticam non fuisse mediocrem. fuisse: sed vna in omne tempus nauigationis & negotiationis constitutione taxatam. At verò terrestres vsuræ omnes menstruæ erant, & in singulas Calendas cedebat earũ dies. Hoc est, tricesimo & vltimo die mensis, qui ab Atticis ἕνη καὶ νέα dicitur, quòd confinium sit deficientis Lunæ & renascentis: hoc est, veteris & nouæ: quo die cedebat fœnorum petitio, hoc est, Calendis, quæ νομμωνία etiam dicitur à Græcis, Budęo teste. Vnde & Calendarium dicebatur Codex, in quem singulis calendis quod acceptum expensumque esset, referebant. Quare vsura centesima dicebatur quòd mense centesimo sortem æquet: quæ drachmalis à Græcis καθ' ἑκατόστὴν dicitur. Est enim Drachma centesima pars Minæ, teste Budæo. Sic igitur fit, vt vsura centesima sortem æquare dicatur, quia centesimo mense drachma in Minam euadit. Vt enim Romani ab Asibus, sic Græci à drachmis vsuras denominarunt: vt nos hodie, ait Budæus, à denariis. Vsuram centesimam, Paulus in l. lecta, Si certum petatur, dixit, cùm in denarios centenos, singulos denarios dari nobis stipulamur. Sic duodecim, vsuræ nomine, centenario accedunt, & centesimis calendis seu mense centesimo sortem vsuræ æquant, vt suprà diximus, & videre est ex libro tertio Sidonij Apollinaris. Vsuram verò semissem appellant dimidiam centesimæ, in qua senarius anniuersarius è centenario conficitur. Vnciaria, est cùm centenarius singulos parit. Valent his nostris temporibus aduersus præscriptum CHRISTI id genus vsuræ immodicæ, magno quidem hominum detrimento: sed hæ veluti φανερῶς: coram enim non licet: his namque est pœna regiarum constitutionum. Sed cùm ideò non audeant sibi nominatim stipulari vsuras, ait Connannus libro septimo commentar. iuris ciuilis, in titulo de rebus creditis. Res debitoribus 6
vendunt ingenti precio, tolerabili tamen, ne hinc fraus pateat: tum emptorem apponunt qui ab his mercatur eas vilissimo. Vtinam hæc hominum fœneratorum colluuies tandem dispereat. Antiquitus cùm quis ære alieno vsus sic oppressus esset atque obstrictus vt cuperet coniurare, si quisquam reciperet, & demum soluendo non esset, vocatus in ius lege duodecim Tabular. in temporariam seruitutem creditori addicebatur. Quæ res, inquit Liuius, olim multas seditiones excitauit. Hinc secessio plebis in montem sacrum facta, Hinc M. Manlius qui iudicatos pecuniæ & addictos, soluta pecunia duci vetabat, damnatus & è saxo Tarpeio deturbatus est. Videmus hodie sanè mercatorum permultos hac æris alieni ratione, quo sæpe obruuntur inopes, vsuráque multiplici omnia corrodente, ac velut tabe pestifera ad corpus item correpento, propemodum extinctos & deperditos. Sed vt ad rem propositam redeamus: Pomponius hoc loco sentit vsuram pecuniæ quam percipimus, in fructu non esse, quando videlicet non ex ipso corpore pecuniæ nascitur, veluti fructus illi annui ex terra arboribúsve bene cultis: sed ex alia causa, seu ex noua obligatione stipulationéque: vt suprà ex specie facti docuimus. Iam verò quoniam mutuata pecunia vtatur debi- 7
tor,

Calendarium quid.

Vsura centesima quæ.

Drachma.

Vsura centesimæ drachmalis dicta.

Vsura semis Vnciaria.

In vsurarios.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tor, vsura dicta, rei ipsius, id est, pecuniæ, fructus censebitur. dict. l. vsu-
8 ræ. ff. eodem. Sed & si quis alienam pecuniam gerendis negotiis accepit, statim à gestis negotiis, vsuras præstare cogitur, eius videlicet pecuniæ, quæ purgatis necessariis sumptibus superest. Papinianus. l. qui aliena. ff. de negotiis gestis. Et id quidem intelligendum erit, si pecuniam dominus consueuit fœnerari. l. qui semisses. §. j. ff. de vsuris. Glossa in dicta l. qui aliena. Quisquis autem pecuniam pupilli & minoris tractauerit, seu tutor ac curator, seu mater fuerit, vsuras præstare cogendus est. l. si mater. C. de vsuris. Paulus in l. at qui natura. §. non tantùm sortem. dicto titulo, de negotiis gestis. Idem quoque dicendum consuit Trypho-
9 nius in l. qui sine vsuris. eodem titulo de negotiis gestis. ac etiam de eo qui Reipublicæ pecuniam administrauit, vt maximas vsuras debeant, id est, centesimas: bessales enim non puto accipiendum: quamuis summa esset Bessis, & quam nephas erat excedere: quæque veluti nimium gra-
10 uis cuiuis concedi non solet. Sic vsura pœnam complectitur, & id quod interest. l. vltima. ff. de eo quod certo loco. At cùm vsuræ, ait Alciatus in dicta l. lecta, Si certum petatur, hodie de christiana republic. eiectæ sint, non tam ad vocum significationes attendendum est, quàm ne fraus legi fiat, sub nomine pœnæ. Etenim qui centum accepit ea conditione & lege, vt nisi eadem centum intra calend. Martias per-
11 soluat, decem præstare nomine pœnæ teneatur, si intra eum diem Calendarum partem debiti totius exoluerit, cessat integra pœnæ præstatio, quamuis summo iure agi posit vt tota pœna debeatur: capitulo Suam,
12 extrà de pœnis. Quinetiam creditor qui partem sortis recepit intra præstitutum adiectúmque pœnæ diem, censetur pœnam illam & vsuras remisisse. Paulus in l. si post moram. sub finem l. ff. de eo quod certo loco. Gloss. ampliss. in dicto capitulo Suam. Et hinc quidem sententiæ locus est in pœnis hominum & contrahentium pacto adiectis: non item si à lege vel statuto pœna ipsa præscripta sit. Glossa in dicta l. si post
13 moram. in verbo videatur. Iam verò quandocunque de fœnoris iniquitate est quæstio, de ea re iudex ecclesiasticus, non autem prophanus cognoscit. Ita confirmat permultis authoritatibus & exemplis Gulielmus Maynerius in l. qui iussu. de regulis iuris. sub numero 70. Sed hodie in hoc Regno Franciæ prophani iuridici, & hi quidem Regij in fœneratorum scelus animaduertunt: ac de ea re edita promulgatáque est constitutio Regia.

Notandum.

Z

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. VIII.

LEX CXXII.

HErennius ait, Si ita ſcriptum ſit: FILIO FILIISQVE MEIS HOS TVTORES DO, maſculis duntaxat tutores datos: quoniam à ſingulari caſu, hoc filio, ad pluralem videtur tranſiſſe continentem eundem ſexum, quem ſingularis prior poſitus habuiſſet. Sed hoc, facti non iuris habet quæſtionem. Poteſt enim fieri, vt ſingulari caſu de filio ſenſerit: deinde plenius omnibus liberis proſpexiſſe in tutore dando voluerit: quod magis rationabile eſſe videtur.

SVMMARIVM.

1 Tutor filio ſingulariter à patre teſtante datus, cæteris quoque filiis & filiabus, atque adeo poſthumis datus cenſetur.

ERENNIVS. Hæc lex ad teſtamentarios tutores pertinet, vt filio filiiſque dati, filiabus quoque dati videantur. Sic filiorum appellatione, filias compræhendi traditum eſt. Sed & ſi quis filio tutorem dederit, cùm tamen plures habeat filios, an filiis omnibus dediſſe cenſebitur? Et de hoc Pomponius dubitat. At cenſet Vlpianus magis eſſe vt omnibus dediſſe videatur. l. ſi quis ita. ff. de teſtamen. tutel. §. j. Sed controuerſi iuris eſt quęſtio, an filias etiam compræhendiſſe cenſeatur ſub numero ſingulari maſculini generis. Et ego aduerſus Cæpollæ Veronenſis anguſtias arbitror compræhendi: idque tam ex præſumpta mente teſtatoris qui omnibus ſuis filiis ex æquo conſultum voluit, ſuadente idipſum amore naturali erga omnes filios, niſi aliud appareret, quàm quòd hoc loci maſculinum complectitur fœmininum, vt ſuprà ampliſsimè docuimus in l. j. hoc titu. Sic & ſi quis filiis ſuis vel filiabus tutores dederit, cenſuit Vlpianus poſthumæ quoque videri datos: quia filiæ appellatione etiam poſthuma contineatur. l. ſi quis filiabus. dicto titulo de teſtamen. tutel. Videto latius Alciatum in hunc locum.

IDEM LIB. XXVI. AD QVIN. MVT.

LEX CXXIII.

VErbum, Erit, interdum etiam præteritum, nec ſolùm futurum tempus demonſtrat. Quod eſt nobis neceſſarium ſcire. Et cùm codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, QVOD IN CODICILLIS SCRIPTVM ERIT, vtrúmne futuri temporis demonſtratio fiat, an etiam præteriti, ſi ante ſcriptos codicillos quis relinquat? Quod quidem ex voluntate ſcribentis interpretandum eſt. Quemadmodum autem hoc verbum, EST, non ſolùm præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat: ita hoc verbum, ERIT, non ſolùm futurum, ſed interdum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

terdum etiam præteritum tempus demonstrat. Nam cùm dicimus: L. Titius solutus est ab obligatione, & præteritum, & præsens significamus, sicut hoc: L. Titius alligatus est, & idem erit, cùm ita loquimur, Troia capta est: non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur hic sermo, sed ad præteritum.

SVMMARIVM.

1 ἀπλοχρονία in omnibus verborum temporibus ex adiunctis venit intelligenda.

1 VERBVM ERIT. De verbo futuri temporis diximus suprà in l. verbum oportebit. hoc titul. Cæterùm hoc capite Pomponius docet verbum futuri temporis aliquando ad præteritum referri, idem etiam verbum præsentis temporis ad præteritum, idque secundum adiecti sermonis qualitatem & rationem temporis, loci & rei qua de agitur. Si quis enim dicat, Petrus est orans in templo, hoc præsens tempus significat, neque potest aut ad præteritum aut ad futurum protrahi: quoniam solùm quod instat, quódque præsens est demonstratur. At si dixeris, factum est, surreptum est, quanquam verbum sit præsentis temporis, confunditur tamen cùm præterito, & præsens esse desinit. Nam rei iam peractæ qualitatem exprimit: quod præteritum tempus significat. Quandocunque igitur τὰ ἐνεστῶτα per se ponuntur, tempus suum retinent: sic etiam de futuris & præteritis temporibus sentiendum. Quod & Aulus Gellius annotauit libro decimoseptimo, noct. Atticarum capitulo septimo. Iam verò vbi negotij ratio aliud suadet, & mens & consuetudo loquentis aut scribentis consideranda est. Vt si testator dicat, quicquid auri vel argenti in arca mea erit, id pauperibus volo errogari. Hoc quidem accipi debet & intelligi de omni argento auróve quod iamdiu in arca testator habuit habétque tempore testamenti, non de eo quod in posterum, vel eo mortuo habiturus erit. Sic futurum pro præterito & præsenti simul ponitur: vt l. si vxori. §. cùm ita legatum. ff. de auro & argento legato. Sic etiam futurum indefinitè positum, pro præsenti accipitur apud Latinos authores. Idem Aulus Gelius noct. atticarum. libro primo, capitulo septimo, ex Tertio Annali, Q. Quadrigarij. Dum hi (inquit) conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum, id est, esse. Ibi verbum est, indefinitum quod Græci ἀπαρέμφατον vocant. Et apud Prophetam Isayam, capitulo quadragesimoseptimo, descende, & sede in terra virgo Babylonis filia, &c. Id est, sedebis. Quod est citatum à Beato Hieronymo in Epistola ad Eustochium. & in capitulo si Paulus, tricesimasecunda causa quæstione quinta. Quo loco Glossa in verbo sede, notat inde argumentum esse, quòd verbum præsentis temporis ponatur locò futuri: sicut è contrario, futuri loco præsentis: & verbum præsentis temporis pro præterito: vt, ex concupiscentia omnia mala oriuntur, id est, orta sunt, secun-

Præsens pro præterito.

Futurum pro præsenti & præterito.

Præsent pro futuro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dum Glossam in capitulo, nam concupiscentiam. extra de constitut. Vbi Panormitan. idem sentit cum gloss. eodem sensu, pactorum perscriptores & Notarij scribunt in tabulis & syngraphis contractuum emptionis & venditionis, CESSIT, VENDIDIT. Quæ quamuis præteriti sint temporis, tamen ad præsens trasferuntur, id est, vendit & cedit, &c. eo videlicet tempore quo iniri contractus dicitur. Vide latiùs in eam rem Bartholomæũ Cæpol. citantem Bartolum in l. post dotem. versicul. Expeditis lecturis veniamus ad quæstionem, sub. princip. ff. soluto matrimonio, & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verborum obligationibus, & in l. prædia. ff. de acquirenda possession. Quando verò transferantur tempora, videlicet, præsens in præteritum, & futurum in præsens tradit Quintilianus libro nono. *Capit. iij.*

PROCVLVS LIB. V. EPISTOL.

LEX CXXIIII.

HAec verba, Ille aut ille, non solùm disiunctiua, sed etiam subdisiunctiua orationis sunt. Disiunctiuum est, veluti cùm dicimus, aut dies, aut nox est: quorum altero posito, necesse est tolli alterum: item, sublato altero, poni alterum. Ita simili figuratione verbum, Aut, potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiuorum autem genera sunt duo: vnum, cùm ex propositis finibus ita nõ potest vtrunque esse, vt posit neutrum esse. Veluti cùm dicimus, Aut sedet, aut ambulat. Nam vt nemo potest vtrunque simul facere, ita aliquis potest neutrum, veluti is qui accumbit. Alterius generis est, cùm ex propositis finibus ita non potest neutrum esse, vt posit esse vtrunque: veluti cùm dicimus. Omne animal aut facit, aut patitur. Nullum enim animal est quod nec faciat, nec patiatur; at potest simul & pati, & facere.

SVMMARIVM.

1 Ad disiunctionis statum sufficit alteram partem esse veram.
2 Ad copulatiuæ propositionis veritatem vtranque partem oportet esse veram.
3 Disiunctio est quæ deiungit verba, & sensum, aut vno, aut vtroque eorum quæ dicuntur verè aut necessariè concluso.
4 In stipulatione per disiunctionem negatiuam, vtramque partem esse veram oportet, vt effugiatur obligatio; alteram autem tantùm sufficit esse veram, vt concipiatur obligatio.
5 Disiunctio inter æquiualentia verba posita, synonimia est: & expositiuè accipitur.
6 Disiunctio interstita verbis diuersa significantibus, & ipsa verba, & sensum deiungit.
7 Disiunctio inter personarum nomina pro copulatione sumitur: nisi ipsa copulatio eidem orationi simul adiiciatur.

Hæc ver

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

HAEC VERBA. Disiunctiuam rectius & latinius ex Cicerone disiunctionem appellauerimus, vt iam suprà admonuimus. Est autem disiunctio, quam etiam nostri doctores non omnino perperam alternatiuam vocant, quæ inter ambas orationes, eásque diuersas posita, earundem alteram elidit.
1 Vnde satis erit, si ipsius disiunctionis partium altera & vera & legitima sit. l. si quis ita stipulatus fuerit decem aureos. ff. de verborum obligationib. Si quis, inquit Scæuola, ita stipulatus fuerit, decem aureos dabis, si nauis ex Asia venerit, aut consul factus fuerit? Sufficit vnum factum. Et contra dabis si non venerit, & consul factus non est? Sufficit vnum non esse factum, vt l. generaliter. C. de institutionib. & substitutionib. Gloss. in l. si hæredi plures. ff. de conditionib. institut. Aliter
2 autem si copulatiua non disiunctiua intersereretur. Vt si quis ita stipuletur. Centum dare spondes, si nauis ex asia venerit, & consul factus est? Certè non aliâs dabitur quàm si vtrunque factum sit. Sic disiunctio fit ex contrariis. Cicero libro quarto Academi. quæstio. Nam, inquit, si è contrariis disiunctio (contraria autem ea dico, cùm alterum aiat, alterum neget.) si talis disiunctio falsa potest esse, nulla vera est. Vocat autem disiunctionem ex contrariis, propositionem quam vocant de disiuncto extremo: cuius partes sunt termini contradictorij. Aut viuet Hermachus, aut non viuet. Horum duorum necessarium est alterum esse: cùm omne (ait ipse Cicero paulò suprà) quod ita disiunctum sit, quasi, aut etiam, aut non, non modò verum esse, sed etiam necessarium. Quod aduersus Epicuri totam dialecticam contemnentis & irridentis, sententiam disputat. Item hoc exemplum disiunctionis idem Cicero libro quarto rhetorico. ad Herennium profert. Formæ dignitas, aut morbo defloresci, aut vetustate extinguitur. Hîc vnamquanque rem certo verbo concludi videmus. Est enim disiunctio, secundum eundem Ciceronem, cùm eorum de quibus dicimus, aut vtrunque, aut vnumquodque certo concluditur verbo. Idem
3 quoque tractauimus suprà in l. coniunctionem. hoc titulo. In summa, disiunctio est quæ deiungit verba & sensum, vt tradit Bartolus in l. j. ff. de conditionib. & demonstrationib. Aliquando tamen verba deiungit tantùm, sed sensum non deiungit: vt aut domum aut habitationem dabis: verba deiuncta sunt, vt quæ sint diuersa: sed sensus idem nec deiunctus. Sed quæras, si negatiuis verbis sit concepta disiunctio, vt, Siue equum non dederis siue bouem, an sufficiat alteram partem esse veram, vt committatur stipulatio? Anceps sanè atque ambigua est iuris controuersi quæstio. Angelus in dicta l. si quis ita, censet vtranque disiunctionis negatiuæ partem veram esse debere. In contrariam eunt sententiam Alexand. de Imola, & Ioannes de Imola, in capitulo inter cæteras. de rescriptis. Sunt argumenta vtrinque valentia,

Disiunctio ex contrariis quæ.

Disiunctio quid.

Negatiuæ conceptæ disiunctiua.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſed pugnantia. Vldari. Zaſius in dicta l. ſi ita quis. Antinomiam ſcitè 4
ſubtiliterque diſſoluit: videlicet vt aut committatur, aut effugiatur obligatio: ſicque veram eſſe vtriuſque ſententiam. Nam ad veritatem diſiunctionis negatiuæ, neceſſaria eſt vtriuſque partis verificatio, ſi obligationem effugias. Vt, ſi illud aut illud factum non erit: oportet vtrunque factum non eſſe. Iulianus in l. ſi is qui ducenta §. cùm ita ſtipulationem. ff. de rebus dubiis. Etenim quamuis diſiunctio videatur inter diuerſa poſita, poſſunt tamen eſſe ſimul vera. Quia cùm ſignificatio non ex vniuerſo, ſed ex aliquo ſumitur, ſi veri aliquid inſit, efficit totam orationem veram: ſicut è contrario duæ orationes pugnantia continentes, ſimul falſæ ſunt, quando videlicet ex vniuerſo ſumitur ſignificatio. Veluti, Si qui liberorum partim puberes partim impuberes deceſſerint; nam & hoc falſum erit omnes impuberes deceſsiſſe: & illud, omnes puberes deceſsiſſe. Id accidit, quia ſignificatio quæ ſumitur ex vniuerſo, in quo aliquid falſum eſt, totam orationem falſam efficit. Animaduertendum eſt igitur quid ſit de quo quæritur. Nam cùm ita concipio, ſi illud aut illud factum non fuerit, quæri debet, an aliquid factum non ſit. Illius effectus hic eſt, vt neutrum fiat: huius autem eſt, vt vtrunque fiat. Nec in illo prodeſt aliquid non feciſſe, ſi aliquid factum ſit: neque in hoc aliquid feciſſe, ſi aliquid factum non ſit. Si ergo promiſſor vult effugere pœnam, neceſſe erit illi vtrunque præſtare diſiunctionis: ſi in obligationem vult incidere, ſatis erit, ſi altera diſiunctionis pars vera ſit, vt obligatio committatur. Sic pugnantes de hac re ſententias oportet conciliari. Quid ergo ſi 5
poſita diſiunctio fuerit inter verba æquiualentia? Equidem declaratiuè vel expoſitiuè cenſetur poſita. Vt cùm noſtra lege municipali Turonenſium cauetur, cenſum aut vectigal minore temporis ſpatio vſurpari non poſſe quàm triginta annorum: hîc diſiunctio interpretationis loco poſita ſic accipi debet, vt intelligat cenſum idem eſſe quod vectigal, quod à fundo ipſo penſitari debet. Sed quando 9
interſeritur verbis varia ſignificatibus, tunc verba & ſenſum deiungit, vt docuit Bartolus in l. prima. ff. de rebus dubiis. Notat etiam Zaſ. in dicta l. ſi ita quis. Iam quandocunque inter legatarios, aut inter hæredes collocatur, reſolui ſolet in coniunctionem, vt ſi teſtator ſcribat: ille vel ille mihi hæres eſto: vel, illi aut illi do lego, aut dari volo: vel illum aut illum tutorem liberum vel tutorem eſſe volo, vel iubeo. Diſiunctiuam, Aut, pro Et, accipiendam ſcripſit Iuſti- 7.
nianus Ioanni præfecto præto, l. cùm quidam ſic, hoc titulo, de verbor. ſignifi. C. vt ipſa diſiunctio videatur copulatiuo modo prolata eſſe, & magis συνάφεια, vt & primam perſonam inducat & ſecundam non repellat. Quod ſanè verum fatebimur, niſi eidem orationi cõiunctio ac diſiunctio ſimul adijciantur. Tunc enim propriam retinet ſignificationem: vt ſi dicas:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dicas: Petrum & Carolum hæredes esse volo, aut eorum alterum: vel Stichum Sempronio do lõgo, & si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, eundem Stichum Titio do lego, Iulianus.l.si fundum sub conditione.§.j.de legat.j.respondit Sempronium interim totum Stichum habiturum, & si quidem intra annum manumisisset, liberum Stichum effectum: si autem hoc non fecisset, totum ad Titium pertinere: & id non iure accrescendi (ait eo loco Baldus) sed iure decrescendi. Collige igitur, & habeto in summa, disiunctionem non tantùm verba deiungere, sed & etiam sensum: cùm tamen propria sit disiunctionis natura, vt verba deiungat, sensum autem coniungat: quod censuit Accursius in l.ad protegendum.C.de in litem dan.tuto. Sed hoc quidem erit expendendum ex natura verbi seu orationis cui adiecta est disiunctio. Bartol. & Ias. in l. si ita quis stipuletur.ff.de verbo.obliga. Reliqua in hoc responsum, vide apud And. Alciatum. *Notãdum valde.*

IDEM LIB. EPISTOL.

LEX CXXV.

NEpos Proculo suo. ſ. ab eo qui ita dotem tibi promisit, CVM COMMODVM ERIT, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centũ, putásne protinus nuptiis factis, dotẽ peti posse? Quid si ita promisisset, CVM POTERO, doti tibi erunt centum? Quòd si aliquam vim habeat posterior obligatio, possit verbum, quomodo interpretaris, vtrum ære alieno deducto an extante? Proculus putat, Cùm dotem ita quis promisit, CVM POTERO, doti tibi erunt centũ, existimo ad id quod actum est interpretationem redigendam esse. Nam qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex his quæ significantur, sensit. Proprius est tamen, vt eum hoc sensisse existimem, deducto ære alieno potero. Potest & illa accipi significatio, Cùm salua dignitate mea potero. Quæ interpretatio magis accipienda est, si ita promissum est, CVM COMMODVM ERIT, hoc est, cum sine incommodo meo potero.

SVMMARIVM.

1 In promisso sub conditione commodi, ipsum commodum intelligitur subducto ære alieno, & salua dignitate status personæ promittentis.
2 Debere alicui seruitutis habet speciem.
3 Qui deber, non habet.
4 Actus resoluitur in potentiam.
5 Legatum vltra facultates patrimonij non valet.
6 Factum debet sequi potentiam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NEPOS. Pater (inquit Labeo) filiæ nomine cẽtũ doti ita promisit, CVM COMMODISSIMVM ESSET, Atteius scripsit, Seruiũ respondisse, Cùm primùm sine turpitudine & infamia dari posit, deberi. Est hoc quidem accipiendũ, aiunt doctores, subducto ære alieno: neq; ipsum Patrẽ familiâs ante cõueniri posse quàm iã contractum debitum penitus exoluerit: aut sine magno rerũ suarũ incommodo id ipsum præstare posit. Sed quid, salua dignitate, intelligas? Et id, sine incommodo esse, tradidit Alciatus cum Accursio. Vt si militi relinquenda sint arma, & scholasticis libri. Quem ego sensum non improbauerim: verumtamen πρὸς τὴν ἀνωμαλίαν trahendum potius & ad facultatem existimarem: vt intelligamus, SALVA DIGNITATE, id est, cùm sic in facultate ac potestate mea erit positum, vt de familiaris rei dignitate nihil ea propter detrahatur. Si enim dotem promissam qui præstem, res meas tum ad vitæ, tum ad familiæ dignitatem pertinentes distrahi indignè oporteat, iam præter facultatem & vires rei domesticæ ac familiaris, vnde dignitas vitæ haberi solet, ac etiam maximo meo incommodo, id fecero. Item cùm seruitus turpitudo quædam censeatur esse, saltem quæ dignitatem hominis imminuat, esse autem debitorem alicui ob æs alienum contractum, seruitutis speciem habeat, vt sentit Accurs. in l. fideicommissa. §. si rem. in verbo non accipere. de légat. iij. consequens est, vt qui grandis pecuniæ alienæ debitor, dotem promisit, eandem præstare non teneatur, quin prius hoc seruitutis nexu se liberauerit: propterea quòd promissionis interpretatio secundum promissorem est accipienda, vt non videatur præter facultates aliquid promisisse, vnde dignitatis iacturam faceret: sed potius cùm rerum suarum commoditas id ferat: & vbi primum creditorum importunis latratibus seipsum explicauerit: alioqui enim salua dignitate non promittat. Sanè huius rei ea ratio est, quòd nec licitè nec honestè quicquam alteri promittere possumus, nisi subducta demum æris alieni ratione. Nihil enim nostrum vindicare possumus tantisper dum oberati sumus. Siquidẽ quæ bona licet creditoribus nostris iure suo inuadere, nostra censeri non debent. l. subsignatum. §. bona. suprà hoc titu. l. quod euincitur, infr. de regulis iuris. Inde est argumentum, quòd is qui promisit his verbis; CVM POTERO, intelligitur promisisse secundum facultatum suarum rationem: vel quando iure vel honestè potero, id est, salua dignitate mea, & cùm ita commoditas feret, vel cùm commodum erit. cap. facit, vicesima secunda causa, quæstione secunda, cap. sciscitatus. de rescriptis, cap. charitas. de pœnitentia distinctione. ij. Innocen. In cap. ex tenore. & cap. accedens. de concessesione præben. gloss. in d. cap. faciat. verb. quod potest. Ex quibus colligere licet, quòd actus resoluitur in potentiam. Vt si facturum se quicquam receperit aliquis, accipiendum id quidem erit, si honestè, vel iure, vel salua dignitate posit. Et si testator ducenta legauerit, Vlpianus in

L. Aius. §. j. de iure dot.

Dignitate salua quid.

Cum potero qualiter intelligatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

5 nus in l.j.de lega.ij. scripsit non valere legatum vltra vires & facultates patrimonij, ac nisi subducto ære alieno. Præterea, & si quis sic acceperit libertatem: Cùm decem dare poterit, liber esto, Trebatius ait, licet habuerit decem, vel idoneus fuerit ad acquirendum & conseruandum peculium, non tamen aliâs ad libertatem peruenturum, nisi dederit, aut per eum non steterit quominus det. Quæ sententia vera est, ait ipse Vlpia. in l.iij.§.si quis.ff.de statulibe. Quo loco tradit Accursius oportere quòd factum sequatur potentiam. l.si quis crediderit.ff.de pact. in eum itaque sensum hoc responsum Proculi accipietis.

Factum sequitur potentiam.

IDEM LIB. VI.

LEX CXXVI.

SI cùm fundum tibi darem, legem ita dixi: VTI OPTIMVS MAXI. Q. esset, & adieci: ius fundi deterius factum non esse, per dominum id præstabitur, amplius eo præstabitur nihil: etiam si prior pars qua scriptum est, vti optimus maximúsque sit, liberum esse significat: eóque si posterior pars
1 adiecta non esset, liberum præstare deberem: tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præstare debeam, quàm ius fundi per dominum deterius factum non esse.

SVMMARIVM.

1 In stipulando, clausula posterior, & diuersa priori subiuncta, stipulantem à priori recessisse arguit: nec ad eam obligatur.
2 Verba sequentia restringunt præcedentia: item è diuerso.



I CVM FVNDVM. Suprà in l. Qui vti optimæ maximæ. hoc titu. dictum est à nobis, quam vim in contractibus habeant hæc verba, VTI OPT. MAXI. Quare nihil fuerit opus hoc loco eadem repetere. Verumtamen, quis sit huius responsi sensus, non omittam. Vlpianus igitur in responso suprà laudato scribit, eum qui vti optimæ maximæque ædes sunt, tradit non intelligere, vt seruitus illis debeatur: sed seruitute libe-
1 ras tradit. Quod si adiecero hæc verba, videlicet, ius fundi deterius factum non esse, videor ego à priori stipulatione recessisse, propter hanc sequentem clausulam. Itaque fundum illum seruitute liberum iam tibi tradere non tenebor: sed id præstare tantùm, quo ius fundi à me venditi deterius meo facto, meáve culpa factum erit:
2 & nihil eo amplius. Et inde argumentum colligit Accursius verba sequentia restringere præcedentia, vt l.si is qui animo.ff. de acquiren.

Verba sequentia restringere præcedentia.

posses.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

possef.atque etiam è contrario,præcedentia restringere sequentia.Quod & in Commentariis nostris ad consuetud.Turonens.in tit. *Des donations entre roturiers.* articul. vij.attigimus.

CALLISTRA. LIB. IIII. DE COGNITIONIB.

LEX CXXVII.

VEstis appellatione, tam virilis, quàm muliebris, & scenica, etiam si tragœdica aut cytharœdica sit,continetur.

SVMMARIVM.

1 Vestis nomen est generale ad omnis formæ, & vsus,& sexus vtriusque indumenta.
2 Stola vtriusque sexus est vestis,sæpius autem muliebris.
3 Verba secundum materiam subiectam sunt accipienda.
4 Ornamentorum legatorum appellatione,non compræhenduntur vestimenta.

Vestis vnde dicta.

VESTIS. Quod Latini à vestiendo vestem appellãt,hoc ipsum Græci τὴν ἐσθῆτα καὶ ἐσθησιν παρ' ἓξιν τὸ ἱμάτιον, παρὰ τὸ ἕω καὶ τὸ ἐσθίειν, quod induere significat: à verbi futuro ἐσθήσω, γίνεται ἐσθησις. Iam verò vestis appellatio generalis est, & latè patet.Significat enim & virilem, & muliebrem,quam ἱμάτια γυναικεῖα Lysias appellat.Itaque si testator legauerit vestes suas,puto omnis generis vestes,legato contineri:veluti laneas,sericeas,& holosericeas,tam insignes & splendidas quàm promiscuas, pallia ἱμάτια, atque inde omne vestimentum exterius,& amiculum, & stragulum torale,quod Græci ἐπίβλημα dicunt, Budæo teste.Præterea & τὴν ὁδοιπορικὴν seu viatoriam vestem. Continet etiam Stola omnia vestimẽta & quicquid operiri & circumtegere solet, ἐπὶ ἢ στόλλαμαι: tametsi eandem Vlpianus in l.vestis.ff. de auro & argen.lega. inter muliebria vestimenta reponat.Cuius rei authorem locupletissimum Ciceronem, Philipp.ij.videtur habere.Sumpsisti(inquit)virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.Bayfius existimat vestem. & Stolam esse στολίσματα: atque author est Nouius,veteres dixisse stolam quicquid corpus contegeret.Scribit D.Ioannes cap.vij. Apocalypsis,in hæc verba ὅτι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκάς. Hi qui circũtecti sunt stolis albis.Et paulò post. καὶ ἐπλάτυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλούσαν στολὰς αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῷ ἀρνίου. Et dilatauerunt stolas suas,eásq; in sanguine agni dealbarunt.Hîc stola pro operimento tam virili tũm etiã muliebri absolutè accipitur:& ἀδιάφορως. Quid si testator his verbis legauerit,Caiæ vxori meæ stolas do lego?An etiã virilia vestimenta continebuntur?Et rectius est vt nõ contineantur.Coniectandũ est enim eã fuisse testatoris mentem,vt muliebres vestes solũ legare vellet, cùm alioquí præter decorum atque vsum legatarum vestium legasse cẽseretur:non enim mulieri vestimenta virilia conueniunt. Verba autem secundum

Vestimentorũ genera.

Stola quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſecundum ſubiectam materiam ſunt procul dubio accipienda, vt tradit Baldus poſt Bartolum in l.j.C.de nego.geſt.Sed & menti inhærere debemus potius, quàm inani verborum cortici, vt not.Innocen.in cap.petition.extrà,de procura.& nos latius in Aphoriſ.iuriſprud.in verb.ſententia.Apho.ccxxvij.Quid item ſi ornamenta mulieri legata ſint,an veſtem
4 muliebrem compræhendiſſe teſtator videbitur? Et Paulus reſpondit,minimè contineri: nec errorem hæredis ius mutaſſe.l.Ornamentorum.d. titu.de auro & argen.lega.Quę autem ſint mulierum ornamenta,quidq; veſtis appellatione veniat, amplisimè traditum eſt ab Vlpiano in d.l. veſtis: atque idem eruditè à Lazaro Bayfio,in eandem legem.Reliqua in hoc reſponſum vide apud Alciatum,& Bart.Cæpolam:& quæ nos quoq; ſcripſimus ſuprà in l.verbo victus,cum duab.legibus ſeq.

Ornamentorũ appellatio.

VLPIA. AD LEGEM IVL. PAPI.

LEX CXXXIII.

SPadonum generalis appellatio eſt:quo nomine,tam hi qui natura ſpadones ſunt, item Thlibiæ,Thlaſiæque, ſed & ſi quid aliud genus ſpadonum eſt, continetur.

SVMMARIVM.

1 Spadones natura caſtrati, nec mariti eſſe, nec adoptare poſſunt: execti autem vel attriti (quos θλασιας, καὶ θλίβιας dicunt) maximè.

2 Eunuchus nomen eſt generale ad caſtratos, ſpadones, exectos,attritos,& veneris impotentes.

PADONVM. Spadones,ait Budæus,in annota.poſterio. ſunt quibus cremaſteres ſunt euulſi,id eſt nerui quibus colei ſuſpenduntur. Sed eorum quidem vnum aut alterum genus eſt, ἃ μὲν γὰρ τῇ φύσει, ἃ δὲ τῇ θλάσει, ἃ δὲ τῇ ἐκτομῇ. Vnde & Thlaſiæ qui aliâs Thladiæ θλαδίας à nonnullis,vt teſtis eſt Budæus, & Thlibiæ: hoc quidem παρὰ τὸ θλᾶν: illud παρὰ τὸ θλίβειν, quod frangere, vel atterere ſignificat. Spadones autem ἀπὸ τῆς σπάδης, id eſt ab euellendo, non à ſpata cum qua inciduntur teſticuli, vt perperam & Gothicè tradidit interpres noſter Accurſ.& poſt illum Bartho.Cæpola, cum reliquis eiuſdem ſcholæ.Sunt igitur Spadones effecti, vel natura,vt qui frigidi & coëundi impotes naſcantur: & hi caſtrati dicuntur: qui nec matrimonium capeſſere, nec etiam adoptare poſſunt: vt pote quos natura ipſa patres dedi-
1 ,, gnata ſit.Si ſpadoni (inquit Vlpianus.l.ſi ſerua.§.ſpadoni.de iure dot.)
,, nupſerit mulier, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit necne: vt in
,, caſtrato dicas dotem non eſſe: in eo qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos & dotis actio eſt.Et idem in titul.de liber.& poſthu. hæred.inſtitu.l.ſed eſt quæſitum.§.ſpadonem, ſcribit Iulianum proculi opinionem ſequutum, non putare ſpadonem, ſi caſtratus ſit,hæredem poſthumum poſſe inſtituere. Alioqui verò,ſi ei virilia execta ſunt,quoniã nec ætas,

Spadones qui.

Caſtrati qui.

neq; ætas, nec sterilitas ei impedimento sit, ex Labeonis Cassij sententia posse. Quod etiam à Iustiniano traditum est in titu. de adoptio: institu. §. sed & illud. Aliud præterea est spadonum genus, quibus virilia minimè valent: non id naturæ quidem, sed quòd vel his execta vel attrita sint: cuiusmodi sunt, quos Thlasias & Thlibias dicunt. Eorum siquidem nu-
Thlasiæ Thlibiæ. priæ valent: atque adoptare, & hæredem scribere, nequaquam prohibentur: vt patet ex suprà citatis testimoniis authoritate præditis. Spado-
Eunuchi qui & vnde dicti. nes item eunuchi dicuntur, qui custodiendis regum cubilibus apponi solebant. Vnde dicti eunuchi quasi eunerchi, sed per synæresin eunuchi, ἀπὸ τοῦ κοιτὼν ἔχειν ἤτοι ἀπὸ τοῦ κοιτῶν ἔχειν, ἤγουν ἐπιμελεῖσθαι· καὶ φυλάττειν apud Etymologicũ authorem: propterea quòd incumbebat illis omnis cura asseruandorum cubilium magnorum regum, ac etiam diuitum matronarum. Nam κοιτὼν cubile significat, & ἔχω custodio, habeo, asseruo. Qua ego ratione arbitror eunuchos potius dici spadones, idque ab officio, quàm spadones eunuchos esse. Non enim omnes qui vel natura frigidi & euirati sunt, vel exectos seu attritos testiculos habent, eunuchi sunt, id est seruandis castarum matronarum thoris præfecti: sed quòd maxima ex parte solent eiusmodi præfici, eunuchi spadones dicti sunt. Eunuchi igitur tam spadones, quàm Thlasiæ & Thlibiæ haberi solent: & generalius esse verbum existimo: tamen etymo & significatione differre. Propriè nàque spadones,
Bagoi qui. qui à Persis vocantur Bagoï sunt, vt testis est Plinius libro decimo tertio natur. histo. cap. quarto, quibus vinculo quodã strictiore ὑφάδεσι seu meatus penis ita contortus conuellitur, vt semen extra ferri nequeat: vnde
Cap. ij. κηνὸ ἢ κατάειν, hoc est à conuellendo, spado dictus: à Græcis θλιβίας παρὰ τὸ θλίβειν. Dicuntur etiam à Græcis spadones ἐκτετραυλισμένοι vt meminit Galen. libr. xv. de vsu part. Quo loco tradit eos generationi impares prorsus esse, vt quia fœcundum semen non habeant, sed in virgæ flexibus hærens, effoui nequaquam possit. Quare frequenter erecta sunt mentula: sed tamen spermatis nihil emittunt. Vnde fit vt reginis aliisque matronis quæ sine conceptu coiri ardebant, spadones hi fuerint multum in delitiis
Spadones reges fuisse. maximè verò Orientis populis non in delitiis fuere solùm sed & δεσπότεια ac fide digni habiti sunt: atque in Perside aliquando eos regnasse, tradit
Cap. iiij. Plinius eodem libro xiij. natur. historiæ. Quinetiam Cyrum spadones σωμαλοφυλάκας custodésque sui corporis habuisse testatur Xenophon lib. vij. pædiæ Cyri: vbi multa preclara de spadonum fidelitate & vtilitate scribit, sub finem libri. Vtinam natura spadones essent, nostræ tempestatis sacerdotes, qui rebus sacris, quarum se ministros profitentur, posthabitis ac penitus spretis, aut adulteriis aut stuprandis virginibus obnixè dãt operam: atque in eam rem, indignum facinus, bona pauperum prorsus impendunt. Sed nostrum non est illhæc arguere & criminari. Redeamus eò vnde egressi sumus. Spadones itaque sunt quibus vel execti vel attriti & conuulsi sunt κεκματῶτες, παρὰ τὸ κατάειν, vt suprà diximus, vel à quodam vico Persico nomine κατάα, quo loco primùm virilia nonnullis adempta fuere, vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

2 fuere, vt author est Stephanus de Vrbibus. Hi autē εὐνοῦχοι, & quibus tam necessaria pars corporis penitus abest, ait Paulus. l. sinautem. ff. de ædil. edict. eunuchi appellatione comprehenduntur: & eum Theophilo nomen generis esse eunuchum proculdubio sentio. Is enim ita scribit in tit. de adoptionib. § sed & illud. institu. ἐνοῦχος νοεῖται γενικῶς. τριῶν δὲ ὄντων τῶν γὰρ εὐνοῦχοι οἱ μὲν ἐστι κατὰ φύσιν, οἱ δὲ καστρᾶτοι, οἱ δὲ θλιβίαι. καὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν οἱ τοῖς ἀιδοῖοις ἐστὶ τι πάθος ἢ φύσει ἀποκλείσαντες τοῦ γονίμου μορίου παιδοποιεῖν. καὶ τοῦτον δὲ οἱ καθολικῶς παιδοποιεῖν διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ τροφοῦν τὸ σπερμα τῆς ἐκβολῆς. θλίβειν δὲ ὑπεξαιροῦν καστρᾶται δὲ ἀπὸ ἡφαίστου γίνεται ἐκτομὴ τῶν γονίμων μορίων. Eunuchus nomen generale est. Diuiditur autem in tres species: Eunuchorum enim alij sunt spadones, alij castrati, alij thlibiæ. Et quidem spadones sunt, qui ob affectum quendam seu vitium, vel genitalium partium frigiditatem filios facere & generare nequeunt: eo autem vitio sublato, prosunt. At verò thlibiæ sunt quibus à nutricibus, vel forsan ab ipsa matre attriti sunt gemini testiculi: Castrati quidem sunt quibus genitalia membra excissa sunt: qui à Græcis ἐκτομίαι. Quemadmodum in brutis animātibus, ex tauro fit bos, excisis aut attritis testiculis: ex hirco, caper: ex suibus verres castratus, maialis dicitur: ex oue, aries, veruex: ex gallo, capus: ex equo, canterius, quasi carenterius, quòd semine careat, vt Varro libro secundo rei rusticæ tradit. At duplicem eunuchos faciendi rationem tradit Paulus Aegineta libro vij. cap. 68. docétque idipsum partim collisione, partim exectione fieri. Vnde apparet, eunuchi verbum & ad spadones, & ad thlibias protendi. Nam & Galenus in Aphoris. xxviij. sexti libri Aphorismorum Hippocra. scribit eunuchos exectis testiculis similes fœminis effici. Et Aristotel. libro secundo de generatione, vbi de spadonibus & eunuchis tractat, ἡ γὰρ, inquit, οἱ γενῶνται ὅταν παρεθῶσι τοὺς τόπους τοὺς περὶ τὴν μήτραν χρησίμους, ἄγονοι γίνονται καὶ γυναικώδεις, καὶ οὐ φύεται τῶν μὲν ἀφῶν, τῶν δὲ μὴ γενειῶν, ἀλλὰ λειοχροῖ διατελοῦσι ὄντες. Quibus verbis intelligit, viros & fœminas aliquando statim ex ipso satu ac generatione sterriles esse: idque accidere corruptis his locis & partibus quæ ad viri & fœminæ commistionem, vtilitatem habent. Tum enim mulieres non pubescere: viris barbam non enasci, & eunuchos esse: hoc tamen loco Gaza spandones vertit, ἀγενείους διατελοῦντας. Iuuenalis Satyra sexta.

Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectant, & desperatio barbæ,
Et quod aborciuo non est opus.

Commemorat Plin. libro xix. cap. viij. ἀνόχυρον herbam quandam ex genere lactucarum, quæ maximè Veneri aduersa sit. Cur autem eunuchi sint ἄτριχες, id est glabri & pilis carentes, perinde ac mulieres, eleganter tradit Cælius libro xix. lectionum antiq. cap. xij. Quorum quidem eunuchorum nuda barbitio facies, effœminatæ ac degenerantis à viro naturæ argumentum est. Patet igitur ex his quæ de eunuchis & spadonibus supra diximus, iurisconsulti nostri falsam esse sententiam scribentis,

Castratorū animalium nomina.
Maiales.
Clanterij.
Cap. iiij. & vij.
Eunuchus.
Eunuchi cur imberbes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſpadonum generale nomen eſſe. Cæterùm vide quæ in hanc rem eleganter ſcripſit Franciſ. Connannus libro ſecundo Commentario iur. ciuilis titu. de adoptio. Cap. xv.

PAVLVS LIB. II. AD LEGEM IVLIAM ET PAPIAM.

LEX CXXIX.

QVi mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

SVMMARIVM.

1 Nullum corpus, ſine ſpiritu animal dici poteſt.
2 Naſcuntur quæ ſenſum & motum habent.
3 Præteritio poſthumi, qui ſine vita editus eſt, non facit irritum teſtamentum.
4 Sine vita editus, aut abortiuus non impedit legatum matri ſub conditione partus, nec hæredes ſcriptos, quo minus hæreditatem adeant.
5 Iuriſconſultum oportere eſſe, & medicum, & omniſcium.
6 Abortus præteritio in teſtamento idipſum non rumpit.
7 Abortus eſt qui viuus editus non eſt.
8 Inſitmi partus ſed aliquantiſper viui preteritio ruptum teſtamentum non reſtituit.
9 Mulier moriens quæ exciſſo vtero viuum fœtum parere potuit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.
10 Grauidam mortuam non niſi exciſſo vtero humari iubet lex regia.
11 Imperfectus partus modo viuus, pro nato habetur & teſtamentum rumpit.
12 Monſtroſus, prodigioſuve partus, nec natus, nec filius eſt reputandus.
13 Fœtus membris pluribus quàm fert natura, inter filios connumeratur.
14 Cæſo matris vtero viuus natus, matri in bonis ſuccedit.

QVI MORTVI. Cùm potiſsima pars animalis cuiuſlibet naſcentis, maximè verò ratione præditi, animus cenſeatur eſſe, ac natos procreatóſque dicamus eos quos mater mouentes vagientéſque extulit ac edidit, ob idque liberos & natos poſsit appellare, ſit ſanè vt quos exangues καὶ ἀκινήτους egeſsit mater, neq; nati, neq; procreati videantur. Quodcunque enim animalis corpus ſpiritu vitæ caret, animal dicendum non eſt, ſed putre cadauer, quòd à Græcis τὸ σῶμα veluti ſepulchrum τοῦτο τὸ σῆμα, vt ſcribit Plato in Gorgia: quòd in eo tanquam in ſepulchro circumtecta ſit & ſepulta anima. Sed ſemper ferè de corpore mortuo τὸ σῶμα dicitur: de viuente τὸ δίμετ: quaſi vinculum, quo irretitus animus, in vaſe terreo, veluti præſidio quodam retinetur, vt idem ipſe Plato in Axiocho. ἡμᾶς μὲν γὰρ ἐοικέναι ψυχῇ ζῶσι βεβαίᾳ ἐν θνητῷ καθειρκμένῃ φρουρίῳ. Diuiſerunt itaque naturam hominis in animum & corpus: quæ ſi permiſtis tribus facultatibus naturalibus, veluti ſymmetria quadam, coniuncta non ſunt, hominem certè dicere nequeas. Huius autem virtutis triplex genus Medici tradunt: videlicet vitalis, animalis, & naturalis: atq; in his tota quidem corporis œconomia

Corpus σῶμα quid.

Virtus naturalis triplex.

videtur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

videtur consistere. Vitalis quippe spiritus secundum cor & arterias generatur, generationis quidem materiam ex inspiratione habens, & humorum vapore sursum attollente: cuius facultas ἡ δύναμις est laxare, ac comprimere cor & arterias: vniversóque corpori ministrare vitam & spiritum vitæ capacem cum sanguine arteriali: quod etiam Auicennæ scriptum est. Animalis siquidem generatur ex vitali elaborato in plexu retiformi; à quo tum interior tum exterior sensus, motus quoq; voluntarius producitur. Tandẽ vniversæ corporis particulæ per septem neruorum συζυγίας sensum simul & motum accipiunt. Sed animi τὸ ἡγεμονικὸν DEVS in capite; tanquam in arce posuit, vt inquit post Platonem Cicero in Tusculanis quæst. Et tradit Ammonius quinque Cognitionum opifices, τὴν, διάνοιαν, δόξαν, φαντασίαν, καὶ ἔλεγχον, mentem, intelligentiam seu ingenium, opinionem, imaginationem, & sensum. Digressi sanè sumus in latissimum campum, qui de ratione humanæ fabricæ totus est: de qua latius vt dicam, instituti operis propositum minimè suadet: sed hoc ipsum ea tantùm de causa præfati videmur, quo facilius doceremus, quid causæ sit cur qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati censeantur. Nam cùm hominem dicere haud liceat eum qui & animo, & naturalibus facultatibus, sensu item atque motu prorsus caret, &
2 spiritus sit expers, fit sanè, vt qui eiusmodi egeritur à pariente (quoniam, nasci, proprium est eorum quæ & motum simul etiam sensum habent) natus non censeatur. Non enim est animal, sed moles quædam carnea, & pondus terræ iners, ac veluti truncus. Qua ratione si mulier abortum egesserit, neque generasse, neque peperisse censebitur. Nam cùm ita naturæ vis ferat, vt nihil omnino nisi nostri simile, nostríque generis procreare & generare velimus, nec etiam rectè possimus, si mortuum mulier egesserit, id est animi, motus, sensúsque expers, sui simile, id est viuens, atque animo, sensu, motúque præditum & animal rationale absolutum, procreasse dici nequaquam debet. Nostros itaque filios ac liberos appellare nec possumus nec debemus, nisi quos nobis similes, nostríque generis procreauimus. Accessit (inquit Cicero libro primo de natura deorum) etiam ista opinio fortasse quòd homini homine nihil pulchrius videatur. Sed & tu hæc physice non vides quàm blanda conciliatrix, & quàm sui sit læna natura. An putas vllam esse terra maríque belluam quæ non sui generis bellua maximè delectetur? Est enim vis tanta naturæ vt homo nemo velit nisi hominis similis esse, & quidem formica formicæ. Hæc ille. Quamobrem quæ contra naturam mulier partum edidit, cuiusmodi suprà tradidimus in l. ostentum, filium peperisse non dicetur: sui
3 nanque similem minimè peperit. Eo igitur præterito, testamentum rum-
4 pi non oportet. Nihil tamen matri obstabit, si quid illi ea conditione, SI PARIAT, legatum sit, sicut Vlpiano visum est in l. quæret aliquis,

Vitalis facultatis operatio.

Animalis virtus.

Cognitionis opificesquinque.

Nasci qualiter.

Naturævis in generatione.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

infrà, hoc titul. Idem & si abortiuum eiecerit, dicendum quoque existimo. Sed & nihil impedimento erit scriptis heredibus ad hæreditatem adeundam. instit. de exhereda. liber. §. posthumi quoq;. & l. j. C. de posthumis hæredibus. Quid si execto matris ventre natus infans sine voce fuerit, pulsus tamen & motus non omnino expers, an censeatur natus, vt matri posthumus dicatur, & pater filium appellare potuerit, & filij nomen rectè sit sortitus? Discutienda sanè est hæc quæstio ex Medicorum placitis potius quàm iureconsultorum præsumptis suspitionibus. Ex quo videre est absolutum non esse iureconsultum, eum qui medicinæ sit imperitus, atque etiam aliarum disciplinarum. Primùm quidem, vt suprà diximus, antequam eum simul atque ab vxore mea editus est, filium meum posim rectè appellare, oportet viuentem natum fuisse. Viuentem autem intelligere debemus, qui & motus, & pulsus, & vitæ capacis spiritus est compos, atque etiam sensus: quæ quidem à tribus principiis manant. A corde videlicet, pulsus per arterias. Ab hepate, sanguis per venas in vniuersas corporis particulas diffluens, & inde nutritio animalis. A cerebro, motus & sensus principium per neruos. Hæc cùm in animali functiones suas obeunt, censetur idipsum animal viuere. Idcirco qui ex vtero prodiit horum omnium exsors, vita carere eum haud dubiè dicemus. Quid si aliqua tantùm corporis particula palpitare visa sit, reliquo planè emortuo, & sine motu sensuque, dum excisso vtero extrahitur infans, an post mortem matris superuixisse censendus sit, & natum posit eum superstes pater rectè appellare? Et sanè verior est sententia vt non possit. Cùm enim non sit hæc palpitatio à naturali motu ducta vi caloris vitalis aut spiritus ex fonte cordis scaturientis per aortam in singulas corporis particulas, viuentis animalis argumentum esse non potest: sed flatus quidam, qui ex motu naturali & ἐντελέχειαι dissipata reliqui sunt in musculis, & quasi conclusi, necdum etiam exhalati: animam autem ipsum infantem iam efflasse par est. Quod si perspicere exactiore cura volueris, tentabis ex puncto leuiter neruo, num commoueatur infans. Tunc enim si omnino dissipata non sit ipsa ἐντελέχεια & vis seu δύναμις actiones ciens, incipiet mouere sese infans dum dolorem affecti nerui confestim persentiet. Alioqui, nullus erit neque sensus, neque motus: nulla item ἐντελέχεια. Organon enim & sensus & motus est neruus à cerebri ventriculis (vt iam diximus) ortum accipiens. At vitalis spiritus, est veluti flammula quædam ex sanguine enata, calorem vitalem reliquis membris ministrans: cuius vehiculum sunt Arteriæ. Est nanque ex Etymologia Græci sermonis à seruando aëre, seu spiritu dicta arteria ἀρτηρία παρὰ τὸ ἀέρα, τουτέστι πνεῦμα, τηρεῖν. Admonenda quoque erit manus ori: ex quo si nullus spiritus aut calidus vapor educatur, indicium erit mortui infantis, vt qui vitæ spiraculo prorsus careat

Infans natus execto ventre an natus dicatur.

Quæstio pulchra.

Vita animalis quibus cõsistit.

Quæstio alia.

Entelechia quid.

Spiritus vitalis quis & vnde.

Arteria quid, et vnde dicta.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

careat. Is autem spiritus, qui ψυχικὸς est, sensuum actiones ciet, neruósque impellit motu perpetuo &, ἐνθουσιάζει quadam. Quæ cùm deficit, animi à corpore discessum dicimus τὴν τῶν ψυχῶν ἀπαλλαγήν, vt ait Aristoteles, in libro περὶ ψυχῆς .β. Et alio loco φθορὰν τοῦ θερμοῦ φυσικοῦ, interitum caloris naturalis. Alij vero dissipatam ac dissolutam τὴν ἀμφίαν. Sed de his non est hic locus. His autem signis & argumentis facilimum erit cognitu num mulier abortum fecerit, partúmque eiecerit mortuum: aut excepto matris vtero extractus infans, ipsi sit matri superstes natus. Permultis siquidem ex causis abortus esse solent. Primùm enim id fit, cùm interius os matricis ita vastum est ac spatiosum & laxum, vt comprimi non possit, ob idque occludi aptè nequeat, nec idcirco partum retinere: aut cùm mulier febre vehemente laborat, vel alui fluxu immodico, vel profluuio sanguinis, vel erysipelate in ipso vtero grassante, vel vehementiore grauidæ mulieris saltu, vel clamore, vel mœrore, vel ira, vel timore perterrita, vel victu parciore, seu aliqua alia id genus affectione, vt testis est Galenus in libro quinto Aphorismorum Hippocratis. Sic etiã fit abortus, cum acetabula, ex quibus secundæ pendẽt, quę Græci κοτυλήδονες, τουτ' ἔστι τέμαχα τῶν ἀπὸ τῶν μηρῶν καθικόντων ἀγγείων, seu nerui quibus in vtero partus alligatur, & per quos alimentum partus accipit, sic mucore & pituita redundant, vt præ ponderis grauitate fœtum diutius continere nequeant. Menstrua enim ob copiosam pituitam & lentum humorem pauciora efficiuntur, & imminuitur alimentum fœtus. In eam sanè sententiam scribit Hippocrates eodem libro quinto Aphorismorum διόζω δὲ μᾶλλον τὸ σῶμα ἰσχνὸν, ἀπεκβέποντι δίαιτα ἢ τρίμηνα ἄτερ φορέσεως φαυλότερα, νάστερον δὲ κοτυλήδονες μόνον μετὰ δόλου, καὶ ἐν διώκεται κρεσσῶν ὑπὸ τοῦ βάρους τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀποφέρεται. Fit autem abortus non secundo aut tertio mense tantùm, vt hic tradit ipse Hippocrates, sed etiam quarto à conceptione. Quod etiam testatur Galenus libro sexto, de locis affectis capite quinto, & de vteri sectione, sub finem librì. Sed & fit abortus his potissimum mensibus qui partui apti non sunt: quos enumerat ipse Hippocrates libro sexto, Epidem. Aphorismorum vecesimoseptimo. Scriptum quoq; reliquit ipse Hippocrates, pregnantes quæ Tenasmo afficiantur, magna ex parte abortire. Item si ante quartum aut septimum mensem medicamento vehementius purgante vsa sit grauida. Si vehementiore frigore sit correpta: maximè tempore veris sicci & aquilonij: tum cùm frigus facilè penetrans corpus molle, rarum & laxum, calorem natiuum extinguit nati tunc infantuli imbecillis, vel etiam in vtero gracilium, ἀν δὲ νότῳ ἐχκαίῃ ἢ ἐνοιμβρῷ, ἡγίσηται. Τὸ δὲ ἦαρ ἀπόχαιρῃ καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ἔφερ ἐν τῷ ἐν τῷ ἔρ, ἐν τάκτῳ τρεφόμενῳ ἐπιτρέπουσιν, αἱ δ' ἂν τίκωσιν, ἀκρατέα, καὶ νοσέοντα τὰ παιδία τίθεσιν, ὅτι τε ἢ παραστάσι ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ ἢ νοσέοντα ζῶν ἔστα. Hæc Hippocrates libro tertio Aphorismorum. Multæ quidem aliæ sunt causæ infantuli in vtero mortui, vel abortus futuri. Id verò dignoscas, si nullus iam

Mors quid.

Abortus causæ & signa.

Apho. 45.

Cotyledones acetabula.

Aphor. 45.

Aphor. xij. Partus in vtero mortui signa.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sit omnino infantis in vtero motus. Si ventris est frigiditas, & ad vmbilicum dolor. Tum etiam exhalatur spiritus fœtidus, & parientis color prauus sit. Reliqua ab ipsis medicorum purissimis fontibus petes. Hæc autem satis erunt ad responsi huius seu capitis Pauli interpretationem: videlicet, qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur, id est, perinde ac si nunquam nati essent: quoniam eos nunquam natos nec liberos possumus appellare, qui nunquam in rerum natura nec in humanis extiterunt. Quare si mulier abortum eiecerit, eius testamentum præteritione eiecti abortus minimè rumpitur. Abortus enim dicendus est is qui viuus editus non est. Nam qui 7
infirmus partus editur, tametsi statim moriatur, natus posthumus censebitur: quo præterito, non restitui testamentum, euidentissimi iuris esse, Imperatores Diocletianus, & Maximianus rescripserunt.

Abortus quis.

C. de posthumis hæredibus instituendis. l. vxoris abortu. Idem quoque 8
dicendum erit, etsi execto ventre matris editus sit, & viuus aliquatenus extractus, quamuis illico decesserit: filius enim appellari potuit.
Etiam (inquit Vlpianus) ea mulier cùm moreretur, creditur filium 9
habere, quæ excisso vtero edere posit. Etiam mulier, infrà, hoc titu. 10
Propterea vetat lex regia, mulierem, si prægnans sit mortua, humari ante quàm partus ei excidatur. Qui contrà fecerit, spem animantis cum grauida peremisse videtur. Marcellus in lege, verat lex. ff. de mortuo inferendo & sepulchro ædificando. Sed & si non integrum animal 11
editum sit, quod nihilominus spiritum ducat quantumlibet exiguum, natum tamen censebitur, rumpéque testamentum. Vlpianus in lege, Quod dicitur. ff. de liberis, & posthumis hæredibus instituendis. Imperfectum autem voco, quod vel membri parte aliqua, vel etiam voce vagitúque careat: non quod in monstrum aut prodigium aliquod desinat. Eiusmodi nanque partus, neque natus neque filius ap- 12
pellandus erit: nec ideo rumpet testamentum: lege, Quod certatum, dicto titulo, C. de posthumis hæredibus instituēdis. Non sunt liberi (inquit) Paulus. ff. de statu hominū, qui contra formam humani generis conuerso more procreātur: veluti, si mulier monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit. Partus autem qui humanorum membrorum officia am- 13
pliauit, aliquatenus videtur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur. Quare conditio deficiet, & poterit quæri, etiam si. execto vtero sit natus. l. posthumus. ad principū, de inofficios. testamen. ff. Et. Vlpia. in l. prima. §. si qua prægnans. ff. vnde cogni. 14
Si qua prægnans (inquit decesserit, & vtero execto partus sit editus, in ea conditione, est partus iste, vt matris suæ accipere bonorum possessionem possit, *Vnde proximi cognati.* Sed post Senatusconsultum Orfiianum, & *Vnde legitimi* petere poterit: quia tempore mortis in vtero fuit. Plures autem sic natos, execto videlicet matris vtero, traditū est scriptis monimentis. Nam & Cæsarem

Posthumus quis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sarem primum à cæso matris vtero, ideo dictum volunt. Et nos ita natos quosdam aliquando vidimus longam ætatem vixisse. Hos verò sic natos Apollini quondam sacratos commemorat Seruius in libro decimo Aeneidos, ea ratione quòd ipse Apollo Deus esset medicinæ per quam lucem sortiuntur. Vnde & Aesculapius filius eius fingitur, quia sic procreatus sit. Virgilius hoc ipsum testatur eodem libro decimo, his verbis.

Nati excisa ventre cur Apollini sacri.

Inde Lycam ferit exectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum, &c.

Quo loco idem Seruius tradit Cæsarum familiam ideò sacra Apollinis retinuisse, quia qui primus de eorum familia fuit, execto matris ventre natus est. Vnde etiam Cæsar dictus. Cuius quoque rei. Dominus Andræas Tiraquellus in Tractatu, de iure primigeniorum meminit. Cæterum video in hoc responsum, Francisc. Connann. libro decimo Commentar. iuris ciuilis, qui dicantur posthumi, & qui sui, qui alieni.

Cæsar quare sic dictus.

Capit. iij.

VLPIANVS LIB. II. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CXXX.

LEge obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit, etiam quæ ex testamento defertur. Quia lege duodecim Tabularum testamentariæ hæreditates confirmantur.

SVMMARIVM.

1 Hæreditas mortui intestati, lege duodecim tabularum, legitimè ad proximos hæredes deferetur.
2 Legitima & iusta hæreditas propriè est quæ ab intestato obuenire solet, in quæstione iuris ambigui, aliàs etiam quæ ex testamento.
3 Λήξεσθαι. est ius legitimæ successionis.

LEGE OBVENIRE. Quandocunque intestatus quis decessit, eius hæreditas, lege duodecim Tabularum ad suos hæredes primum deferebatur: Tum propriè, lege obuenisse hæreditatem, dicebant. Quam tamen ex testamento substitutus accipiebat. Vlpiano hoc loci visum est eam quoque non impropriè dici, lege obuenisse: quoniam lege duodecim Tabularum confirmaretur. Hinc legitimam hæreditatem dicimus, atque etiam iustam. Sed cùm iuris ambigui est quæstio, legitima seu iusta hæreditas propriè intelligitur quæ ab intestato obuenire solet. Paulus in l. tertia §. de illo. ff. pro socio. De illo (inquit) quæ-

Legitima hæreditas quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Iusta hæreditas quid. ritur, si ita societas coita sit, vt si qua iusta hæreditas alterutri obuenerit, communis sit: quæ sit iusta hæreditas, vtrum quæ iure legitimo obuenit, an etiam ea quæ ex testamento? Et probabilius est ad legitimam hæreditatem tantùm hoc pertinere. Iusta hæreditas (ait Budæus in annotationibus,) id est, verè & planè hæreditas, quæ iure legitimo obuenit, id est, cognationis nomine ἀ κατ' ἀγχιστείαν κληρονομία. Græci enim, ius legitimæ successionis ἀγχιστεῖα vocant: quod significat etiam ius proximè ad aliquem accedendi, vt ex Plutarcho docet ipse Budæus in commentariis linguæ Græcæ. Et ἀγχιστεῖα iure propinquitatis hæreditatem cernere peteréque. Sic igitur iusta hæreditas & legitima idem sunt τοῦτ' ἐστὶ κατ' ἀγχιστείαν κληρονομία. Quid autem & quotupliciter significet hæc dictio, Iustus, amplissimè tradit noster Budæus in dicto §. de illo. Et Alciatus in hunc locum ex ipso Budæo: quod tamen prudens subticuit, vt pleraque alia.

ἀγχιστεῖα quid.

ἀγχιστεῖα.

IDEM LIB. III. AD LEGEM PAP.

LEX CXXXI.

ALiud est fraus, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest: pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.

Inter mulctam autem, & pœnam multùm interest: cùm pœna generale nomen sit, & omnium delictorum coerctio: mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. Pœna autem, non tantùm pecuniaria, verùm, & capitis, & existimationis irrogari solet: & mulcta quidem ex arbitrio eius venit qui mulctam dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ quacunque lege vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. Quinimò mulcta ibi dicitur vbi specialis pœna non est imposita. Item mulctam is dicere potest cui adiudicatio data est. Magistratus enim solos & præsides prouinciarum posse mulctam dicere, mandatis permissum est. Pœnam autem vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit.

SVMMARIVM.

1 Dictio fraus, multas habet significationes.
2 Fraus non ex euentu sed ex consilio consideratur.

Aliud

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

2 Aliud est tacere, aliud celare.
Erranti viam non monstrare, Athenis publicis execrationibus sancitum est.
3 Celare emptori quod venditorem scire oportuit, fraus & dolus est.
4 Fraus pro damno ex propria significatione sæpe accipitur.
5 Dolus is tantùm vindicatur, qui fraudi, hoc est, damno coniunctus est.
6 Fraus rei, magis quàm personæ accipitur.
7 Fraus pro crimine & pœna accipitur.
8 Fraus omnis, damnosa quidem est, non pœnalis, At omnis pœna fraudi est coniuncta.



LIVD. Fraudis nomen multa significat. Est enim aliquando fraus, deceptio, cùm quis videlicet persuasione falsa in errorem adducitur, à recta veluti via deductus κατ' ἐξ' ἐπάτη, ὥσπερ τὸ ἀπαλάτο ἀπαλῶν ἀπάτη, ἢ ἀάτη, ἀλλὰ πλεονασμῶ τοῦ, π, ἐπάτη. Inde dictus ab ipsis Græcis ἀπαλὸς deceptor, blandus, pellax ἐπαγωγός, πιθανός, δολερός, qui multum ad persuadendum est potens. 1 Fraus enim non ex euentu, at ex consilio consideratur. l. fraudis. ff de reg. iuris. Quare, non in persuadendo tantùm versatur fraus, sed & etiam 2 si quisquam rei à se venditæ vitium proposito animi consilio obticuerit, ac celauerit (est autem secundũ Cicer. aliud tacere, aliud celare.) Vt si ædes vendat aliquis propter quædam vitia quæ ipse norit, cæteri ignorent: pestilentes sint, & habeantur salubres: ignoretur ab omnibus cubiculis apparere serpentes: malè materiatæ, ruinosæ: sed præter venditorem hæc nemo sciat, quid hoc ipsum quidem est, nisi emptorem in errorem addicere, ac tum demum decipere & in fraudem impellere? Quæro (inquit Cicero libro tertio Officior.) si hoc emptoribus venditor non dixerit, ædésque vendiderit pluris multò quàm se venditurũ putarit, num id iniustè aut improbè fecerit? Ille verò (inquit Antipater) improbè facit. Quid enim est aliud erranti viam non monstrare, quod Athenis execrationibus publicis sancitum, si non hoc est emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere? Plus 3 etiam est quàm viam non monstrare: nam est scientem in errorem alterum inducere. Quid si venditor hortatus non est, nec persuasit, nec etiam dissimulauit, sed tantùm ædes proscripsit, aut easdem bonas benéque ædificatas proscripsit, cùm tamen nec bonæ, nec ratione ædificatæ essent, sed ita visum fuit emptori emere, an censebitur venditor fefellisse? Diogenes putat nullam venditoris fraudem fuisse. Vbi enim iudicium emptoris (ait Cicero eodem libro) ibi venditoris fraus quæ potest esse? His, lector, exemplis vides quòd fraus significat deceptionem, commentum, actum commentitium falsum & subdolum τὸ κατασκεύασμα καὶ σόφισμα: vt cùm aliud agimus, aliud simulamus & comminiscimur: quod etiam dolum appellant: vt apud ipsum Ciceronem de Pythio, qui cum hortos suos Caio Cannio equiti Romano vellet vendere atque eundem Cannium emendi cupiditate magis incenderet, piscatores ad se conuocauit, & ab his petiuit vt ante suos hor

Cicero libr. iij. Officio.

Dolus quid

Lib. iij. Officio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

hortulos postera die piscarentur, vnde hortos ipsos longè pluris faceret: cùm tamen nulla his piscatio, nulla aquatio esset. Nonne fuit hoc ipsum dolo Caninium petere & in fraudem incurrere? Ecquid aliud est quàm plagas bestiæ tendere, etiam si excitaturus non sis bestiam nec agitaturus? Ipsæ feræ nullo insequente sæpe incidunt. Sic tum cùm ædes proscribas, tabulam tanquam plagas ponas, domum propter vitia vendas, in eam vt aliquis incurrat imprudens; quid aliud est quàm insidiosè, simulatè & fallaciter agere? quod sanè doli fraudisque est proprium. Celare itaque emptori quod venditorem scire oportuit fraus & dolus est, & contra bonam fidem vt traditum est ab Vlpiano l. prima §. venditor. ff. de actionibus empti. Neque verò hac in re multùm dolus à fraude distat. Quare rectè mihi videntur Grammatici fraudem sicut furtum ἀπὸ τοῦ φέρειν dixisse: quòd qui dolo fraudéque agunt, alienum auferunt. Detrahunt enim ius alteri, & suum commodum alterius augent incommodo & damno. Vt de nostri iureconsulti fraudem pro damno sæpe ex propria significatione accipiunt. Sic pacta fraudulenta dicunt quæ damnum adferunt. Et Vlpianus in l. prima §. sed si rem. ff. si quid in fraudem patronatus. scripsit fraudem in damno pecuniario accipi. Hinc rectè & latinè solemus dicere, Ne ea res mihi fraudi sit, & vt sine fraude mea & aliorum id fiat, quod vulgò nostri pragmatici, sine meo præiudicio & alterius, id est, absque meo damno. Falsus est itaque hoc loco Alciatus, & plerique alij, qui fraudem pro periculo accipi contendunt, vt apud Virgilium.

Fraus ad auferendo.

Fraus pro damno.

Alciatus prehensus.

Iam nosces ventosa ferat cui gloria fraudem.

Quo loco perperam interpretatus est Seruius fraudem pro periculo: nisi periculum forsan pro damno etiam accipias: quòd periculum sine damno esse non possit. Qua ratione cùm Prætor ait se non seruaturum ea pacta quæ dolo inita sunt, intelligit de eo dolo cui fraus inest. Non enim vindicatur legibus quicunque dolus admittitur, sed qui damnum detrimentúmque adfert alicui: id est, ait Franciscus Connannus libro quinto commentar. iuris ciuilis, qui fraudi coniunctus est. Nam si dolus alterius mihi damnum nullum attulit, quid tum mihi opus erit legis auxilio? Quapropter nisi dolo aduersarij in fraudem, contrahendo incurrerim, & ex ipso contractu & pacto damnum videar accipere, non rescindetur contractus: oportet enim cum dolo fraudem, id est, damnum, esse maximè coniunctam. Magis enim fraudem rei non personæ accipimus, ait Vlpianus in dicta l. prima. Si quid in fraudem patron. sub fin. Nusquam igitur in iure fraudem pro periculo inuenias: sed pro damno frequenter. Præterea fraus aliquando pro crimine, & pro criminis ipsius pœna ponitur.

Cap. v.

Vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Vnde capitalem fraudem admittere dicimus, id est, crimen capitale.
,, Cicero libro secundo, de oratore ad Q. Fratrem. Ac si illæ seditiones
,, saluti huic ciuitati fuissent, nón continuo si quis motus populi factus esset,
,, id C. Norbano in nephario crimine atque in fraude capitali esse ponen-
,, dum. Et suprà libro primo. Erat enim, inquit, Athenis reo damnato, si
fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio & sententia: cùm iudicibus daretur, interrogabatur reus quam quasi æstimationem commeruisse se maximè confiteretur, & Virgilius libro nono Aeneid.

Meme adsum qui feci, in me conuertite ferrum
O Rutuli, mea fraus omnis.

T. Liuius libro tertio decad. tertiæ. Qui capitalem frudem ausi, quique pecuniæ iudicati in vinculis essent: qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniáque se exolui iussurum. Capitalem fraudem, crimen capitale intelligunt. Sic fraus, & damnum, & crimen, pœnam quoque significat. Quæ ratio fuit cur hoc loco dixerit Vlpianus, fraudem sine
8 pœna esse posse, pœnam sine fraude esse non posse. Nam fraus omnis, (vt suprà est à nobis declaratum,) dicitur quæ damnum adfert: & quicquid damno adficit, fraus appellatur: at non omne damnum pœna dicitur, cùm ipsa quidem ad crimen sanciendum imponi tantùm soleat. Damnum verò est quicquid detrimentum molestiamve alicui exhibet, etiam si non vlciscendi criminis gratiâ. Pœna siquidem absque fraude, id est, admisso crimine non potest esse: quoniam nulla pœna non damnum dat. Quibus rationibus patet lapsum hoc loco Alciatum cùm est interpretatus fraudem sine pœna esse, cùm crimen eiusmodi est, vt pœnam non mereatur, vel etiam delictum, tametsi graue, probari nequiuerit. Qui quidem Alciati error deprehensus est atque animaduersus à domino Francisco Connanno, eodem libro quinto Commenta. capitulo quinto, quo loco tradit, quæ pacta legibus improbantur. *Reprehensus Alciatus*

SVMMARIVM.

1 Mulcta est pœna seu arbitraria, seu legitima quæ pro cuiuscunque delicti ratione à iudice imponitur.
2 Mulctam dicere non iudicis est, sed postulantis, vulgò concludere ad amendam.
3 Aduocati Regij est mulctam dicere.
4 Pœnæ nomen generalius quàm mulctæ.
5 Mulcta de pœna etiam capitali dicitur.
6 Pœna vsuram significat interdum, & id quod interest, sed improprié.
7 Qui sortem accepit, pœnam remisit.
8 Pœna ex euentu conditionis, vsura ex pecuniæ vsu debetur.
9 Pœna pro molestia, & nocumento aliquando sumitur.
10 Pœna absque delicto non potest esse.
11 Pœna potius ad sanciendum crimen, quàm ad contumaciam transferetur.
12 Mulcta ferè semper pecuniaria est.
13 Noxa est ipsum corpus quod nocuit, Noxia maleficium, & noxa pro noxia dicitur.
14 Noxiæ eximere, est culpam remittere.
15 Vindicare est in malos animaduertere.
16 Cum supplicium de sumptibus sumitur, maiestas publica vindicatur.
17 Vindicare est ab iniusto possessore ad suum ius ac potestatem asserere.

Vindicta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

18 Vindicta, virga est qua Prætor caput manumissi feriens ipsum libertate donat.

INTER MVLCTAM. Quid sit Mulcta, est omnibus proculdubio cognitum qui Latinè sciunt. Est autem mulcta (vt nihil interea quod ad rem nostram faciat, omittamus,) pœna, quæ temerè litigantibus, hisque qui vel dolo vel calumnia quemquem in iudicium traxerunt, vel trahi se passi sunt, ac tandem cecidere causa, à iudicibus imponi solet, seu arbitraria, seu præscripta à lege, & pro delicti merito & ratione. Varias enim pœnas leges constituerunt. Quod institu. de pœna temer. litig. abundè est explicatum. Ea à Græcis ζημία dicitur, quod litis æstimationem, simul & supplicium pœnámque significat, (quod ponitur etiam ἀντὶ τῆς ἐνέχυρον, id est, pro pignore, vt tradidit Etymolog. author.) Vnde & mulctam indicere, & mulctam committere: atque etiam mulctam dicere à Græcis ζημίαν ἐπιγράφειν: quod non iudicis est mulctantis, sed authoris aut postulantis & accusantis, ait Budæus in commentariis: hoc quoque certare mulctam antiqui dicebant, teste eodem Budæo in annotatio. ad l. secundam. ff. de iudiciis. Quo loco tradit moris quondam fuisse vt Tribun. plebis mulctam dicerent, quæ postea populi suffragiis vel irrogaretur vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore mulcta certari dicebatur. Non enim Tribuni plebis damnare mulctæ poterant, sed tantùm rogare populum, apud quem cùm reus non iure mulctatum se contenderet, lis illa mulctatitia disceptabatur. Cicero libro tertio de legibus. Cùm magistratus iudicasit irrogassitve, per populum mulctæ pœnæ certatio esto. Mulctam igitur dicere, & irrogare, est pœnaliter intendere, quod vulgò nostri pragmatici dicunt, Concludere ad mulctam, & mulctatitias conclusiones assumere. Quod hodie cognitoris Regij, atque adiuocationis Regiæ munus est, cui publicè iudicium est. Vlpianus in l. secunda. §. finali. ff. de iudiciis. His (inquit) datur mulctæ dicendæ ius, quibus publicè iudicium est, & nō aliis: nisi specialiter hoc permissum est. Inde mulctari pœna. Suetonius in Augusto, capitulo vicesimoprimo. Neque, inquit, aut crebrius aut perfidiosius rebellantes grauiore vnquam mulctatus est pœna, quàm vt captiuos sub lege venundaret, ne in vicina regione seruirent, néve intra tricesimum annum liberarentur: mulctatus est dixit, id est, puniit, τιμωρῆσαι ἐστῶ. Multa sanè & mulcta dicitur: ideo autem Mulcta dicta, vt tradit Varro libro de lingua Latina, à pecunia quæ à magistratu dicta, vt exigi posit ob peccatum, quòd singulæ dicuntur appellatæ hæ, mulctas, quod olim vnum dicebant, mulctæ. Multa enim postmodum simul exigi cœperunt: vt vinum, oleum, bos, & ouis: cùm antea singula exigerentur ob peccatum, videlicet, aut bos, aut ouis: inde mulcta dicta est. Atqui suprema apud antiquos mulcta fuit in singulos dies triginta boum & duarum ouium: minima verò vnius tantum ouis. Atque hinc coniectare licet, ait Aulus

Mulctam irrogare.

Mulctari pœna.

Mulctam de dicta.

Mulcta suprema apud veteres & minima que fuit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Aulus Gelius libro vndecimo, noct. Atticar. capitulo primo, quòd Italia olim esset armentosissima: sed ouium penuria in ea erat. Qualiter autem eiusmodi mulcta à magistratibus dicta exigeretur, vide latius apud Budæum in libro quinto de asse. Tradit quoque Gellius loco suprà citato, mulctam verbum esse Sabinum. Is ita scribit. Vocabulum autem ipsum mulctæ, Idem Marcus Varro in vndeuicesimo libro rerum humanarum, non Latinum, sed Sabinum esse dicit: idque ad suam memoriam mansisse ait, in lingua Samnitium, qui sunt à Sabinis orti. Sed turba Grammaticorum nouitia κατ' ἀντίφρασιν, vt quædam alia, ita hoc quoque dici tradidit. Cùm autem vsus & mos sermonum is sit, vt ita & nunc loquamur, vt plerique veterum loquuti sunt, multam dixit, & multa dicta est. Hæc ille hactenus inter mulctam autem & pœnam hoc est discriminis, quòd pœna nomen sit generale: Mulcta verò specialius, nec tam latè pateat. Quod tamen aliter visum Labeoni fuit. Sed reiecta eius sententia, probauit Paulus vtriusque verbi dissimilem significationem. in l. si qua pœna. infrà hoc titulo. Pœna enim & ad supplicium, exilium, aliámve criminosam condemnationem, simul etiam ad litis æstimationem pertinet. Mulcta autem pœnæ pecuniariæ propriè accommodatur. Sed tamen Pauli opinione valere iussa, dixerim sanè mulctam quoque de pœna capitali dici. Quod videre est ex dicta l. secunda. ff. de iudiciis. Et cum dicimus aliquem mulctari pœna, id est, damnari capitis, vt suprà est annotatum. Pœna autem capitis est vel extremi supplicij, vel existimationis: vel etiam qua libertas, vel ciuitas, vel honestas amittitur. Veruntamen, pœnæ verbum longè plura alia significat, quàm mulcta. Quandoquidem, & vsuram pœna aliquando comprehendit. Paulus. l. lecta. ff. si certum petatur. Si ea die (inquit) suprà scripta summa Publio Mœuio, eive, ad quem ea res pertinebit, data, soluta, satísve eo nomine factum non erit, tunc eo amplius, quo post soluam, pœnæ nomine in dies triginta, ínque denarios centenos, denarios singulos dari stipulatus est Publi. Mœuius, &c. Hîc pœnam pro vsura, lata quidem significatione, posuit Paulus: sicut Vlpianus, pro eo quod interest: in l. finali. ff. de eo quod certo loco. his verbis. Nisi si quis dicat, si iudex centum & viginti condemnare debuerit, centum solutis ex vniuersitate, tam ex sorte quàm ex pœna solutum videri, vt supersit petitio eius quòd excedit sortem: & accedat pœna pro eadem quantitate. Quod non puto admittendum, tantò magis quòd creditor accipiendo pecuniam, etiam remisisse pœnam videatur. Quo loco intelligit Vlpianus, id quod interest, seu accessiones in obligatione non esse, propterea quòd exoluta sorte, pœna peti non potest: id est, quod interest. Nam qui sortis pecuniam accepit, pœnam remisisse is censetur, vt dicta l. finali. & latè ibidem

Pœna plures significationes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Glossa in verbo videatur.l.nouissima.ff.iudicatum solui. At verò, pœna propriè vsura non dicitur. Quoniam ex euentu adiectæ conditionis, & quia obseruata non sit promissio, debetur: vsura autem, quòd pecunia debitor vtatur. Vnde quandoque ex eodem contractu, vtrunque, & pœna scilicet, & vsura petitur .l. Lucius.ff.de actionibus emp t. 8
Quod & latius Alciatus adnotauit in dicta l. lecta. Adhæc pœna molestiam significat: à Græcis etiam πονὰ dicta ἀπὸ τ῞ πόνου, vt voluit Gaza, quod etiam aliquando nocumentum significat & molestiam, πόνημα, vt apud Hippocratem. In eum quidem sensum pœnam dixit Bias interrogatus, deberétne ducere vxorem, an vitam viuere cœlibem? ἔφη, respondit, καλὸν ἔφη, εἰ ἀσχολίαν. καὶ ἀ καλὸν, ἔφης κατὰ: ἀδ᾽ ἀσχολίαν, ἔφης πονᾶν: ἑκάτερον δὲ ἐν ἀγαθῷ, ἐ λυπῆρ ἄρα. Aut pulchram habebis, aut deformem: si pulchram, communem habebis: si verò turpem, pœnam. Hîc πονᾶν id est, pœnam, dixit molestiam, laborem, seu nocumentum, vt est apud Gellium libro quinto noctium atticarum. Sed vt ad rem redeamus: propria significatione, pœna est quæ ex delictis descendit, & absque delicto non potest esse. l. Sancimus. C. de pœnis. Quare rectè Varro libro de lingua Latina, pœnam à puniendo, vel à ponendo dictam tradit, aut quòd peccatum sequitur post precium quod æstimationis emptionisve causa constituitur. Pœna igitur absolutè καὶ ἁπλῶς ad sanciendum crimen transfertur potius, quàm ad contumaciam desertúmve vadimonium, sicut censuit Alexander in l.si quis.§.primo.ff.ad legem Iuliam, de adulteriis. At verò mulcta de pœna pecuniaria sæpius & ferè semper dicitur à nostris iureconsult. & idem à pragmaticis in iudiciis. Cardinalis Clementina secunda.§. primo. de hæretic. Dicimus namque pœnam adulterij, homicidij, falsi, & similium quæ mortem, aliámve pœnam corporis solent infligere, non mulctam.

Aul. Gell. lib.v.capit. ἕκτα.

10 11 12

NOXAE VINDICTA. Hoc loco iureconsultus vt pœnam à mulctæ significatione distingat, & à fraudis verbo, pœnam dixit esse noxæ vindictam, id est, delicti animaduersionem: sic igitur ad delicti sanciendi rationem pertinere, vt dictum est supra, videlicet corporis plectendi. Noxa enim ipsum est corpus, quod nocuit & scelus admisit. Vnde & dedere noxæ. Noxia verò ipsum est malefificium delictúmque admissum: vt institution.de noxalib.action.§.primo. Quandoque etiam noxa pro noxia poni solet, vt in l.si longius. §.primo.ff.de iudiciis. Et Virgilius libro primo Aeneid.

Noxa dedere.

13

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

Lapsus est igitur Laurentius Vallensis libro sexto elegantiarum Latina. capitulo trigesimoquinto, cùm Seruium reprehendit scribentem noxam pro noxia Virgilium posuisse, id est, culpa: quasi per se noxa non significet culpam, ait ipse Valla: tum demum contendit noxiam

Laurentius Valla reprehensus. Noxia culpa.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Noxiam, verbum Latinum non esse, ac se nusquam reperisse. Miror sanè tam supinum viri tanti errorem, qui nusquam animaduerterit Terentium toties ea dictione vsum: nec etiam apud Plautum hos versus deprehenderit.

Amicum castigare ob meritam noxiam
Immane est facinus, &c.

,, Et Marcus Cicero libro tertio de legib. Donum ne capiunto: néve
,, danto, néve petenda, néve gerenda, néve gesta potestate. Quisquis ea-
,, rum rerum migrasit, noxiæ pœna par esto. Quibus authoritatibus & te-
,, stimoniis satis liquet noxiæ verbum apud Latinos vsu receptum fuisse, aduersus Vallæ opinionem. Rectè igitur dixit Iustinianus noxiam esse ipsum maleficium. At hoc loco Vlpianus noxam pro noxia dixit, vt dicta l. si longius. §. j. de iudiciis. Vel dum venit, inquit, se subtrahat qui noxam
14 commisit. Vnde, eximere noxæ, est criminis admissi gratiam facere, hoc est, vt scribit Budæus, remissionem dare.

D. titul. de noxal. act. §. j. instit.

Eximere noxæ.

VINDICTA. Quoties iniuriam contumeliámve illatam punio, (ait idem Valla libro quinto) vindicta est. Quare dicta est pœna noxæ
15 vindicta, τὴν τῶν τιμωρίαν supplicium, vltio. Nam vindicare, præter alia significata, est in malos animaduertere & supplicium de sceleratis sumere. Cicero libro tertio, de legib. Vincula sontium seruanto, capitalia vindicato.
,, Et idem in Verrem. Si quid vindicatum seuerè est, non ex eo crudelitatis
16 inuidiam colligam. Proinde dicitur maiestas publica vindicari, cùm supplicium de sontibus sumitur, Budæo teste. Paulus in l. quod reipublicæ. ff. de iniuriis & famo. libel. Quod (inquit) Reipublicæ, vindicandæ causa se-
,, cundum bonos mores fit, etiam si ad contumeliam alicuius pertinet, quia
,, tamen non ea mente Magistratus facit vt iniuriam faciat, sed ad vindi-
,, ctam maiestatis publicæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur. Signi-
17 ficat etiam Vindicare, ab iniusto possessore in suam potestatem iúsque suum asserere. Hinc vindicare in gleba. Verba autem ex antiqua formulacius qui vindicabat, erant. Fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est: eum ego ex iure meum esse aio. Ibi ego te ex iure manu consertum voco. Hanc rem diffusè & eleganter Budæus explicat: cuius exempla videbis apud Ciceronem libro primo de oratore ad Q.
18 Fratrem. Est quoque vindicare, in libertatem adscíscere: vnde vindicta, virga qua Prætor caput serui percutiens dicebat. *Hunc hominem liberum esse aio.* Subinde circumagebatur per lictorem, ac tum demum liber erat. Vide quæ de pœna diximus in Aphorismis iurisprudent. in verbo pœna.

Vindicare quid.

Vindicare in gleba.

Exiure manu consertum.

Vindicta virga.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX CXXXII.

ANniculus amittitur qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi id ita esse declarat. Ante diem decimum Calendarum, & post diem decimum Calendarum vtroque sermone vndecima dies significatur. Falsum est eam peperisse, cui mortuae filius exectus est.

SVMMARIVM.

A vulgari consuetudine loquendi non licet recedere, nisi aliud in sensu esse apparetat.
Agni sunt minores anniculis nondum castrati, exinde vetueces. Ac oues cùm ad tonsuram veniunt.

Anniculus quid.

ANNICVLVS. Videtur diminutiuum esse nomen Anniculus, cum tamen non sit. Significat autem eum qui est vnius anni: ac non ad animata transfertur tantùm, vt testis est Valla lib.j.elegant.cap.v. sed & etiam ad inanimata. Vt anniculus puer, anniculus equus, anniculus paries, anniculæ plantæ: vinum anniculum: cuius rei testimonia quamplurima apud Latinos authores passim reperias. Plin.lib.xiij.natur.hist.c.iiij. Ergo plantaria instituunt anniculásque transferunt & iterum bimas: hoc, de palmis loquens, ἐνιαυτοῖς, idem quod ἐτῶν à Græcis. Sed & etiam apud Iul. Pollucem ἐτῶν ἡ ἐνιαυτῶν ἀνιαύσιοι καὶ ἔτεσι dicuntur. Qui igitur trecentesimo sexagesimo quinto & extremo anni die moritur, is anniculus mori censetur, id est, annum integrum natus: & id ex vulgari loquendi consuetudine, à qua non licet recedere: vt l.librorum.§.quod tamen Cassius.de legat.iij. Neque enim à verborum significatione propria recedi aliter oportet, quàm cùm manifestum est aliud sensisse testatorem. Marcellus in l.non aliter.dicto titulo de legatis tertio. Gloss.in cap.ad abolendam.super verb.in secularib.extra de filiis presbyter. Et nos diximus supra in rubricam huius operis. Quæ de re, Cum quæreretur, agni legati quatenus viderentur? quidam aiebant agnum duntaxat sex mensium esse. Sed verius est, inquit Vlpianus.l.cùm quæreretur.dicto titul.de legat.iij. eos legatos esse qui minores anniculis essent. Et hoc, puto, propter vulgarem loquendi consuetudinem, propriámque verbi significationem. Nam propriè agni dicuntur donec depulsi sint à matribus, & compellendi in gregem ouium, cum obliuione iam lactis matrem non desiderant. Sed & cùm castrati sunt, existimo agnos amplius non esse nominandos. Castrare autem oportet agnum non minorem quinque mensium, neque ante quàm calores aut frigora se exegerint, vt docuit Marcus Varro libro secundo, rei rusticæ, capitulo secundo: quo loco de ouibus tractat, & quales sint ad fœturam vtiles. Qua ratione, post annum amplius agni cùm non sint, legatos agnos oportet esse minores anniculis: puto etiam semestribus, cùm quinto post eos

Consuetudo loquendi ad tendenda. Declarata l.cum quæreretur. de legat.iij. Agni qui sint & quando castrandi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eos natos mense castrandi sint, secundum Varronis testimonium. At Martianus in l. legatis. sub finem. de legatis tertio. scribit oues eas videri cùm ad tonsuram veniunt.

SVMMARIVM.

1 Ante, & ad Calendas eundem diem signant, nisi quod hoc includit, illud excludit ipsum calendarum diem.
2 Ante & post, in testibus concordandis pro eodem die conuenire non possunt.

ANTE DIEM. Budæus, & post eum Andr. Alciatus scribunt hoc loco Paulum hoc grypho vel oxymoro lectorem morari voluisse potius, quàm docere. Quare non immerito malam literam Accursius vocauerit. Varia siquidem huius paragraphes adfertur lectio. Sunt enim qui legant, Ante diem decimũ calendarum & post decimum diẽ Calendarum, neutro enim sermone decimus dies significatur. In Pandectis Florentiæ ab anno excusis, Neque neutro enim sermone vndecim dies significantur. Quæ quidem lectio prorsus videtur absurda. Nos verò cum ipso Budæo atque Alciato legimus sic; Vtroque sermone vndecima dies significatur. Valla libro quarto, capitulo octuagesimo, adiecit, æquè vtroque sermone, &c. Quam ego lectionem multùm probauerim: sic enim apertior erit Pauli litera: cuius eum arbitror esse sensum, vt si quis ante diem decimum Calendarum Aprilium persoluturum se quinquaginta spoponderit, censebitur is intellexisse diem decimum nonum mensis Februarij, id est, vndecimũ Calendarum, qui dies est decimus ante Calendas Martias acto retrorsus dierum numero ab ipsis Calendis Martiis: qui quidem dies Calendarum Martij, est vndecimus à decimo nono præcedentis mensis. Et rursus, si promittas post diem decimum Calendarum Martij, intelligendus est, dies Martij vndecimus ab ipsis Calendis Martiis: inter quem vndecimum diem & Calendas Martias, nouem dies intercedunt. Eleganter sanè hunc locum Budæus interpretatur ex compluribus Ciceronis testimoniis. Cæterùm, qui ante Calendas daturum se aliquid promittit, perinde est ac si in Calendis promisisset. l. qui ante Calend. ff. de verborum obligatione. Verumtamen id discriminis inter vtrunque ponunt, quòd qui ante Calendas promisit, conueniri possit statim vbi is dies, qui vltimus ante Calendas est, effluxit, & Calendæ incipiunt. At ipsis Calendis debere incipit promissor qui Calendis promisit: sed ante conueniri non potest quàm is ipse dies calendarum præteriit: cras scilicet vel perendie. Cuius quidem rei eam rationem tradit Zasius, quòd cursus obligationis sit ad Calendas tanquam ad metam. Sed ad Calendas obligari est status obligationis, non cursus. Permulta in hanc rem & eruditè ipse Zasius in dicta l. qui ante

Ante diem decimum.
Post diem.
x. quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Calendas: sic conciliari testes ait Bartolus, cum eorum alij testificantur aliquid esse factum ante Calendas, alij post Calendas: nequit eorum testimonia dissidere, nec pugnare inuicem: vtiquia priores de calendis nec dum finitis acciperentur: posteriores, de cœptis, id est, de die cœpto, nondum tamen finito. Idem Bartolus in l. mutuum. §. creditum. ff. si certum petatur. Hinc Paulus Castrensis tradit cautius & consultius agi, si promittatur ante mensem cœptum. Nam si quis soluturum se ante mensem Februarium promittat absolutè, intelligi debere putat Castrens. ante mensem finitum: ita quòd promissor non tantùm toto mensis ipsius spatio & interstitio tutus erit, sed & toto eodem mense. Quæ quidem sententia Bartoli de conciliandis testibus non satis recta mihi visa est: quam etiam multis argumentis iisdemque verissimis, constitat Zasius. Sunt enim, ante, & post, præpositiones diuersa significantes: quæ si possent in concordem sensum adduci adiectis variis epichetis pro capite cuiuscunque, nulla vnquam ex testibus deprehenderetur contradictio: Nam cum ante, principium respiciat, post verò finem; quoniam principium cum fine rectè conuenire nequit, certè testimonia ac testium dicta ex his oppositis terminis, ante & post, coire nulla ratione poterunt. Nam propriè ante dicitur quod est omnino ante, vt scribit Baldus in l. ex his verbis. C. quando dies legat. vel fide. ced. Quo loco interpretatur quid sit id quod sæpe quæri solet, quando annus cœptus habeatur pro completo: multaque in hanc rem tradit: quando videlicet oportet tempus esse completum, vt ne quidem satis sit annum cœptum esse. Reliqua vide apud Alciatum & Batholomæum Cæpolam in hunc locum.

Bartoli cum fuerata sententia de concordandis testibus.

Ante. Post.

SVMMARIVM.

1 Mortua non censetur peperisse fœtum exectum, qui nihilominus pro filio habetur.
2 Editus per exectionem matris mortuæ agere potest querela inofficiosi testamenti.
3 Clauis iuris est verba ad sanam intellectum reducere.

SFALSVM EST. Supra dictum est eos qui mortui nascuntur, neque natos neque procreatos videri: hic autem simili ratione traditur eam peperisse minimè censeri cui iam mortuæ fœtus execto vtero extractus est. Quoniam parere proprium est viuentis mulieris quæ viuentem filium vtero emittit: quod Græci τίκτειν καὶ ἀποτίκτειν, (id etiam est generare & procreare,) dicunt. Qua ratione si testator ceneum legauerit mulieri cùm pepererit filium, non censebitur conditio extitisse, si execto vtero extrahatur infans. Hoc enim propriè non est parere. At verò si sub ea conditione.

Parere quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CVM INFANTEM ABORTIVM HABVERIT, legatum sit, videtur conditio adeuisse. Ea enim mulier filium habere mortis tempore creditur, quæ excisso vtero edere posit, ait Vlpianus in l. etiam ea mulier. infrà eodem.
2 Nam & huiusmodi filius potest querela inofficiosi testamenti agere: sicuti tradit Alphenus in l. Posthumus. ff. de inoffic. testamen. Quod tamen locum habet in extraneis non in suis institutis, vt l. si mater. C. eodem titulo. Alioquin autem non accipiet legatum sub hac conditione, SI PEPERERIT. si mulieri execto vtero extrahatur infans. Verba nanque in legatis propriè accipienda sunt. Quippe verba omnia in dispositionibus semper ad saniorem intellectum sensumq; sunt traducenda, sit hæc quidem est clauis iuris, vt censuit Baldus in rub. C. de probatio. idem in l. edicto. C. de edict. D. Adriano tol. & in l. j. C. de seruis fugitiuis. ac tandem admonet ipse Baldus in tit. de pace Constantiæ in vsibus feudorum, ad principium, hoc mente tenendum esse.

Limita l. Posthumus ff. de inoffi. testa.

3

VLPIANVS LIB. IIII. AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CXXXIII.

SI quis sic dixerit, VT INTRA DIEM MORTIS EIVS aliquid fiat, ipse quoque dies quo quis mortuus est, numeratur.

SVMMARIVM

1 Promissio facta ad diem aliquo euentu limitatum, ex ipsa die, non ex hypothetico euentu percensetur.
2 INTRA, includit numerum & spatium designatum.
3 Stipulatio in diem vel intra diem promissa, peti non potest antequam ipsa dies præterierit.
4 Intra, & In, spatium præfinitum loci, sicut temporis includunt.



1 SI QVIS. Si redemptor operis publici aut alterius cuiuslibet priuati, ita stipulatus sit: Promitto me rem sic curaturum, vt opus edificij intra diem mortis patris tui perficiatur. videtur sanè promissum penitus exoluisse, si eo ipso die quo decessit pater, opus perfectum fuerit, etiam si à morte patris perfectum sit. Quandoquidem hæc dictio, INTRA. cum & ad numerũ & ad spatium referatur, teste Valla lib. ij. elegan. includit totũ ipsum spatium, atq; extremum numeri, Vt si dicamus, intra viginti dies: etiam vigesimus totus comprehẽditur. Quod etiam per præpositionem, IN. cùm ablatiuo eodem sensu Latini ponunt: vt Sueton. in Augusto. Ex ea continuo enata soboles adeò in paucis diebus adoleuit, vt non æquipararet modò matrẽ, verumetiam obtegeret, id est, intra paucos dies. Itaq; cum dicimus intra decimum diem, intelligimus in decem diebus aliquid factum, vt decimus dies integrè concludatur. Vlpia. in l. j. §. si intra. ff. de successo. edict. Si intra centesimum diem, inquit, mortuus sit, prior, statim sequens

Intra, quid significet.

Cap. liij.

In, pro intra.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

admitti potest. Quod dicimus, intra diem centesimum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendum est, vt ipso die centesimo bonorũ possessio peti possit: quemadmodum intra Calendas, & ipsę Calendę sint: idem est & si in diebus centum dicatur. Eo modo, si intra diem vel in diem quicquam promissum est, non potest id quod promissum erio prius peti quàm is dies præterierit, vt in §. omnis stipulatio. institutionibus de verborum obligatione. Et si quis facturum se aliquid recipiat aut ædificaturum intra suburbia Sasymphoriana ad ciuitatem nostram Turonensem, censetur comprehendisse quæcunque extrema septáque suburbiorum: vt si etiam in ipso fine ædificet, videatur promissum exoluisse: habet enim (vt dictum est) hæc Præpositio, INTRA. inclusionem. Sic Græci ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἔτους. Intra teli iactum esse dicunt. De hac dictione, INTRA vide in l. ex facto. §. item quæro. de vulgari & pupillari substitutione. & l. si stipulatus fuero decem. ff. de verborum obligatione. Præterea & qualiter, à, ab, ad, præpositiones sint inclusiuæ, vt si dicas, vendo tibi fundum à tali loco, vsque ad eum locum, vide Baldum in l. à caligato. C. de nupt.

PAVLVS LIB. II.

LEX CXXXIIII.

ANniculus, non statim vt natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente planè non exacto die: quia annum ciuiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

SVMMARIVM.

1 Ad vulgarem loquendi consuetudinem reuocandæ sunt omnes leges, & constitutiones vulgari sermone scriptæ.
2 Anniculus est qui ad vltimum anni sui diem vel tantùm si vltimum huius diem attigerit, superstes maneat.
3 Exactus annus dicitur suis mensibus diebus horis & momentis integrè absolutus. Vide quomodis verbum Exigere, accipiatur.
4 In vsucapionibus non solùm momenta, sed dies computantur, aliter in actionibus temporalibus.
5 In minore restituendo etiam momenta dici ætatis eius computantur.

ANNICVLVS. Diem in naturalem & ciuilem distingui, ac quæ sit vtriusque significatio, luculenter traditum est à nobis in l. secunda. §. cuiusque diei. suprà hoc titulo. & in l. cùm Bissextus. Paulus autem hoc loco nihil aliud vult intelligi, quàm cùm anni sit aliqua mentio, maximè in his quæ ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ad fauorem pertinent, vt de eo anno qui trecentesimo sexagesimo quinto
die perficitur, accipiatur; eóq; non exacto, sed tantum incipiente: idque
1 vulgari loquendi consuetudine, & ciuili interpretatione, ad quam reuocandæ sunt omnes leges ciuiles, scita, plebiscita, & constitutiones vulgari oratione scriptæ: nisi aliud nominatim cautum sit quod vulgaris sermonis significationi aduersetur. Ciuiles autem leges & constitutiones
voco, quæ ciuitatis alicuius ergo latæ ac promulgatæ sunt: & eo quidem idiomate quo in ea ipsa ciuitate vulgò consuetum est vti. Quare
hic Paulus dixit, annum ciuiliter, non ad momenta temporum, sed
ad dies numerari, id est, ciuili obseruatione, dies per momenta &
minutias non solet diuidi & computari: sed totus & solidus, tanquam *Anniculus quis.*
quid vnum & indiuiduum consideratur. Dicitur itaque anniculus, ait
2 Connannus libro tertio Commentariorum iuris ciuil. cap. xij. quis statim, ac ipsi illuxit vltimus anni dies, etiam si nondum est completus. Rursus toto illo die anniculus est, vsque ad primum diei sequentis
momentum, quo incipiente demum & ipse incipit esse maior anniculo. Vt natus hora sexta matutina calend. Ianuariarum, anniculus erit
hora sexta matutina Calend. Ianuariarum elapso anno. Tunc momenta
temporis in anniculo considerari dicuntur: sed hæc ad naturalis cursus rationem pertinent. At vulgaris loquendi consuetudo aliud suadet, quæ anni curriculum non momentis, sed diebus, & hominum
ætates non horis, sed diebus & mensibus annisve definire consueuit.
Satis est igitur si vltimum anni diem quis attigerit, vt anniculus dicatur, etiam si non exactus sit dies, sed inceptus tantùm. Exactum au-
3 tem diem hoc loco accipit Paulus, quum omnino actus est, ac suis *Exactus dies quid.*
horis & momentis absolutus, atque ita effluxit & pertransiit, vt iam
sequens incipiat. Nam hoc ipsum, aliquando verbum exigere, signi-
ficat, & extra agere. Vnde Cicero dixit, diem exigere, pro transigere *Exigere.*
& consumere. Et Terentius in Heautonti. Quo studio (inquit) vitam
suam te absente exegerit, id est traduxerit. Exigere, ait Donatus significat traducere, expellere & finire: ego addo, & perficere vt exigere vitam & annos, exigere fabulam, exigere opus. Plinius secundus libro
septimo. Episto. ad Calphurniam suam. Inde est (inquit) quòd magnam
partem noctium in imagine tua vigilem exigo, id est traduco & consumo. Vt igitur hoc Pauli caput intelligas, distinguendus erit annus ciuilis à naturali: cum naturalem, naturaliter, id est à momento in momẽtũ
ciuilem ciuiliter, id est vt vulgus hominũ & appellare & loqui solet, accipi oporteat. Etenim in vsucapionibus, nõ à momẽto ad momẽtũ, sed tan-
4 tùm postremum diẽ cõputamus, ait Vlpianus in l. in vsucapionibus. ff. de vsucap. Quod in actionibus tẽporalibus aliter obseruatur. Sed differẽtiæ ratio à nostris vulgò tradita, non satis constat: nec eà quidem Francis. Connanno placet: quam etiam permultis ac elegantissimis argumentis
oppug

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

oppugnat loco supra citato: quo sanè loco permulta luculenter in eam rem scribit: videlicet, quando annus cœptus habeatur pro completo. Sed quid in minore restituendo, an totus dies computari debeat, an verò momentum temporis considerari? Et Vlpianus in l.iij. de minoribus. In ea est sententia, vt si nondum xxv. annos compleuerit, & horæ aliquot vigesimo quinto ipsi annũ desint, spectari oporteat eius temporis articulum quo natus est minor, & fiat à momento in momentum dinumeratio. Videto latius D. And. Tiraquellum hanc rem amplissimè & variè tractantem: nihil enim, quod eò spectat, videtur prætermittere in titu. de vtroque retractu. §. j. gloss. xj. in verbo. *Et le iour* numer. 20. & deinceps.

VLPIANVS LIB. IIII. AD LEGEM IVLIAM.

LEX CXXXV.

QVæret aliquis, si portentosum, vel monstrosum, vel debilem mulier ediderit, vel inæqualem, visu, vel vagitu nouum, non humanæ figurę, sed alterius magis animalis quàm hominis partum an quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est vt hęc quoque parentibus prosint. Nec enim est quod eis imputetur qui aliter potuerunt: statutis obtemperauerunt: neque id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet.

SVMMARIVM.

1 Monstrosus partus matri obesse non debet.
2 Naturales rerum causæ sunt in occulto abditæ.
3 Septimo mense natus perfectus haberur.
4 Portentosum est plures tribus vno partu nasci.

QVAERET ALIQVIS. Hanc legem interpretati sumus suprà in l. qui mortui. Quo loco traditum est à Paulo eos qui mortui nascuntur, neq; natos, neq; procreatos videri: quoniam (inquit) liberi hi nunquã appellari potuerũt. Nunc autem quærit Vlpianus, si mulieri legatum sit aliquid ea conditione, SI PARIAT, & portensum, vel monstrosum, partum corpore videlicet, partim ferino, partim humano, vel debilem, cum propemodum mortuus est, & afflictis corporis viribus, vel inæqualem, ἀνάμορφον, id est forma corporis inepta & indecenti membrorum compositione, & vagitu nouum, id est præter naturam humani animalis & ratione præditi, quando videlicet vagiendo boat, vel hinnit, vel quid eiusmodi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 modi agit, ediderit, an id prodesse vel obesse illi debeat. Et magis est vt non obsit: nec est cur hoc vitij imputari debeat parienti quæ nulla sua culpa eiusmodi partum contra naturam mœsta protulit, & rei nephariæ operam non dedit: sed quia naturali quadam iniuria, cui
2 obsisti non potuit, idipsum accidit. At rationem causamque qua id fiat, permulti tum antiquorum, tum verò nostrorum medicorum atque Philosophorum conati sunt adducere: sed nihil tandem in ea re effecerunt. Sunt enim hæc ipsa quidem abdita & prorsus homini incognita. Sunt inquam occultæ quædam tacitæque rebus vires quæ naturæ limitibus continentur, sed penitus abstrusæ, hominúmque sensum fugientes. Quocirca ridendi sunt planè Pythagorei qui suo triangulo, & acuta numerorum supputatione se confidenter explicaturos asserebant, quid causæ esset cur partus ἑπταμηνιαῖοι potius quàm ἑξαμηνιαῖοι vitales essent: & qui octauo ederentur mense, aut statim mori contingeret, aut eorum matres ἀμβλῶσι, & abortiri. Quod Hippocrati placuit in libro περὶ τροφῆς à Gellio laudato libro tertio Noctium atticarum capitulo decimosexto. Et hoc quidem Hippocratis exemplo, Paulus iureconsultus existimauit perfectum esse legitimúmque partum ἑπταμηνιαῖον,
3 & eum qui septimo nasceretur mense. l. septimo mense. ff. de statu hominum. Eiusmodi fuit partus Ipthtimes vxoris Sthenelæi perseiadæ, quæ Euristæum dilectum filium quem ventre gestaret, edidit mense septimo abortiuum, cum Iuno Alcmenæ partum prohibuisset, vt est apud Homerum libro xix. Iliad. his verbis.

ἐκ δ' ἐκλυε φίλαν ἤμαρ, ὁ δ' ἔβδομος ἀνῆκεν μάς,
ἐν δ' ἔγαγε προφάνητε, καὶ ἀκλέα πάσι ἔθηκε
λυκάνε δ' ἀνείπασι τόκον, σχέθε δ' ἀλφεσίβοιαν.

Vidimus & nos frequenter partus septimestres viuaciores καὶ πρόθυμοτέρους atque ad actiones corporis obeundas alacriores & promptiores, quàm qui nati essent nono mense. Tradidit Aristoteles libro septimo, de Historia animalium, pleróque ex his qui mense septimo nascuntur, vita-
» les esse: magna tamen ex parte infirmiores. Vnde Cicero ad Pomponium
» Atticum libro decimo epistolarum. Habes (inquit) causam opinionis
» meæ, & tamen velim scire quid cogites: imprimísque si quid etiam
» nunc noui est. xvij. Calendarum Iunij Tullia mea peperit puerum, ἑπταμηνιαῖον δυνάμενον. Quod quidem est natum, perimbecillum est. Octauo, & quarto mense nati, frequentius intereunt, & vix ad ætatem perueniunt: præterquàm in terra Aegypto (ait ipse Aristo. loco supra commemorato) & quibusdam aliis locis vbi mulieres fœcundiores sunt, multósque simul & ferunt & pariunt: etiam si monstrosi sint. Sed locis Græciæ multi intereunt: nec nisi perpauci seruantur. Vnde fit, vt si quis seruetur, non octauo mense natus existimetur: sed mulierem sui conceptus initium latuisse. Infestantur maximè mulieres mēse quarto octauóque: & si vel quarto vel octauo fœtus perierit, ipse quoque magna ex parte intereunt.

Partus septimestres.

Cap. iiij.

Partus quo to mense à conceptione sint vitales.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

intereunt. Itaque fit ne solùm mense octauo nati non viuant: sed etiam ipsis emortuis, periculum quæ pariunt, subeant. Scribit Plinius natu- 7
ralis Historiæ, libro septimo capite quinto, translatitium esse in Aegypto, & octauo gigni: iam quidem (ait) & in Italia tales partus esse vitales. Quarto autem & eodem octauo mense, letales in iis abortus. 2
Cæterùm, vt hoc loci omnia quæ ad rem propositam pertinent, discutiamus. Paulus, vt arbitror, videtur appellasse partus portentosos vel monstrosos, qui contra humani generis formam editi sunt, cuiusmodi Vlpianus suprà in l. ostentum, definiuit. Et tradidit Plinius libro supra citato, cap. iij. gigni partus vtriusque sexus, quos hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos: aliósq; monstrosos, quos eodem loco ipse commemorat. Ferè autem portentosum esse quod vltra tres vno partu nascantur, Caius scripsit in l. vtrùm ita. ff. de rebus dub. 4

Monstrosi partus qui.

IDEM LIB. V.

LEX CXXXVI.

GEneri appellatione, & neptis, & proneptis tam ex filio quàm ex filia editarum, cæterarúmque maritos contineri manifestum est.

SVMMARIVM.

1 Affinitatum nomina sunt octo.
2 Generi appellatio ad omnes filiarum neptiúmque, & proneptium, & inde descendentium maritos protenditur.

Gener quis.



GENERI. Inter affinitatis nomina, quæ quidem numero octo sunt, Gener reponitur, vt tradidit Modestinus. l. 1
non facile. de gradibus affinitatis. §. affines. Est autem gener filiæ meæ maritus. At si filij filiæve meę filia, quæ mihi neptis 2
est, Titio nupserit, Titius gener meus appellādus erit. Et siquidem ipsius neptis meæ filia, quæ mihi proneptis est, Iacobo nupserit, gener quoq; meus Iacobus censebitur. Quod de Nuru, id est filij mei vxore, suprà est dictum, protendi videlicet ad pronurus & vlteriores. in l. Nurus, suprà, hoc titu. idem de genero dicas.

PAVLVS LIB. II. AD LEGEM IVL.

LEX CXXXVII.

TEr enixa videtur, etiam quæ tergeminos peperit.

SVMMARIVM.

1 Tergeminorum partus, instar trium est partuum.

Ter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 ER ENIXA. Priuilegium quod ei mulieri quæ ter enixa est, conceditur, videtur ei quoque concessum quæ tergeminos edidit. Quoniam quæ plures vno & eodem partu profert, eosdem non simul omneis κατὰ ἔθνος & confertim, sed alternos parit. Vide in eam rem Bartol. in l. Arethusa. ff. de statu hominum. & Alciatum in hunc locum. I

IDEM LIB. IIII.

LEX CXXXVIII.

HAereditatis appellatione, bonorum quoque possessio continetur.

SVMMARIVM.

1 Vt obligatio, sic hæreditas est ius propter quod, at actio, bonorum possessio, est ius quo idipsum persequimur.
2 Bonorum possessiones sunt vel ordinariæ vel extraordinariæ.
3 Bonorum possessio est edictalis, & decretalis.
4 Hæreditas ius est directum, bonorum possessio, ius vtile.
5 Hæreditatis appellatione bonorum possessionem comprehendi, abusiuè dicitur.

AEREDITATIS. Quicquid bonorum est in re nostra familiari, cuius dominium & possessionem habemus, bonorum nomine continetur. At quoniam bonorum appellatio iuris est, bonorum possessio, quamuis sit ciuilis, tamen pro hæreditate aliquando accipitur. Bonorum itaque possessione definit Vlpianus in l. tertia. de bonorum poss. esse ius persequendi retinendíque patrimonij siue rei quæ cuiusque, cùm is moritur, fuerit. Quam quidem definitionem doct. nostri imperfectam esse tradidere: atque vt ab hæreditate differret bonor. possessio, sic definiendam illi censuerunt, vt sit ius prætorium succedendi. Itaque hoc differt à bonorum possessione
2 hæreditas, quod obligatio ab actione. Nam sicut obligatio est ius propter quod agimus dominiúmque consequimur, & actio est ius quo agimus & persequimur: ita hæreditas est ius propter quod agimus, vt eius dominium & possessione consequamur. At bonor. possessio est ius quo persequimur ipsam hæreditatem quæ nobis iure debetur. Hodie siquidem bonorum
2 possessiones vel ordinariæ, vel extraordinariæ sunt. Ordinariæ ex testa-
1 mento, duæ, quæ certam sedem habent & conferunt ius in proprietate & in possessione, videlicet, *Contra Tabulas, & secundum Tabulas*. Ab intestato autem quatuor sunt, scilicet, *Vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor*. Alia præterea bonorum possessio dari solebat, videlicet ex lege, vel Senatusconsulto, vel constitutione: & hæc extraordinaria dicitur, & certam sedem non habet. Quæ omnia latissimè discutiuntur à Iustiniano institut. ciuilium lib. iij. titu. de bono. posses.
3 & in l. j. ff. de bonor. posses. secundum tab. & contra tabul. Rursus & bon. possessio in edictalem, & decretalem diuiditur. Edictalis est quæ edicto Prætoris adinuenta, cùm simul ac quis mortuus est, ipse Prætor eam bo-

Bonorum possessio quid.

Ordinariæ bono. possess.

Extraordinariæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Decretalis nor. possessionem defert. dicta l.iij.§.à municipibus. Decretalis est quæ non defertur nisi cùm fuerit decreta, vt tradidit Vlpia. in l.j.§.decretalis. ff. de success. edicto. Quæ quidem bono. possess. definitiones, ac diuisiones, non conueniunt definitioni hæreditatis. Adde quòd hæreditas est ius directum bonor. possessio, vtile, & in persona sua competit. Quare igitur Paulus dixit hæreditatis appellatione bono. possessionem contineri. Et id ex improprio intellexisse, coniectandum est.

VLPIANVS LIB. VII.

LEX CXXXIX.

AEdificia Rhomæ fieri, etiam ea videntur, quæ in continentibus Rhomæ ædificiis fiunt. Perfecisse ædificium is videtur, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

SVMMARIVM.

Continentia ciuitatis de ea censentur.

EDIFICIA. Continentia ciuitatis, censentur etiam pars ipsius ciuitatis. Qui igitur in continentibus ciuitatis ædificat, is in ciuitate ædificare dicetur. Quod reliquum est in hunc locum Alciatus eleganter exposuit. Hunc tu diligenter vide: & quæ etiam scripta sunt tum à nobis tum ab ipso Alciato in l. secunda, & l. vt Alphenus ait. suprà hoc titulo, & quod traditur in l. qui in continentibus. infrà eodem.

PAVLVS LIB. VI.

LEX CXL.

CEpisse quis intelligitur, quamuis aliis acquisiuit.

SVMMARIVM.

Capit qui sibi non alii restituendum acquirit.

CEPISSE. Qui aliquid capit, idem vt statim alij acquirat, is nihilominus censetur cepisse: vt filius, aut seruus adeuntes hæreditatem. Nam quicquid acquirunt, dicuntur patri & domino acquirere. Ast qui capit quod alij restituere teneatur, non dicetur cepisse. l. aliud est. suprà hoc titulo.

VLPIANVS LIB. VII.

LEX CXLI.

ETiam ea, mulier cum moreretur creditur filium habere quæ excisso ventre ædere possit. Necnon etiam alio casu mulier potest habere filium quem mortis tempore non habuit, vt puta eum qui ab hostibus captus remeauit.

SVMMARIVM.

Mulier moriens filium viuum enixa, habuisse dicitur, item & postliminio reducem.

Etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 ETIAM. Non videtur ea mulier absque liberis decessisse vt præteritione rumpatur eius testamentum, excisso cuius vtero infans prodiit viuus. Quod si ea cùm moreretur filium ab hostibus captum habebat, interpretatione legis creditur non habuisse filium mortis suæ tempore. Sed si ab hostibus remeauit, habere censebitur. Vide in hunc locum quæ scripsi in l. anniculus §. falsum est. suprà hoc titulo.

VLPIANVS LIB. VI. AD LEG. IVL. ET PAP.

LEX CXLII.

TRiplici modo intelligi coniunctio potest. Aut enim re per se coniunctio contingit: aut re, & verbis, aut verbis tantùm. Nec dubium est quin coniuncti sint, quos & nominum, & rei complexus iungit: veluti, Titius, & Mæuius ex parte dimidia hæredes sunto: vel ita, Titius Mæuiúsque hæredes sunto, vel ita: Titius cùm Mæuio ex parte dimidia hæredes sunto. Videamus autem ne etiam si hos articulos detrahas, &, que, cum, interdum tamen coniunctos accipi oporteat, veluti, L. Titius, P. Mæuius hæredes sunto ex parte dimidia. vel ita, P. Mæuius, L. Titius hæredes sunto, Sempronius ex parte dimidia hæres esto: vt & Titius, & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re, & verbis, coniuncti videantur: L. Titius ex parte dimidia hæres esto: Seius, ex parte qua. L. Titium hæredem institui, esto: Sempronius ex parte dimidia hæres esto. Iulianus posse dubitari ait, an tres semisses sint facti, an Titius in eundem semissem cum C. Seio institutus est. Sed eo quòd Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse in eundem semissem duos coactos, & coniunctim hæredes scriptos esse.

SVMMARIVM.

1 Re coniuncti sunt quos res eadem vtrique legata connectit.
2 Ex pluribus vel re vel verbo coniunctis legatum commune vno extincto ad alterum deuoluitur, non iure accrescendi sed suo, & proprio.
3 In disiunctis, inter legatarios quæstione orta iuri accrescendi locus non est, secus inter hæredes.
4 Inter hæredes disiunctos priuatos quæstio si est de legato, iuri accrescendi locus est, inter milites non item.

TRIPLICI. Hæc lex eò spectat, vt sciamus cui ex pluribus legatariis, deficientis portio accrescit. Aut enim re coniuncti sunt tantùm, aut verbis tantùm, aut re simul & verbis. Quod ipsum qualiter intelligatur, discutiamus. Re
2 coniuncti videntur, quos rei eiusdem duobus legatæ, coniungit & com-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

plectitur testatoris orario. Vt si testator dicat. Fundum meum Tusse- 1
rianum Iacobo & Carolo, do lego. Tunc censetur eorum quilibet ad
integrum fundum vocatus: sed concursu partes accipiunt. Vnde altero 2
eorum deficiente, ad alterum eius portio redit: non id quidem accre-
Verbis. scendi iure, sed iure suo & proprio. Et hoc quidem ad omnes coniun-
ctim institutos pertinet, seu re & verbis coniuncti sint, seu re tantùm, seu
verbis tantum. l. coniunctim. & ibidem gloss. in verbo concursu. ff. de le-
gatis tertio. & l. re coniuncti. eodem titu. l. vnica. §. his ita. C. de caduc. tol-
lend. Aliud si disiunctim legatum sit. Vt, *Titio fundum do lego, Seio*
fundum do lego, quia copula *Et*, vel *que*, vel *cum*, adicta non est,
coniunctim fieri legatum non dicitur. Quod si disiunctim legatum
sit, an locus sit iuri accrescendi? Et Bartol. in d. l. re coniuncti, distinguit
traditque referre inter legatarios quæstio sit, an verò inter hæredes. Si in- 3
ter legatarios quæstio est, constat (inquit) non esse locum iuri accrescen
di, vt de vsufruct. accrescend. l. j. ad princip. & l. à Proculo de legat. j. Si
inter hæredes, iterum distinguit, aut defunctus est priuatæ conditionis,
aut militaris ordinis. Si priuatus est, locus est iuri accrescendi inter dis- 4
iunctim institutos. l. hæredes. ff. de hæredib. institu. Et hac quidem ratio-
ne, ne decedat quis pro parte testatus, & pro parte intestatus. At si de-
functus miles fuit qui potuit pro parte decedere intestatus, & pro parte
testatus, aliud dicendum erit. Iam verò in coniunctis, qui re & verbis si-
mul coniuncti sunt, reliquis aliis præferuntur. Quæ omnia qualiter ha-
beri & accipi debeant, & de tractatione coniunctorum, & iure accre-
scendi, abundè copioséque Bart. in d. l. re coniuncti. & Bald. in l. j. C. quan
do non pet. part. & etiam Andr. Alciatus in hunc locum tradiderunt:
Ociosum quippe fuisset hæc eadem hoc loco recantare. b

VLPIANVS LIB. IX.
LEX CXLVII

ID apud se quis habere videtur, de quo habet actionem: habetur enim quod peti potest.

SVMMARIVM.

1 Rem habere dicitur fictione iuris qui pro ea reperenda actionem habet.
2 Verbum VIDETVR, in iure fictionem subindicat.

S APVD. Quæ ad hunc locum pertinent tradita sunt & explicata à nobis suprà in l. bonorum appellatio. & in l. sæpe. Glos. & doct. in l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. do. Text. & ibidem Decius in l. qui actionem. ff. de regul. iur. Huius capit's exemplum pete à Paulo in l. quod si in diem. §. Iulianus. ff. de petit. hæred. Si is qui pro hærede possidebat vi fuerit deiectus, petit ab eo hæreditatem posse, quasi à iuris possessore: quia habet interdictũ vnde vi, quo victus cedere debet. Qui igitur ab alio rem suam potest actionis 1
auxilio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

auxilio repetere, is eam rem videtur habere: hæc quidem fictione iuris.
2 Nam verbum *videtur*, fictionem indicat. Gloss. in l. si duo. ff. de acquir. hæred. in l. j. §. deiecisse. in verb. videor. ff. de vi & vi arma. Bart. in l. si quis pro emptore. ff. de vsucap. Philipp. Decius in dicta l. qui actionem. Vide etiam quæ scripsi in l. penes se. suprà hoc titulo.

PAVLVS LIB. X. AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CXLIIII.

MAsurius scribit libro Memorabilium, Pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine, amicam, paulò honestiore, concubinam appellari. C. Flaccus in libro de iure Papyriano scribit, pellicem vulgò vocari, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus misceat: quosdam eam quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant.

SVMMARIVM.

1 Pellex est viri mariti amica, Pallaca cœlibis.
2 πάλλαξ βόνυς scortum masculinum sexoletum significat.

1 MASVRIVS. Pellex (ait Budæus in annota. ad l. postetrio, de orig. iur.) propriè ea dicitur quæ cum eo consuetæ est qui vxorem habet. Quæ cum cœlibe consuescunt, non pellices, sed pallacæ dicuntur verbo Græco, Plinio & reliquis. Gellius libro quarto noctium atticarum, cap. iij. Anno (inquit) vrbis » conditæ quingentesimo vicesimo tertio, M. Attilio, P. Valerio COSS. » Carbilius cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis, diuortium cùm vxo- » re fecit, quia liberi ex ea corporis vitio non gignerentur. Atque is Carbi- » lius traditur vxorem quam dimisit egregiè dilexisse, charissimámque » morum eius gratiâ habuisse, & iurisiurandi religionem animo atque » amori præuertisse, quòd iurare à CENSS. coactus erat vxorem se li- » berorum quærendorum gratiâ habiturum. Pellicem autem appellatam probosámque habitam quæ iuncta consuetáque esset cum eo in cuius manu mancipióque alia matrimonij causa foret. Hæc ille. Postea subdit legem Numæ Regis de pellicibus. Pellex ædem Iunonis non tangito. Si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito. Inde puto apud Senecam Tragœdia prima scriptum in persona Iunonis excandescentis quòd cùm illa Iouis & soror & coniux esset, se tamen vna spreta, pellices, ipsi Ioui reliquísque Diis in deliciis essent. *Pallaca.*

Soror Tonantis (hoc enim solum mihi
Nomen relictum est) semper alienum Iouem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Ac templa summi vidua deserui atheris
Locúmque cælo pulsa pellicibus dedi.
Tellus colenda est, pellices cælum tenent.

Sic Cicero in oratione pro A.Cluentio habito, scribit Sassiam huius habiti matrem nepharia libidine inflammatam, coniunctámque dedecore & scelere, A.Aurio Melino genero suo & qui nupserat breui tempore post patris Cluentij Sassiæ ipsius mariti mortem, filiæ defuncti patris & eiusdem Sassiæ, cum tamen hæ nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ essent, pellicem fuisse. Filia (ait Cicero) quæ non solùm illo communi dolore muliebri in eiusmodi viri iniuriis angeretur, sed nepharium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem sine scelere arbitraretur, &c. Hoc nomen pellicis etiam puero & masculo accommodatur, quo turpiter vtuntur molles homines: vel fortasse qui cum nupta muliere libidinis gratiâ habitat, marito pellex dicitur. Cicero in oratio. in Salustium. Sed tu (inquit) omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es & belli ciuilis memoria. Sic adolescentulos Plato Comicus παλλάκας appellauit. Nam & Græci παλλακὰς βόσκειν dicunt, id est, adolescẽtulum qui iam excessit ex ephebis, aut qui huic ætati est proximus. Hoc, quod sciam, non animaduerterunt Budæus & Alciatus, nec etiam Vallensis: Pellex siquidem à Græcis ἡ παλλακὴ καὶ παλλακίς. Καὶ ἀπὸ τοῦ παλλὰξ λέγεται, dicitur παλλακὴ Etymologico authori παῖς, id est, puer, vel puella quæ à Doricis παλλὰξ. Etenim παῖς ἡ καὶ ἡ sub vtroque genere enunciatur. Gellius loco suprà citato. Pellex (inquit) quasi πάλλαξ, id est, quasi παλλακίς, vt pleraque alia: ita hoc quoque verbum de Græco flexum est. Sunt qui inter pellicem & pallacam id discriminis esse existimant, quòd Pallaca dicatur quæ cum cœlibe consueuit: pellex verò, cum eo qui vxorem habet. Hic Paulus noster tradit C. Flaccum in libro de iure Papyriano scripsisse pellicem vulgò vocari, quæ cum eo cui vxor sit, corpus misceat: secundum quosdam eam quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant. Horum vtrunque verè sensisse & dixisse arbitratur Laurentius Vallens. Sed tamen apud Oratores & Poëtas pellicem non demum haberi quæ cum eo cui vxor est, corpus miscet. Et hanc quoque arbitror veram esse significationem pellicis, quæ à pelliciendo dicitur: vel, vt Diuus Augustinus in secundum epistol. Petri, à pollutione, vel à pellis formositate qua incautos pelliciunt & decipiunt. Eandem diui Augustini authoritatem citat Glossa in Canonic. Si enim, de pœnitent. distinction. secunda. Veruntamen idem ipse Vallensis tradit pallacen potius quàm pellicem oportere dici pro concubina cœlibis hominis: culpáque librariorum in editionibus esse vitiatum locum Curtij, in eam significationem profert & citat: aitque huius rei hoc esse argumentum,

Pellicatus.

Pallaca.

Pellex unde dicta.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

argumentum, quòd non rectè quis dicitur habere pellicem, sed vxor: atque esse nomen ad alterius vxorem relatiuum cuius cum viro rem habet, non autem ad masculum: nec ita rectè dicturos oratores illos fuisse qui pallacen dixerunt, ac si pellicem dixissent. Quæ Vallæ quidem opinio confirmari potest testimonio Sueto. Tranquilli in Vespasia. August. his verbis scribentis. Post decisa quæcunque obuenissent negotia, gestationi & inde quieti vacabat accubante aliqua pallacarum quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat, ac secretò in balneum tricliniúmque transibat. Hîc pallacas Tranquillus non pellices dixit, quas defunctæ Cænidis vxoris loco fouebat. Nam post defunctam priorem vxorem Flauiam Domicillam, ex qua Titum & Domitianum & Domicillam liberos tulit, Cænidem Antoniæ libertam, & à manu, dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium, habuítque eam ipse Vespasianus penè iustæ vxoris locò. Cùm ergo neque Flauiam Domicillam, neque Cænidem iam vita functas amplius haberet, ac sine vxore esset, pallacas accersiuit, id est concubinas. Pellices dixisset Suetonius, quasi adhuc Vespasiano vxor fuisset. Ex quo videre est varium dictionis vtriusque significatum. Iuuenalis Satyra sexta. *Cap. xxj.*

Semper habet lites, alterndque iurgia lectus
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.
Tum grauis illa viro, tunc orba tigride peior
Quum simulat gemitus occulti conscia facti,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat.

Ministras pellices appellauit Martialis libro xij. epigram. in Zelotypam, hoc epigrammate.

Cùm tibi nota tui sit vita fidésque mariti
Nec premat vlla tuos sollicitétque thoros,
Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris?
In quibus & breuis est & fugitiua venus.

VLPIANVS LIB. X.

LEX CXLV.

VIrilis appellatione, interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum est.

SVMMARIVM.

1 Virilis appellatio ad singulas, & æquales partes pertinet, pro numero personarum.
2 Virilis pars totum ac reliquum quandoque significat.
3 Quod pro virili præstatur, pro virili apud eundem retinebit.
4 Legatarij generali appellatione nomine, ad onus extrinsecum præstandum tenentur pro parte virili
5 In præstando onere intrinseco, nulla inter legatarios, & hæredes differentia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Virilis quid.

VIRILIS. Vna atq; altera significatione hæc dictio, virilis, accipitur tum à linguæ Latinæ authoribus, tum etiã à nostris iureconsultis. Nam quod dicimus aliquando pro virili parte quicquã facere, id pro viribus, pro potestate, & quatenus in facultate nostra est positum, intelligimus. Cicer. actio. v. in Verrem. An si qua in re contra rem meã decresset aliquid iniuria, iure me ei inimicum esse arbitrarer: cũ omnia cõtra omniũ bonorum rẽ, causam, rationẽ, vtilitatem voluntatémq; seterit, quæris cur ei sim inimicus cui Po. Romanus infestus sit? qui præsertim plus etiam quàm pars virilis postulat, pro voluntate Po. Romani, oneris ac muneris suscipere debeam. Virilis etiam dicitur quod ad virum pertinet, & virum decet summa virtute prẽditum (est enim à viro virtus dicta, vt testis est Cicero lib. ij. Tuscula. Quęstio.) vt virilis animus, id est fortis & μεγαθυμος. Dicebatur etiam virilis toga, virorũ vestimentum à Romanis. Solebant enim prætextam pueri ad virilem vsque ætatem deferre. Deposita verò & dimissa prætexta post pubertatem, decimo videlicet & septimo ætatis anno, togam sumebant: quę ideo virilis dicta est. Tamen Octauium Augustum anno tantùm sexto decimo togam sumpsisse comperimus. Neronem etiam vix pubescentem toga indutum, idq; antetempus quo maturus imperio videretur, traditum est. Caium tamen Cæsarem vndeuigesimo. Cuius rei Tranquillus meminit, Virilem quoque fortunam appellabant: Cuius templum extra vrbem ad Tyberis ripam, in quod, mulieres quæ dabantur nuptui, frequentes ventitabant: & corpore inuelato singula membra, ne quo morbo vitióque affectæ forent, aut labe aliqua tenerentur, detergebant. Præterea, virile pro ciuili vsurpauit Callistratus in l. fœminæ. ff. de ædendo. Quo loco dixit, fœminas remotas videri ab officio argentariæ, cum ea opera virilis sit, id est virile negotium & ciuile, vt visum est Francis. Connanno libro vj. Commentariorum iuris ciuil. Alioqui, virilis appellatio ad singulas & æquales partes refertur pro numero personarum. l. vnicus. §. sinautẽ legatarij. C. de caducis tollendis. Vt cùm dicimus hæredes pro virili teneri. Idem de pluribus vna eadémque obligatione comprehensis, cum pro virili, τοτ'ἴσι, ἢ μέρος ἢ ἐν μέρει ἢ τὸ οὖν μέρος non in solidum tenetur. Sed Vlpianus hoc loco virilis nomen, totum ac reliquum quandoque significare scripsit. Vt cùm duo in partes æquales instituti sunt, altero eorum mortuo, vel qui eiurauit hæreditatem, totum accrescit alteri. Sic virilis appellatio ad totum reducitur. Sed quærit Accursius, in dicto §. sinautem, & quod ad hanc rem facit, testator mihi duos trientes legauit, tibi verò trientem totius hæreditatis: nos autem Mæuio totam restituere iussit: eiurat ac repudiat Mæuius, an tota pro virili parte apud nos remaneat? Et remanere pro partibus æquis & pro virili Iustinianus Impera. censuit in dicto §. sinautem. Sed id quidem locum habere arbitratur Accursius in onere extrinseco: deiuncto à legato secundum Paulum Castrensem senten

Virtus vnde dicta.

Toga virilis.

Prætexta.

Virilis fortuna.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

3 ſententiam,iuncto legatariis etiam ſub appellatiuo nomine. Quia quod pro virilibus præſtamus,ait ipſe Accurſius,& pro virilibus apud nos remanet.Secus ſi res legata contineatur fideicommiſſario.Tunc enim pro legati modo remanet.At verò hæredes damnati ſub appellatiuo nomine, pro hæreditariis partibus,id eſt pro virili ſoluunt:atq; etiam pro hæredi-
4 tariis retinent.Ex quibus Accurſij verbis colligere licet, legatarios generali appellatiuo nomine,teneri pro virili. Quod ſi eſt extrinſecũ onus, penes eos pro virili emolumentum manere:ſed vt hæredibus,manet pro portionibus hæreditariis.Cuius rei ratio hæc eſt,quia hæredes intelligun- *Interpretatio.l.j.§.finautem.C. de cadu. tol len.*
tur pro hæreditariis portionibus grauati : ſed cæteri cenſentur pro viri-
5 libus partibus grauati. Quando onus eſt intrinſecum, nullam eſſe inter hæredes & legatarios differentiam Philip.Cornæus tradidit.

TERENTIVS CLEMENS. LIB. II.

LEX CXLVI.

SOceri & Socrus appellatione, Auum quoque & Auiam vxoris vel mariti contineri, reſpondi.

SVMMARIVM.

1 Socer ἑκυρὸς propriè eſt mariti pater ſponſæ, vſurpatiuè etiam γαμβρὸς vxoris pater genero: itidem ſocrus in ſuo ſexu.
2 Soceri & ſocrus vocabula ad ipſorum maiores extenduntur.

OCERI. Eſt ſiquidem ſocer,vxoris meæ pater, â Grecis ἑκυρός, ſed propriè mariti pater ſponſæ vt Priamus Helenæ.

ἠδοῦς τέ μοι ἐστὶ φίλε ἑκυρός τε.

Socrus autẽ ἑκυρὰ ἡ γαμβρὸς vxoris meę mater. γαμβρὸς μὲν ὕστερον ἡ τῆς ἰδίας γαμετῆς μητήρ, ait Theophil.inſtitu.tit.de nuptiis.§.ſocrum.Sed propriè ſicut 1 ἑκυρὸς mariti pater eſt ſponſæ,ita γαμβρὸς vxoris pater genero : vtrunq; autẽ *Socer. Socrus.*
ſoceri nomen apud latinos cõplectitur ἑκυρός. vt tradit Etymolog. author, παρὰ τὸ δὲ ἐκείνῳ κέρδιον ἄγειν: ἢ παρὰ τὸ κύρου τὸ τῆς τυγχάνου, quod ratum facere,comprobare,& decernere ſignificat:alterum,frui,potiri,& conſequi,Budęo teſte.
2 Socerum igitur,atque Socrum, ad aſcendentes auos proauóſque ,auias proauiáſque protenditur:ſicut Gener & Nurus ad deſcendentes.Sunt autem correlatiua. vide in l.non facilè.ff.de gradib.affinit.

IDEM LIB. III. ED EDICTVM.

LEX CXLVII.

QVi in continentibus vrbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.

QVI IN CONTINENTIBVS. Quæ dicantur continentia vrbis, ſupra eſt dictum in l.ædificia.in l.ij.in l.vt Alphenus.hoc titu.At quid ſit vrbs, ciuitas,& villa latiſsimè tradidimus in Commentariis ad conſuetud.Turonenſ.prefecturæ,in titulum generalem : in verbo. *La ville de Tours.* *Continentia vrbis.*

Caius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX CXLVIII.

NON est sine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia est. Hęc enim enuntiatio habet liberos, non habet liberos semper plurali numero profertur: sicut & pugillares, & codicilli.

SVMMARIVM.

1 Liberorum plurali appellatione vnus filius, vnáve filia dici possunt. item & nepos, neptisve, & infra.

Cap. xiij. Liberi.

NON EST. Antiqui oratores (inquit Gellius libr. ij. noct. attica.) historiæq; aut carminum scriptores, etiã vnũ filium filiámve, liberos, multitudinis numero appellarũt: idq; tã virilis quàm muliebris sexus. Cicero Philip. prima. Præclara tum oratio M. Antonij egregiáq; volũtas: pax deniq; per eũ & per liberos eius cum prestãtissimis ciuibus confirmata est, &c. Hîc Antonij liberos, dixit Cicero numero plurali, cùm tamẽ vnum tantùm filium suum obsidẽ pro concordia Bruti & Cassij, qui interfecto à se Cęsare in Capitolium cõfugerant, vt principum suasu in forum tuti descederent, ipse dedisset. Terentius in Heautontimor.

Act. j. Scen. j.

CH. Ingenio te esse in liberos leni puto.

Liberos, vt in eodẽ loco testis est Donatus, multitudinis numero dixit, cũ Menedemus vnicum haberet filium. Idem etiã Terẽtius in Hecyra, liberos in plurali pro filia in fœminino genere dixit. Qui (inquit) illud decrerunt dignum suos cui liberos committerent. Sic Cicero. En cui tuos liberos committas, & habemus enim liberos omnes, de puella dictum. Si quis itaq; liberos dixerit de omnibus liberis cẽsebitur dixisse, & si plures liberos, vel vnum tantùm filium habeat. Non enim hæc vox, liberi, aptè in singulari numero reperiri solet apud classicos Latinæ linguę authores, sed semper in plurali: vt pugillares, & codicilli, quoniã singulari carẽt, vt testatur Lauren. Vallensis libr. iij. elegant. cap. y. Qui igitur ex nobis sunt nati, liberos appellamus, id est filios seu natos, vsque ad trinepotem & reliquos posteriores descendentes, vt. l. liberorum. infra hoc titu. quemadmodum, Parentes, vsque ad tritauum ac vlteriores ascendentes, nominantur proprio vocabulo apud Romanos. At vlteriores qui speciale nomen non habent, Maiores dictos Paulus tradidit. Qua ratione, videntur parentes, & liberi relatione quadam vicissim haberi. Ideò autem liberi dicuntur filij, quòd liberaliter, vel liberalitate quadam, vt ait Donatus, educandi & regendi sint. Quæ Etymologia ex Terentio manauit, in Heautontimo. Actus primi scena prima, his verbis.

Act. ij. Scen. j.

Parẽtesqui dicantur.

Maiores qui.

Liberi vnde dicti.

PVDORE, *Et liberalitate liberos*
Retinere satius esse credo, quàm metu.

At verò

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

At verò, quòd ex nobis natos, liberos appellamus, Cicero libro secundo de natura deo. testis est. Sed quòd ex nobis, inquit, natos, liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt liber, & libera, &c. Cęterùm, qui sint Pugillares, docet hoc loco Alciatus. Dicimus & pugillar, & pugillaria neutro genere. Sunt autem pugillares cereæ seu ligneæ aut alterius materiæ tabellę in quibus stylo scribimus, vt testis est Valla li. iij. cap. viij.

IDEM LIB. X. AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CXLIX.

NAm quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est vt dicamus liberos habere.

SVMMARIVM.

1 Qui moriens vxorem reliquit prægnantem viuo fœtu, non censetur decessisse sine liberis.

NAM QVEM. Illum qui liberos habet, dicere sanè non possumus sine liberis esse. Concludemus igitur à necessariis, eum liberos habere. E contrario, qui negat quem sine liberis decessisse, confitetur liberos tempore mortis habuisse. Si enim ante mortem patris liberi excesserint è vita, nõ dicetur pater mortis tempore filios habuisse: ergo sine liberis decessisse. tex. in cap. Raynutius. ad princip. vbi etiam gloss. in verb. filium ex eo. extr. de testamen. Videto plura in hanc rem apud Bartho. Cæpolam in hunc locum. Sed & si quis vxorem prægnantem reliquit (ait Celsus tit. superiore de reg. iur.) non videtur sine liberis decessisse: si modò fœtus in vtero prægnantis vxoris viuus esset.

IDEM LIB. VIII. AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CL.

SI ita à te stipulatus fuero, QVANTO MINVS à Titio consequutus fuero, tantùm dare spõdes? Non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consequutus, totum debeas quod Titius debuerit.

SVMMARIVM.

1 Ex stipulatu fideiussor pro alieno debito minus soluto, si nihil solutum fuerit nihilque habeat debitor, de toto tenetur.
2 Fideiussor non est compellendus, nisi excusso principali debitore.
3 Duorum stipulandi reorum vterque in solidum tenetur.
4 Venia dignus est qui aliena culpa tenetur.
5 Fideiussor qui de credito à debitore exigendo, creditorem maturè admonuit metu imminentis damni, & fraudis, fideiussor liberandus est, & creditor exceptione doli summouendus.

SI ITA A TE. Rem meam cùm ego venderem Titio, obligauit se mihi Titius in cẽtum, Intercessit Mæuius à quo stipulatus sum QVANTO MINVS à Titio cõsequutus essem, tantùm darer & mihi persolueret. Tandem aliquando ipse Titius in eam deuenit paupertatem, vt mihi omnino soluendo non sit, Mæuium sine dubio periculum debere subire, & ad tota centum teneri Caius respondit, & idem Papinianus in l. decem stipulatus. ff. de verb. obl.

Sed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sed id ita prescribendum erit, si modò prius conueniatur Titius, & iudici probauero eum ipsum Titium omnino non esse soluendo, discussa vndique Titij paupertate. Alioqui pendente ea conditione, QANTO MINVS pendet etiam obligatio Mæuij. Ideo ait idem Papinianus, si centum à Titio petieris, non erit solutus Mæuius, nisi iudicatum Titius fecerit. Non enim sunt duo rei Titius & Mæuius eiusdem obligationis: sed Mæuius sub conditione debet, si à Titio exigi non poterit. Igitur, nec Titio conuento Mæuius liberabitur, qui an debiturus sit, incertum est: & soluente Titio non liberabitur Mæuius: quia nec tenebatur, cum conditio stipulationis defecit: nec Mæuius pendente stipulationis conditione rectè potest conueniri. Non enim à Mæuio ante Titium excussum rectè petetur. Atque hoc ipsum quidem est quod dicimus conueniendum non esse nec compellendum fideiussorem, nisi excusso demum principali debitore, vt cautum est authen. præsente. C. de fideiusso. Quod secus se habet in duobus reis stipulandi qui ea lege & conditione pacti sunt vt in solidum tenerentur. authen. hoc ita. C. de duobus re. stipulan. & prom. Cuius differentiæ eam rationem tradiderunt Salyce. Angel. Perus. Bald. & Cynus, quòd hi suo & proprio morbo laborant, illi verò alieno tenentur. Quare fideiussori magis succurrendum censent. Venia nanque digni sunt qui aliena tenentur culpa, cuiusmodi sunt fideiussores pro alieno debito obligati. argumen. l. legem. C. de naturalibus liberis, gloss. in cap. in nostra. super verbo, inutilem ad finem extra de procuratoribus. Quid autem, si vulgò compertum sit ac notum, ipsum debitorem omnino non esse soluendo, an nihilominus discutiendus sit, an verò fideiussor primùm conueniendus? Et Bartolus in l. fin. C. si certum petatur. censuit conueniendum, neque amplius debitorem excutiendum. & Bald. in cap. ex rupto. de iureiurando. Quo loco aliter præscribit & limitat dictam authenticam præsente. Idem Bart. in l. si seruum. §. videamus. & in l. decem, dicto titulo, si certum petatur. C. Sed hæc sententia Bartoli & Baldi nullius esset in nostris decuriis Franciæ authoritatis. Vulgò enim obseruamus, vt prius legitimè probatum sit iudici debitorem soluendo omnino non esse, discussis vndique illius bonis, quàm ad fideiussores aut tertios possessores deueniatur, secundum d. authen. præsente. & d. l. decem stipulatus. & l. fi. ff. si certum petatur. Quid si fideiussor iamdudum admonuerit creditorem vt à debitore, cuius nomine fideiussorem se exhibuit, debitum exigeret, ac futurum esse vt bona omnia prodigat & absumat, euenit tandem vt debitor ipse sic æs alienum conflauerit, vt bonis cedere iam fuerit coactus, an fideiussor, eo quod creditorem eius periculi prius admonuit, simul & ei denunciauit vt futuro atque impendenti damno fraudique prospiceret, liberandus sit? Respondit Scæuola liberandum esse, & creditorem exceptione doli summouendum: l. si fideiussor creditori. ff. de fideiussoribus.

Fideiussorũ & correorũ differentia ratio.

Discussio debitoris quãdo fiers debeat.

Quæstio pulchra.

Terentius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

TERENTIVS CLEMENS. LIB. X. AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CLI.

DElata hæreditas intelligitur quam quis posit adeundo consequi.

SVMMARIVM.

1 Delata hæreditas est quam quis iure, & sine impedimento adire potest.

DELATA. Triplici iure deferri hæreditas dicitur. Aut enim defertur ex testamento, iure ciuili: aut ab intestato ad suos, ex lege duodecim Tabul. aut iure honorario, id est bonorum possessione. Traditur hoc amplissimè in titu. de hæreditatib. ab intesta. insti. ciuilib. & l. qui autem. §. j. ff. quæ in fraud. credit.

1 Delatam igitur hæreditatem intelligi oportet, quam quis iure nullóque impedimento adire potest. Bald. in l. potuit. C. de iure deliber. Ecce enim ignoranti, indigno, aut etiam nolenti & repudianti delata minimè censenda erit. Videto latius hîc Alciatum. *Delata hæreditas quæ.*

CAIVS LIB. X. AD LEGEM IVL. PAP.

LEX CLII.

HOminis appellatione tam fœminam quàm masculum contineri non dubitatur.

SVMMARIVM.

1 Hominis appellatio vtrunque sexum complectitur, nisi aliud expressius determinetur.

HOMINIS. In sacra scriptura apud Hebræos, homo aliter Enos, aliter Adam appellatur. Sed propriè Enos eum esse volunt qui recta ratione præditus, veri Dei cognitionē habeat, quem Latini verum hominem interpretantur, & pium ac religionis amantem. At verò nomine Adam, vniuersam hominum generationem comprehendunt: & tam viro quàm fœminæ conuenit ac cōmune est: quod terra natū significat. Quēadmodum igitur homo apud Latinos propria verbi significatione masculū simul & fœminam cōplectitur, sic etiā Adam apud Hebręos ad vtrunq; sexum cōmune nomen est, vt videre est ex cap. v. lib. primi Geneseos. Masculum & fœminā creauit eos, & benedixit illis: & vocauit nomen eorū, Adam. Cùm Plinius lib. vj. natural. Histo. & Cicero in Tuscula. quæstio. ac reliqui Philosophi scripserūt omnia hominis causa naturā genuisse, intellexerunt tam marē quàm fœminam: quod dubitari non solet. Cicero lib. primo de legib. animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, quem vocamus hominē, præclara quadam conditione generatum esse assumo, &c. Hanc vocem homo, sub vtroq; sexu enuntiauit Cicero. Tam est enim capax rationis & consilij mulier quàm vir. Quare quando masculum tantùm dicere Latini volunt, virum appellant, quòd maior in eo *Homo apud Hebræos Enos, & Adam.* *Adā quid significat.* *Plin. li. vij. cap. j.* *Vir vnde dictus.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vis est quàm in fœmina, vt testis est Lactantius, in lib. de opificio Dei: & hinc Virtus nomen accepit. Nam plus roboris maribus attributum est, ait ipse Lactantius, cap. xij. quo facilius ad patientiam iugi maritalis fœminæ cogerentur. Sic à Græcis dicitur ἀνὴρ quod vir à Latinis, παρὰ τὸ ἄνω τὸ ἀνῶλον ἀνῶλος & per Syncopem ἀνὴρ. Hominem autem ἡ κοὶ τῶν ἀνθρωπῶν masculino & fœmININO genere dicunt παρὰ τὸ ἄνω θρῶν, ἤγουν βλέπειν, μόνος γὰρ ἄλλων ζώων ὁ ἄνθρωπος ἄνω βλέπει, quod sursum aspiciat & intueatur. Solus est enim reliquorum animantium sursum aspiciens & oculos torquens ad cœlum: ἢ παρὰ τὸ ἀνοθρῶν ἢ ὀφθῆναι, id est, considerare ea quæ vidit, vt Platoni visum est, ἤγουν ἀναλογίζεσθαι ἃ θεωρεῖ ἄνωνα. Hominem quippe ab humo dictum plerique existimarunt: & falso hercule. Nam propriè homo, est animus ille immortalis delibatus ex sempiternis illis ignibus, vt ait Cicero, & in quo nihil est admistum aut concretum aut quod ex terra natum fictúmque esse videatur. Tamen quatenus ad corporis humani fabricam attinet, vera potest esse etymi ratio. Dicimus nanque & exteriorem & interiorem hominem, pro corpore & animo. Sed diuus Ambrosius libro sexto hexaemer. ab humanitate hominem dictum arbitratus est, sicut ab intuendi & cogitandi acumine & viuacitate ἀνθρωπῶν Græci nominant, vt supra diximus. Quod etiam testificatur Cælius Rhodoginus libro secundo lectio. antiq. cap. xx. Quo loco amplissima de homine tradit. Hîc sanè nequaquam omittam (quod & memoria repeti dignum fuit) Plinium scripto reliquisse libro ix. histor. natural. cap. quinto, marinum hominem visum in Gaditano Oceano, toto corpore absoluta similitudine, ascendere nauigia nocturnis temporibus, statímque degrauari quas insederit partes: & si diutius permaneat, etiam mergi. Hoc siquidem caput seu lex, eò pertinet, vt intelligamus vocem quæ masculino genere enuntiata sit, etiam fœmininum comprehendere, vt suprà traditum est in l. j. huius tituli, & aliis deinceps locis. Et quoties lex seu testator hominem dicit, tam marem quàm fœminam intelligere: nisi aliud expressius appareat, adiecta videlicet qualitate, aut proprio nomine. Vt cùm dicitur, hominem Titium do lego, & si quid aliud eiusmodi enuntietur.

Virtus vnde.

ἀνὴρ vnde.

ἄνθρωπος vnde dictus.

Cicero lib. j. Tusculanarum quæstio.

Homo marinus.

TERENTIVS CLEMENS LIB. XII. AD LEG. IVL. PAPIAM.

LEX CLIII.

INtelligendus est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est.

SVMMARIVM.

1 Posthumus mortis paternæ tempore, etiam septimestri minor in viuis fuisse fauorabili iuris fictione censetur.

2 Lex ciuilis suadente æquitate interdum id fingit, quod natura fieri negat.

Intellig

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 INTELLIGENDVS. Posthumus, & quem pater moriens in vtero matris reliquit, etiam ante mēsem septimum, cum de fauore illius agitur, intelligendus erit in vtero fuisse tempore mortis patris vel testatoris: quamuis id naturæ vis non patiatur, vt partus nisi septimestris esse possit, & ante septimum
2 mensem edi. Sed lex ciuilis idipsum fingit esse quod per naturā sit ἀδύνατον, si modò id æquitas suadeat.

MARCELLVS. LIB. I.
LEX CLIIII.

MIlle passus, non à muro vrbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt.

SVMMARIVM.

1 Passuum sex sunt discrimina.
2 Prouocatio ad populum erat tantùm intra vrbem, & extra ad 1000 passus.

1 MILLE PASSVS. Passus est quantum homo passis pedibus ambulando conficit. Annotauit Philander sex passuum discrimina & differentias. Est enim passus qui continet vestigium & spatium, id est, pedes duos. Alius duo vestigia & medium interuallum, id est, pedes duos & dimidium. Tertium genus passuum, duo vestigia cum interuallo vno continet, aut contra, id est, pedes tres. Quartum, duo spatia cum totidem interiectis vestigiis, id est, pedes quaternos. Quintū, tria interualla cum vestigiis duobus, aut cōtra, id est, pedes quinos. Sextum, vestigia tria cum totidem interuallis, id est, pedes senos. Græci ὀργυιὰς appellant. Hoc exprimitur expansis brachiis inter longissimos digitos. Iunius Nypsus in Cōmentario de agrorum mensuris, ad Celsum, duodecim mensurarū appellationes tradit, quarū in lōgitudine vsus est, digitū, vnciam, palmū, sextam, pedē, cubitū, gradū, passum, decēpedam, actū, stadium, & milliariū. Stadiorum autē duplicē rationem tradidit Suydas. Alterā videlicet, spatiū quod qui cursu contēdit vno spiritu ducere queat, modò lōgius, modò breuius pro currentis facultate & viribus corporis. Alterā verò quę ad geometricā mensurā pertinet: quā nonnulli volūt esse cxxv. passuum, hoc est, dcxxv. pedum secūdū Plinium lib. ij. apud Herodotum Stadiū est mēsura centū pedum: & orgyę centū, stadium implent. Pes quatenus est as & pondo (nā aliâs propriè est mēbrum quo calcamus & incedimus παρὰ τὸ πατεῖν, id est à calcando) in duodecim vncias partitur: dicimúsque Semissem pro sex pollicibus, vt nostrates loquuntur, id est, octo digitis. Spithame Græco vocabulo dicitur mēsura digitorū duodecim: nostri Dodrātem vocant. Palmus quaternos digitos significat, & alio nomine, Quadrās vocatur. Budæus lib. j. de asse. Itaque (inquit) mensores post mēsuras maiores ad pedē descendētes & palmū, nec habentes quomodo palmum cōmodè diuiderent (vt author est Boëthius) id quod inter palmum & digitū medium erat, vnciā vocare instituerunt:

Passuquid.
Passuum varietas.
Mensurarū nomina.
Stadiorum genera duo.
Plin. lib. ij. Cap. xxiij.
Pes quid & vnde.
Semis.
Spithame.
Dodrans.
Palmus.
Quadrans.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

secundo loco, digitum: tertio, staterem, id est semunciã: quarto, quadrantem: quinto, drachmam: sexto, scrupulũ: septimo, obolum: octauo, semiobolum, quẽ Græci Ceratium vocãt: nono, siliquam: decimo loco, pũctum: vndecimo, minutum: duodecimo, momentũ posuerunt. Legitur in legibus duodecim Tabul. pes sestertius pro pedibus duobus & semisse. Et Columella libr. xij. cap. xxxiiij. ad palmũ decoquere, id est ad quartas partes acetum scylliticum oportere dixit. Sunt itaq; mille passus stadia octo, & pedum millia quinque teste Vitruuio lib. x. architec. cap. xiiij. Cùm ergo (inquit) quadringentenis versationibus imi tympani semel superius versabitur, progressus efficiet spatia pedum millia quinq;, id est, passus mille. Hæc ille hactenus. Milliarium nos etiã vocamus, & quod Banleucam nostrates dicunt. Quod Budæus ex T. Liuij libr. ij. ad vrbe condi. annotauit. de prouocatione ad populum lege lata, aduersus magistratus à Valerio publicata. Quę prouocatio erat tantùm intra vrbem & extra ad mille passus: quod & extra primum lapidem idẽ Liuius lib. iij. in eãdem significationem dixit. Modestinus in l. scire oportet. §. multa. ff. de excusa. tuto. scripsit extra centesimum lapidẽ à ciuitate: & Iustinianus tit. eo. institutio. §. si verò vltra, pro milliario, vltra centesimũ lapidem, & intra centesimum lapidem etiã dixit. Theophilus legit, siue intra cẽtesimum milliarium ab eo loco, siue vltra centesimum milliarium agant, &c. ἐάν τε ἐντὸς ἑκατοστοῦ μιλίου ἀσιν ἐκείνου τοῦ τόπου, ἢ ἐκτὸς ἀφίστωνται ἑκατοστὸν μίλιον. De hac re videto iterum quæ scripsi in Commentariis ad consuetud. Turonens. titulo *Des droits de basse iustice.* arti. x. Et apud Budæum in annota. ad l. vltim. ff. si mensor falsi. mo. dixe:

LICINIVS RVFINVS LIB. VII. REGVLARVM.

LEX CLV.

PRoximi appellatione etiam ille continetur qui solus est.

SVMMARIVM.

Proximus & primus dici potest, etiam quem nemo sequitur.

PROXIMI. Dictum est suprà in l. proximus, eum esse proximum quẽ nemo antecedat, postremum, quẽ nemo sequatur. Itaq; de pluribus dictũ videtur, & variis affinitatis gradibus in superlatiuo. Fit tamen aliquãdo vt proximus positiui vim habeat, sicut intimus. Dicimus enim, hic est mihi magis proximus: ita hic est mihi magis intimus, secundum Laurent. Vallam lib. j. elegan. cap. xvij. Qua ratione, si quis proximo hæredi centũ legauerit, censetur vni & soli legasse, cũ nullos alios haberet hæredes. Quemadmodũ si pluribus in stadio currentibus proponatur brauium primo qui metam contigerit, is sanè qui metã attigit, tamet si nulli alij præter eum vnum cucurrerint in stadio, nulliquè eum sequuti sint, brauium accipiet, secundum Panormitani sententiam in cap. Ioseph. extr. de verbo. sign. sic Genes. j. dicitur dies vnus, id est, primus: quod eleganter ex sacris testimoniis probauit D.

Proximus in positiuo gradu.

Andręas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Andreas Tiraquellus in tractatu, de iure primigeniorum, quæst. j. Cæterũm vide quæ scripsi in l. proximus. suprà hoc titu.

IDEM LIB. X. REGVL.

LEX CLVI.

MAiore parte anni possedisse quis intelligitur etiam si duobus mensibus possederit: si modò aduersarius eius aut paucioribus aut diebus nullis possederit.

SVMMARIVM.

1 Personaliter citándi domicilium est, vbi maiorem anni partem elegit.

MAIORE. Alciatus compendiosè & doctè, vt reliqua solet, hoc caput interpretatur. Quod reliquũ est eò tendit lex, vt si citationem domum & coram denuntiatam esse oporteat, & qui citandus est non vno in loco commoratur & habitat, cõsyderandum erit quo locorũ maiorem anni partem exigat. De qua re vide l. cùm de lanionis. §. Sabinus ait. & in eandem paragraphen, Bartol. ff. de fundo instru. & instrumen. lega. Et glo. per hunc tex. in Clem. causam. in verb. communiter. de electio. & electi pot. Quæ autem dicatur maior pars, latè in Commentariis nostris ad consuetud. Turonens. ad titulum generalem tradidimus.

AELIVS GALLVS DE VERBORVM QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIFICATIONE.

LEX CLVII.

QVantum ad iuris pertinet largam significationem, paries est, siue murus, siue maceria est. Item, via est, siue semita, siue iter est.

SVMMARIVM.

1 In quæstionibus finium regundorum, parietis, muri, maceriæ largo significato eadem est ratio, sicut viæ, itineris, & semitæ, in seruitutibus prædiorum.

QVANTVM. Parietem (inquit Leo Bap. Albertus lib. j.) dicimus omnẽ structuram quę à solo in altũ surrexit ad ferendum onus tectorum: quæve obducta stet ad interiora ædificij vacua obuallanda. Sed propriè domorũ & priuatorum ædificiorum paries dicitur. Murus (ait Lauré. Vallen. li. iiij. cleg.) est vrbis lapideus ambitus qui Græcis dicitur τὸ τεῖχος: paries vero ὁ τοῖχος. Mœnia pro muris accipi solent, & pro ędificiis ipsius vrbis. Mœnia à muniendo quasi munimẽta dicta: vel, vt quidã volunt, ab amœnitate, quasi amœna. A Græcis τὸ χωρὶς τὸ τεῖχος τὸ κάστρον, quod ædificare, obarmare significat, ὁ ἀπὸ τοῖχος quod munire est & vallare muro. Muri igitur & mœnia sunt oppidorũ & vrbium muniẽtia ipsum oppidum (quod ab opę dicitur) vel vrbiẽ cingentia & obarmãtia. Quod videre est passim apud Virgilium, Cæsarẽ, T. Liuiũ, & Vitruuium. Maceria autem seu Macelles, est paries ex puris cæmentis temere congestis & sine arenato lapidibus extructus, & Græcis quoq; τοῖχος

Pariet quid.

Cap. viij. Murus.

Mœnia.

Oppidũ vnde dictum.

Maceries quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sicut murũs vt docet Vitruuius:& M.Cato lib.rei rusticæ,cap.xv.sed maceriis vtimur propriè sepiendis fundis,hortis,& vineis,sicut Clatris. Caius in l.fin.ff.fini.regund.quo loco Solonis legem citat. ἐὰν τὰ ἀμπελῶν περιβόλαια χωρὶς ἀξίνης ἢ ὄχετος μὴ διαβαίνῃ : ἢν τάχιστα, πίστα ἀποδίδοσθαι &c. Si quis sepem ad alienum prædium fixerit infoderitque,terminum ne excedito : si maceriem, pedem relinquito.Columella libr.v.cap.x.locum,inquit,pomàriis prius quàm semina seras,circummunire maceriis oportet vel sepe, vel fossa præcipiti,vt non solùm pecori, sed & homini transitum negare valeat. Quoties igitur de iure alicuius domini quæstio est,& finium regũdorum agitur,nihil refert paries, murus, an maceries dicatur.Larga enim significatione pro eodem accipiuntur,& communi seu vulgari loquendi vsu. Quare si præcario à me obtinuisti vt maceriem in fundo meo duceres ac construeres,tu verò murũ aut parietem,cæmentis,lapidibus,calce & arenato probe construxeris,perinde meum erit quod construxisti, ac si solam maceriem ædificasses,vt quia in meo fundo ædificaueris. Item qui prohibetur extruere parietem,murum aut ædificium in eo fundo à quo debetur seruitus,ne luminibus vicini officiat,si maceriem duxerit, possum eo interdicto agere, perinde ac si murum extruxisset. Vide in eã rem Francis.Connannum libro quarto Comment.iuris ciuilis,vbi de seruitutibus rusticorum prædiorum agit.

Connan. lib. iii.cap. xv

ITEM VIA. Quid sit via, quid iter,quid actus,satis ex iurisconsultorum lectionibus patebit.Et quidem Alexander ab Alexand.lib.secundo genialium dierum, cap.xx.quædam de hac re scripsit. Quod reliquum est,quemadmodum paries larga significatione & murum & maceriam comprehendit, ita cum viam dicimus, semitam ac iter eodem significato complecti,sed tamen ex improprio ἢ καταχρηστικῶς, solemus.

CELSVS LIB. XXXV. DIGEST.

LEX CIVILIS.

IN vsu iuris frequenter vti nos,Cassellius ait, singulari appellatione cum plura eiusdem generis significare velimus. Nam multum hominem venisse Romam,& piscem vilem esse dicimus.Item,in stipulando satis habemus hæredi cauere,si ea res SECVNDVM ME HAEREDEMVE meum iudicata erit.Et rursus, quod ob eam rem TE HAEREDEMVETVVM, nempe æquè si plures hæredes sint, continentur stipulatione.

SVMMARIVM.

Singularis pro plurali in rebus eiusdem generis, à iurisconsultis vsurpari solet.

In

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IN VSV. Iurisconsultorum nostrorum is est loquendi modus, vt pluralem numerum sub singulari aliquando intelligant, maximè quãdo plura eiusdem generis aut speciei volumus significare. Vt si dicas, multum piscem piscatus est, id est, multos pisces. Nullum vnquam bellum sine Gallo milite præclare gestum. Et apud Liuium, Romanus prælio victor. Et Virgilius libro secundo Aeneidos.

Singularis numerus pro plurali

Fit via vi, rumpunt aditus: primósque trucidant
Immissi Danai, & latè loca milite complent.

Et iterum.

Haud secus ac patriis acer Romanus in armis.

Hoc ipsum Quintilianus τρίσωμον seu Zeugma vocat libro nono, cùm singularis pro plurali accipitur, & numerus in numerum mutari solet. Et Cicero de lege Agraria. Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus vix sese regionibus officij magnis in fortunis continet, id est, singuli homines, ἢ καθ' ἕκαστον τοῦτο. Idem libro secundo, de oratore. Quamobrem hoc vos doceo Sulpiti, bonus ego videlicet atque eruditus magister vt in dicendo irasci, vt dolere, vt flere possitis. Hic vnum tantùm Sulpitium nominat Cicero, cùm duos, videlicet illum ipsum Sulpitiũ & Cottã respiceret: & pluralem numerũ cum singulari coniungit. Sic Virg.

Vos ô Calliope nostro aspirate labori.

Igitur in contractibus & stipulationibus quando ita cauetur, ipsum, hæredémve eius, eúmve ad quem tum ea res pertinebit, quamuis hæc oratio numero singulari concepta atque enunciata videtur, si tamen qui stipulatus est sibi, hæredi, eíve, &c. plures habeat hæredes, omnes quidem illi eadem stipulatione complexi & compræhensi censebuntur: perinde ac si stipulando cauisset sibi hæredibus, &c. quod vulgò dicimus, Se suos hæredes & habentes ab eo causam. Sic in iure est, quando indefinita æquipolleat vniuersali: sed id iuxta naturam qualitatémque subiectæ materiæ. de qua re videto apud Vld. Zasium in Paratitl. tit. de neg. gestis.

Indefinita quando æquipolleat vniuersali.

VLPIA. LIB. I. AD S. C.

LEX CIX.

ET iam nummos aureos, Aes dicimus.

SVMMARIVM.

Vt olim æris, sic hodie argenti homine, cuiuscunque materiæ numisma signatum intelligitur.

TITA M. Plinius naturalis historiæ libro trigesimotertio, capitulo tertio, tradit Populum Romanum ne argentò quidem signato ante deuictum Pyrrhum regem vsum esse: Seruiúmque regem, omnium primum signasse æs, quo Roma rudi antea vteretur. Signatum est autem nota pecudum: vnde appellata pecunia. Notæ etiam æris (ait idem Plinius) fuit ex altera parte Ianus geminus: ex altera, rostrum nauis. In triente verò & quadrante rates. Notæ argenti fuere bigæ & quadrigæ: & deinde

Aes quis signauit primum.

Nota æris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Argenti nota. Bigati Quadratique dicti. Liuius Drusus in Tribunatu Pleb. octauam partem Aeris argento miscuit: & hic nummus signatus est victoria, ob id Victoriatus appellatus. As igitur æreus erat, & paruæ æstimationis: & cum apud antiquos legimus, Millia æris, intelligere debemus, Budæo teste libro secundo de asse, millia asium. As à Plutarcho semper pro æreo nummo ponitur. Nam Latini, assem nunquam argenteum nomisma appellauerunt: & ita decussis denarius vocabatur. Ex quo (ait Budæus) intelligere debemus denarium fuisse argenteum, & denis asibus valuisse. Quod etiam ex Vitruuio libro tertio, capitulo primo, videre est. Nostri autem (inquit) primo decem fecerunt antiquum numerum, & in denario denos æreos asses constituerunt: & ea re compositio nummi ad hodiernum diem, denarij nomen retinet, &c. Hæc ille. Appellatione æris assem intelligi constat ex Suetonio Tranquillo in August. Caium, inquit & Lucium adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa. Quod Tranquillus per assem & libram dixit, lex duodecim Tabularum, per æs & libram dicebat, vt testis est Budæus. Temporibus Iulij Cæsaris vtebantur Britanni nummo æreo aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis, pro nummo, vt idem ipse Cæsar scripsit libro quinto, de bello Gallico. Byzantiorum nummus ferreus fuit sicut & Spartæ: cuius pondus magnum quidem erat, precium ferè nullum. Cælius Rhodoginus lectio. antiquarum libro decimo, in quibusdam Græcorum monumentis ita inuenisse se testatur, videlicet Numam Pompilium ex ferro & ære pimum cudisse numismata, quæ ex proprio authoris nomine sint Numia appellata: cùm ante illum Scortea & Ostracina pecunia impleret vsum. Tradunt quoque rerum antiquarum periti numisma Persicum, Sagittarium dictum ab ipso notæ genere. Ex quo (ait idem Rhodoginus) celebre manauit in posteros Agesilai dictum, se ex Asia pulsum triginta milibus Sagittariorum: quum Persarum Rex ea nummorum summa, corruptis per Timocratem Atheniensibus effecisset, vt is de prouincia decederet. Quod & in prouerbium venit, de his qui pecunia de gradu deiiciuntur. Est & Tenedinus nummus in antiquis monumentis celebratissimus: qui percussus, altera parte, securis: altera verò, facies duæ ex eadem ceruice prodeuntes signabantur. Eam quidem ob rem id factum tradunt, quòd Tenedinus Rex quondam sanxisset lege, vt adulterio deprehensi, capite securi truncato, plecterentur. Quam legem etiam in filio seuerè obseruatam voluit. Varia itaque erat apud antiquos forma & figura nummorum, varia item æstimatio & vsus: quod prope infinitum esset commemorare. Legimus & apud Tranquillum in Nerone, nummum asperum, argentum pustulatum. Reliqua de æris, asis, & nummorum ratione, pete ab ipso Plinio, Budæo & aliis probatissimis authoribus. Sed quod hoc loco Vlpianus dixit, cùm æs dicimus, etiam nummos aureos nos dicere, intellectum voluit ex improprio & per catachresin, ac ex vulgari loquendi

As. *Millia eris quid.* *Decussis. Denarius.* *Aes pro asse.* *Nummi ferreo.* *Cap. ij.* *Numia.* *Numisma Persicum. Sagittarius* *Tenedinus nummus.* *Cap. xliiij.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

loquendi consuetudine. Sicut nostrates Galli dicunt argentum pro omni genere pecuniæ & numismatis siue aurei siue argentei, siue ærei. Vt cùm quis legauit his verbis. *Ie donne tout l'argent qui est en mon coffre*: etiam si aurei nummi sint, legato comprahendunturNam vulgus nostratium ita cõsueuit loqui. Aureus autẽ nummus, ait Plinius loco suprà commemorato, post annum lxij. percussus est quàm argenteus: ita vt scrupulum valeret Sestertiis vicenis: quod efficit in libras ratione sestertiorum qui tunc erant, sestertios dcccc. Sed nunc in iure ciuili vna est atque altera aurei æstimatio: nec semper septuagenos binos in libras accipiendos, censet Budæus libro quinto de asse: sed pro tempore aliquid statuentium principum æstimationem faciendam. Xiphilinus in Augusto, testatur aureum more Romano appellari, atque esse genus monetæ quinque & viginti drachmas continens, quem Attici χρυσοῦν vocant. Sic autem scribit. χρυσοῦν δὲ καὶ τὸ νόμισμα τὸ τῶν πάντων καὶ ἅπασι διαχρᾶται διωκάμενον ἐξ τὸ πεντήκοντα δραχμῶν ἐκαλοῦν δὲ τινες ὅσοι βιβλία περὶ τῶν ἀρχαίων ἀναγιγνώσκουσιν, ἕνεκα αὐτοῦ πάλαι. Hoc vbi de monarchia Augusti loquitur, Aureus, postea Solidus appellatus est: ac quoties in iure solidorum facta est mentio, de aureis intelligi oportet: vt in l. si verò plures. §. ait Prætor. ff. de his qui deiecer. vel effude. l. secunda. C. de sportul. Iustinia. in §. nos autem. de Atilia. tuto. & in §. item is cuius. de obliga. quæ ex quasi deli. nas. & in §. si quis. de pace tenen. in vsib. feud. Dictus autem est solidus, secundum Lampridium in Alexand. quod iusto & integro põdere erat percussus. Cælius libro decimo, capitulo secundo. Nam & in nostris literis (inquit) solidos dici aureos nouimus velut integros, nec vlla parte deminutos, eorum interstitione qui Semisses dicuntur aut Tremisses à portione veluti dimidia aut tertia. Cæterùm (vt tandem nihil præteriisse videamur quod ad rem faceret) nummus dictus est quasi numus νόμος, quia lege & instituto pro commerciis hominum traditus esset. Itaque (ait Budæus in Annotatio. ad l. ius ciuile,) nomisma veluti pro indigentia hominum instituto successit, quòd hominibus inter se intercederet: inde nomen sortitum, quod lege, id est, nomo Græcè, non autem naturâ originem habeat: vnde numus Latinè videtur quasi nomus dictus: vel παρὰ τὸ νόμῳ νόμος, quòd in commerciis diuiderentur commutatæ merces pecuniâ. Sanè antiquorum nomismatum appellationes atque æstimationes ad vsum nostrum his nostris temporibus interpollare non possumus: nec vlla ferè locabilis est pecunia exterarum nationum, nisi quæ sub Henrico secundo, principe nostro optim. maxim. tandem percussa sit. Aureus quippe, seu Solatus seu Coroneus sit, valet sex & quadraginta asibus, id est, duodenariis. Assem enim. appellare, hodie possumus, Budæo teste, quem duodenarium vocamus, & ita in partes diuidere, vt antiqui suum assem diuidebant in sui generis parteis, quadrantes sextantésque dicentes. Sic vnciæ loco, erit Denariolus, qui à Græcis χαλκοῦς dicitur. Sic Quinarius & Senarius, vel quincunx & Semis: qui quinos & senos denariolos valent.

Aureus nummus.

Aureus in iure.

Solidus quare dictus.

Nummus vnde dictus.

Aureus noster.

Assis nostri nomen.

Denariolus noster.

Quincunx vn blanc.

Semis demy douzain.

Sestertius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sestertius noster. Centusis vne Henrique. Decussis noster.

Sestertius, duos solidos & semissem, id est, vt vulgò dicimus, vnam peciam sex alborum. Nam hodie solidum vocamus assem, id est, duodenarium: sed diuiditur in Turoneum, & Parisium. Centussem dicere possumus nostram henricam, id est, nummum illum aureum Henrici secundi imagine primum percussum, qui centùm nostros solidos pendet. Decussem, decem solidos, Testonem vulgò vocamus, cùm tamen vndecim solidos, & quatuor denariolos hodie pendeat.

IDEM LIB. II. AD S. C.

LEX CLX

CAeterorum & reliquorum appellatione, etiam omnes continentur, vt Marcellus ait, circa eum cui optio serui legata est, cæteri Sempronio. Nam tentat, si non optet, omneis ad Sempronium pertinere.

SVMMARIVM.

1 Vt reliquorum, sic & cæterorum appellatio omnes significat in optione rerum legatarum neglecta, idque abusiuè, alioqui propriè ex toto vel vniuerso deciso partem relictam significat.

AETERORVM. Quid reliquorum appellatione veniat, est à nobis suprà tractatum in l. potest reliquorum. Quo loco scribit Marcus reliquorũ appellationem, vniuersos cõpræhendere & significare. At hoc loci Vlpianus Marcum sequutus adiecit verbum, Cæterorum, vt idem significet quod reliquorum. Nam sicut dicimus, Cæterùm, ita dicimus, ad reliquum, aut, quod reliquum est, id est, restat, superest, frequenter apud Ciceronem & alios probatissimos Latinæ linguæ authores. Plinius lib. xix. natur. histor. capit. vj. dixit, Cæterò, pro cæterum. Cæterò (inquit) ter fosso solo, seri iubent, extirpatis radicibus herbarum. Quod apud eundem Plinium est frequentissimum pro hac significatione. Cæterorum igitur & reliquorũ appellatio, omnes complectitur: vt si quis quatuor habens seruos, eorundem vnius optionem Caio legat, cæteros seu reliquos Seio, si optionem Caius detrectauerit, cæteri seu reliqui, id est, omnes & vniuersi ad Seium censentur pertinere. Sed & si creditor cum suo debitore ita pactus sit, vt si decem quæ mutua dederat, quandocunque eadem petiisset, ei non soluerentur, liceret pignora data vendere intra octo dies, quòd si minùs venissent quàm quod & sortis & vsurarum nomine deberetur, creditori redderetur quod ex venditione reliquum esset persoluendum, fideiussore in eam rem accepto, Scæuola respondit teneri tantùm fideiussorem in id quod minus ex venditis pignoribus redactum esset. in l. inter creditorem. ff. de fideiuss. Sic reliquum, non semper totum significat: sed aliquando & per interpretationem. Videto quæ in eam rem scripsi suprà in l. potest reliquorum: & in hunc locum Bartholom. Cæpol. Videto tu etiam l. Offidius. ff. de legatis tertio.

Cæterò pro cæterum.

Paulus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX CLXI.

ILla verba, OPTIMVS MAXIMVSQVE, vel in eum cadere possunt qui solus est. Sic & circa edictum Prætoris, supremæ tabulæ habentur etiam solæ. Pueri appellatione, etiam puella significatur. Nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu: & Græci communiter ὁ καὶ ἡ παῖς appellant.

SVMMARIVM.

1 Superlatiuus & comparatiuus pro positiuo in rebus vnicis sumitur.

1 ILLA VERBA. Qui vnicum tantùm fundum habet, legauit fundum optimum maximum, tamersi de pluribus cõparatiuus & superlatiuus dici videantur, censetur nihilominus testator vnicum fundum legasse: quemadmodũ supra dictũ est pluralem numerũ ad singularẽ aliquando referri solere.

SVMMARIVM.

1 Sub masculo pueri vocabulo, puella quoque comprehenditur tam Græcis quàm Latinis.

2 PVERI. Quid pueri appellatione veniat tradidit Paulus in l. pueri. infra hoc titulo, & in eundem locum plura dicentur à nobis. Tu tamen interea lector aduerte Paulum hoc loco nil aliud velle, quàm vt intelligamus sub vocabulo pueri, puellam etiam significatione comprehendi, & fœmininum sub masculino genere enunciari. Vt si quis centum puero Lucij Titij legauerit, Lucius autem Titius vnicam filiam habeat, valebit legatum: & illud ipsum Lucij Titij filia accipiet, perinde ac si legatum esse nominatim filiæ Lucij Titij. Nam pueri nomen, puellam quoque significat, vt hic docet Paulus: cùm & mulieres quæ proximis diebus matres sunt factæ, & recentes ex partu puerorum, puerperas appellemus. Etenim seu masculum seu fœminam mulier ediderit, puerpera à pariendis pueris dicitur Latinis: Græcis verò φερτίλεος, ὁ λόχος, καὶ τοκάς apud Poëtas. λόχος δὲ παρὰ τὸ λέχος vt arbitror: quòd puerum in vtero delitescentem ac veluti λόχῳ, id est, siliquatum & in folliculis conceptum extulerit. Et prægnantem παιδίῳ Callimachus appellat, cùm tamen adhuc incertum sit masculum an verò fœminam paritura sit. Nam παῖς seu παῖς Ionicè sub vtroque genere ὁ καὶ ἡ παῖς apud Græcos vsurpari solet, vt apud Theocritum in Syracusis: quod etiã Alciatus in hanc rem citauit. καλλίστα παίδων τέκα δὴ τὰ τόσσα τεκοῦσα id est. Pulcherrima filiarum, experientia vtique omnia perficit & absoluit. Hic καλλίστα pro καλλιστή ponitur Doricè. Hinc & παιδοποιῶ καὶ παιδοποιοῦμαι liberos gigno & suscipio.

Pueri appellatio.

Puerperaque.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. VII.

LEX CLXII

NOn est pupillus, qui in vtero est.

SVMMARIVM.

1 Pupillus est puer ætate minor post mortem patris sub tutore agens.
2 Posthumus quandiu in vtero gestatur, pars censetur vteri, nec pupillus est, nec in potestate patris.

NON EST. Propria significatione pupillus est qui caret quidem patre, sed tantisper dum est in ætate cui adhibetur tutor vt definiuit Valla libr.iiij.elegant.cap.xxxiij. Dicitur autem pupillus à puppis, quasi puppus. Erant autem puppæ simulachra quædã seu imagines, puellarũ forma & amictu insignitæ, quæ maximè sunt in deliciis puellis: nostrates hodie vulgò appellant *Pouppees & Poupines:* à puppa deriuatum nomen. Antiqui autem puppam appellabant quam nos hodie puellam, & puppum puerum. Persius Satyra ij. 1

Puppa & puppum quid.

Dicite pontifices, in sacris quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donata à virgine puppa.

Puellæ etenim cum nuptias capessere vellent, aut virginitatem eiurare Veneri in templo puppas dicabant: quemadmodum pueris mos erat, cum ex pueritia excederent, laribus diisque familiaribus & domesticis Bullam suspendere. Vnde ipse Persius, Saty. prima.

Bulla.

Bullaque succinctis laribus donata pependit. De puppa sic: Martialis epigram. libro quarto, de Cærelia & Gellia.

Dicit se vetulam cum sit Cærelia puppa:
Puppam se dicit Gellia, cum sit anus.

Qui igitur posthumus adhuc in vtero est, pupillus dici non potest: sed tantùm pars quædam vteri materni: & antequàm nascatur, dici non potest in potestate patris fuisse, vt respondit Caius. l. fin. ff. de collation. bono. 2

POMPON. LIB. II. AD S. C.

LEX CLXIII.

IN vulgari substitutione qua ei qui supremus morietur hæres substituitur, rectè substitutum etiam vnico intelligitur: exemplo legis xii. Tabul. ex quibus proximus agnatus etiam solus habetur. Si quis ita testamento scripserit, Si quid filio meo acciderit, Damas seruus meus liber esto: mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim ac cidat & viuis, attamen vulgi sermone etiam mors significatur.

SVMMARIVM.

1 Supremus, & proximus etiam de vnico dici possunt.

IN VVLGARI. Si quis filiorum suorum supremo seu vltimo morienti alium substituit, & sivnicum tantùm filium habeat, quãuis de pluribus supremũ testator dixisse videtur, valet ea substitutio: quoniã supremus, quemadmodũ & proximus 1

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ximus de vno aliquãdo intelligitur: quod etiam diximus supra in.l.proximus.& l.proximi appellatione. Exẽplo erit lex xij. Tabul. quę agnato proximiori hæreditatem defert, etiam si solus & vnus tantùm sit agnatus.

VLP. LIB. XV. AD S. C.

LEX CLXIIII.

NOmen filiarum, & in posthumã cadere, quæstionis non est: quamuis posthumæ non bene cadere in eam, quę iam in rebus humanis est, certum sit. Portionis nomen, non semper dimidiam significat, sed prout adiectum est. Potest enim iubere aliquis & maximam partem partiri: potest & vicesimam, & tertiam, & prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Habere, sicut peruenire, cum effectu accipiendum est.

SVMMARIVM.

1 Posthumus in vtero pro iam nato habetur, cum de commodis eius agitur.
2 Filiarum appellatione posthuma continetur, non posthumus.

NOMEN FILIARVM. Posthumus propriè is est qui post mandatum humo patrem & sepultum, natus est. Si quis igitur filiis suis tutores dederit, posthumis etiam dedisse videtur. Et si quis filiis Sempronij ducenta testamento reliquerit, posthumis quoq; relictum legatúmq; cẽsebitur: propterea quòd cùm commodum eorum agitur, pro iam natis habentur, vt, docuit Iustinia. titu. de tutelis. institutio. §. cum autem. & Paulus in l. qui in vtero est. ff. de statu hominum. Qui in vtero est (inquit) perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur. Posthumus itaque filij nomen habebit: filius autem è contrario, posthumus dici non potest qui iam natus sit, & in rebus humanis erat. antequàm pater moreretur. Ex ea ratione, qui filias instituit, posthumam etiam instituisse nihil dubitatur: quoniam filiarum nomine posthuma comprehendi solet: sed posthumum masculum non item. Vnde Pomponius titu. de legat. ij. si (inquit) ita scriptum sit, filiabus meis centum aureos do: an & masculini generis & fœminini liberis legatum videatur? Nam si ita scriptum esset, filiis meis hos tutores do, responsum est etiam filiabus tutores datos esse. Quod non è contrario accipiendum est, vt filiarum nomine etiam masculi contineantur. Exemplo enim turpissimum est fœmininо vocabulo etiam masculos contineri. At verò, si quis filiabus suis vel filiis tutores dederit, ait Vlpianus. l. si quis filiabus. ff. de testament. tutel. etiam posthumæ videtur dedisse: quia filiæ appellatione etiam posthuma continetur. Idem quoque sensit Vlpianus in l. qui filiabus. ff. de lega. j.

Posthumus quis.

Fœminini non comprehdere inalienum.

SVMMARIVM.

1 In iure ambiguo, portio dimidium interpretatur, nisi specialiter determinetur.
2 Iusta & æqualis pars totius est dimidia.
3 Patris appellatione nonnunquam totum concipitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SPORTIONIS. Quandocunque anceps est quæstio iuris ambigui quid portionis nomine cõtineatur, solet vulgò dici mediam partẽ esse: si modò aliud adiectũ non fuerit, aut specialiter partis mentio facta, vt sensit Vlpia. in l. etiam. ff. de vsufru. l. de ætate. §. si interrogatus. ff. de interrogato. actio. glos. in l. si Titi. in verb. partis partem. ff. de leg. iij. Cuius rei rationem eam esse Baldus in eãdem l. tradidit, quòd iusta & æqualis pars totius sit dimidia. Vnde cùm dicimus absolutè duas partes, nec aliud adiectum est, intelligimus duas partes totius: nisi, duas ex tribus aut quatuor partibus nominatim peteremus. Nonnunquam etiam partis nomine, totum venit, idq; ἐξ συνεκδοχῆς vt sentit Accursius in l. vxori. de leg. iij. quo loco Scæuola respondit, si testator vxori legauit eam partem domus in qua morari cõsueuit, eã omnem partem videri legasse, in qua morari cum familia sua consuesset: neq; ea tantùm cubicula, in quibus dormire cõsueuerat, legasse, sed totum ipsius habitationis. Vide etiam quæ nos supra scripsimus in l. rectè dicimus. hoc titu. §. quod Q. Muti us.

Partis appellatio.

SVMMARIVM.

Habere dicitur qui de re habita liberam statuendi facultatem habet, cum effectu, deductóque omni ære alieno.

HABERE. Is ad quem res vel hæreditas peruenit, eam habere non aliâs intelligendus erit quàm si de ea ipsa re aut hæreditate statuendi facultatem liberam quidem & absolutam habeat: vt quæ videlicet nullis sit obligata creditoribus, sub ductóque omni ære alieno: atque id cum effectu haberi dicendum est.

Habere quid proprie.

POMPONIVS LIB. V. AD S. C.

LEX CLXV.

VEnisse ad hæredem nihil intelligitur nisi deducto ære alieno.

VENISSE. Hoc caput est intellectu facile: & hanc rem satis supérq; declarauimus suprà, in l. bonorum appellationes & superiori capite. §. habere: & pluribus aliis in locis. Et Alciatus abundè interpretatus est hunc locum.

IDEM LIB. VI.

LEX CLXVI.

VRbana familia & rustica non loco, sed genere dist inguitur. Potest enim aliquis dispensator, non esse vrbanorum seruorum numero, veluti is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet: & tamen multum abest à villico. Insularius autem, vrbanorum numero est. Videndum tamen est ipse dominus quorum loco quandoque habuerit: quod ex numero familiæ, & ex vicariis apparebit. Pernoctare extra vrbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est: PER enim, totam noctem significat.

Summa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Rustica & vrbana prædia, & mancipia non loco sed ministerij genere distinguuntur.
2 Dispensator est qui res domesticas maximè ad victum spectantes, seu vrbanas seu rusticas curat, administrat & distribuit.
3 Villicus est qui agricolationi, & pecori pascendo præficitur.
4 Insula est domus ab aliis seiuncta omni ex parte.
5 Insularius est qui insulæ custodiendæ præfectus est.
6 Ordinarij seruj sunt, qui ordinem suum in re familiari domini tenent: vicarij qui in peculio sunt ordinariorum. Mediastini qui in media domo vilia obeunt ministeria.
7 Vicarius est qui eandem debitam pro alio præstat operam.

VRBANA. Quoniam (inquit Francis. Connannus libro iiij. Commentariorum iuris ciuilis, vbi de seruitutibus vrbanorũ prædiorũ tractat) sic plerunq; vt in vrbe rusticum nobis reditum constituamus, & in agris vrbanum: sic etiam & in oppi- *Cap. 2.*
1 dis rusticum quandoq; prædiũ est, & ruri vrbanum. Ista enim non loco, ,, sed genere ministerij distingui solent. hęc ille hactenus. Vnde Paulus in l. ,, seruis vrbanis. ff. de lega. iij. Seruis (inquit) vrbanis legatis, quidam vrba- ,, na mancipia non loco, sed opere separant: vt licet in prædiis rusticis sint, ,, tamen si opus rusticum nõ faciant, vrbana videantur. Dicendum est au- ,, tem, quòd vrbani intelligendi sunt quos paterfamiliãs inter vrbanos an- ,, numerare solitus sit: quod maximè ex libellis familiæ, item cibariis deprę hendi poterit. Quare, si seruus vrbanis negotiis destinatus rustica tamen tractet, in rusticana familia annumerandus erit: quoniam ab officio, non à loco, personarum conditionem expendimus. Eam ob rem scribit hoc loco Pomponius fieri posse, vt dispensator vrbanorum seruorũ numero non sit, tametsi eo nomine in domo & familia alicuius domini vocetur: cuiusmodi est is qui rerum rusticanarũ rationes dispensat, ac in villa & ruri habitat. Is enim rusticorũ seruorũ numero censendus erit, quamuis longè differat à villico. Est siquidem dispensator qui res familiares & do- *Vrbana familia quaeliter à rustica distinguitur.*
2 mesticas tractat, curat, & distribuit: eas maximè quę ad victus rationem pertinent: à verbo dispenso, quod distribuo significat. Is etiam Promus di- *Dispensator quis & vnde dicitur.*
citur, qui à Græcis οἰκονόμος καὶ ταμίας, οἰκονόμος δὲ λέγεται παρὰ τὸ οἴκοις νέμειν, quod distribuere & dispẽsare significat, vnde νέμω, vel παρὰ τὸ οἰκονομεῖν ἢ οἰκονομία, quod dispensare etiam significat, vnde οἰκονόμος καὶ οἰκονομία dispensator, & dispensatio. Beatus Paulus primo Corinth. iiij. οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας καὶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ, ὁ δὲ λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. Sic nos æstimet homo vt ministros CHRISTI, & dispensatores mysteriorũ DEI. *Vnde Promus.*
Quod verò reliquũ est, requiritur in dispẽsatoribus vt fidus aliquis inueniatur. Hic παίσφορωῶς Beatus Paulus dixit οἰκονόμους CHRISTI discipulos, id est, *Oeconomus*
dispensatores mysteriorũ Dei, quòd verbum Dei docerent omnes, & diuinæ domus curam haberent, id est, ecclesiæ: atq; in ea res sacras ministrarent, & dispensarent: cuiusmodi sunt his nostris temporibus sacrosanẽti pontifices, episcopi, curiones, & reliqui sacerdotes. Vnde, inquit Budæus in Commentariis linguæ Græcæ, vita CHRISTI, & eius theur- *Oeconomia*
gia tota, οἰκονομία vocatur. Dispensator itaque, & œconomum & promum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

significat τὴ ὑπηρεσίας τῆ κύκλου. Sic ad res vrbanas non rusticas pertinet. Differt ergo à Villico officij genere & ministerij. Est etenim Villicus qui agricolationi præficitur & agri colendi causa ac pascendi pecoris à domino cõstitutus est, & veluti negotiorũ rurestrium procurator, quiq; rerũ villicarum curam habet. Res rusticę seu villicæ sunt, ager, pecora, stirpes, fructúsq; ruris, sementis, messis, arborũ & vitiũ putatio, & reliqua id genus. Varro lib. j. rei rusticæ cap. iij. Villicus, inquit, agri colendi causa constitutus, atq; appellatus à villa. Villa q̃ in eam, & ab ea conuehantur fructus, & euehantur, cum veneunt. Aquo rustici etiam nunc quoq; viã veham appellant propter vecturas: & vellam, nõ villam quò vehunt & vnde vehũt. Columella lib. xj. scribit villicum fundo familiæq; præponi, eúmque esse oportere ætatis nec primæ, nec vltimæ: ab anno videlicet trigesimo vsque in sexagesimum si non interueniant fortuita corporis vitia, satis validi fungi muneribus agricolæ: atque eam quidem ætatem mediam vocat. Villicum item oportere esse operariorum magistrum tradit ipse Columella, cunctáque rusticationis præcepta consequi. Ex quibus facilè deprehendas discrimen dispensatoris & villici.

Villicus quis.

Via vnde dicta.

Vella pro villa.

Colu. lib. xj. cap.

Ætas media quæ.

INSVLARIVS. Planè constat Insularium numero vrbanorum seruorũ esse, idq; à denominatione. Nam insularius ab insula dicitur. Est autem insula (præter id quod significat terram in flumine mariue aquis circunfluam, ob spiritum solo erumpere non potentem, enatam, vt author est Plinius lib. ij. natu. histo. sicq; dictam quòd in salo, id est in mari sit vt scribit Fest. Pompeius) domus ab aliis seiuncta, & quæ communibus parietibus cum vicinis non adhærentiac publico priuatorũm ve circuitu discingitur. Vitruuius libro primo cap. vj. quas ob res, inquit, cõuertendæ sunt ab regionibus ventorum, directiones vicorum: vti aduenientes ad angulos insularũ frangantur, repulsíque dissipentur. Vlpianus pro eadem significatione accepit in l. si insulam. ff. de verbo. obligat. & Scæuola in l. non vtique. §. si quis insulam. ff. de eo quod cert. lo. Si quis insulam, inquit, fieri stipuletur, & locum non adiiciat, non valet. stipulatio. Paulus in l. iij. §. effracturæ. ff. de offic. præfe. vigil. Effracturæ fiunt plerunque in insulis horreisque: vbi homines preciosissimam partem fortunarum suarum reponunt, &c. Quo loco longè hallucinatur Accursius, cum insulam pro domo impropriè accipi cõtendit. Quem eapropter arguit imperitiæ Budæus in annotatio. in l. si inquilinus. ff. locati. Quod si verum est (ait ipse Budæus) miror quid Tranquillus in Nerone intelligi voluerit, cum dixit, Formam ædificiorum vrbis nouam excogitauit, & vt ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. Et rursus, tunc propter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc spoliis adornatæ. Hoc tamen differunt à cœnacularis domibus insulæ, quòd domus sint habitationum ædificia coniuncta proximis & vicinis domorũ parietibus, vt viciniã numerosam & frequenti habitatore stipatam efficiant, τὴ πολυάνθρωπον τῶν οἰκοδομημάτων συνοικίαν,

Insula quid & vnde dicta.

Domus cœnacularia.

Budæo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

5 Budęo teste in Cõmentariis linguæ Gręcæ. Ab insula igitur dicitur Insularius: qui lingua vernacula, conciergus vocatur, eodem Budæo authore: cuiusmodi homines esse solent in domibus principũ, quæ insulæ plerũq; sunt, id est à priuatorũ domibus distinctę. Pomponius in l. si ita legatus. ff. de vsu & habitatio. §. dominus. Dominus, inquit, proprietatis, etiam inuito vsufructuario vel vsuario, fundum vel ædeis per Saltuarium vel Insularium custodire potest, &c. Hinc apparet lapsum fuisse Ludo. Cælium Rhodigi. qui lectio. antiquarum lib. vij. cap. xxxj. & lib. xxv. cap. xx. scripsit insularios & Apolidas dictos ab iure cõsultis viles seruos ac pessimos, sine ciuitate, & in insulas deportatos, & in publicũ opus & in metallũ datos. Existimo illum voluisse dicere insulares non insularios: nam & versus citat in hanc rem. *Insularius quid.* *Celij Rhodigini error excusatur.*

Ductor ferreus insularis, æquè
Laternæ videorficare cornu. *Insularis.*

In eodem quoq; errore fuit cum ipso Cælio, Alexander ab Alexan. li. iij. Genial. dierum. cap. xxv. Erant igitur insularij vrbanorum seruorum numero, atq; etiã ordinariorũ. Seruos autẽ Ordinarios arbitratur Frãcis. Connannus lib. ij. Commenta. ab eo nomen sumpsisse, quòd ordinẽ suum & locum tenerent in re familiari domini, non item vicarij, qui in peculio
6 erant ordinariorũ. Ordinariorũ siquidem certũ erat munus vt plerunq; impositum, vnde appellationẽ sortiebantur: veluti dispẽsatores, insularij, villici, atrienses, textores, cubicularij, coqui, & id genus alij à suo officio & ordine nominati, ait ipse Connannus. Vicariorum verò nulla erat certa stataque & destinata ministerij functio: ast ordinariorum mandata iussaq; exequi tenebantur, mediastinis similes, quorũ erat vilissimum ministeriũ, verrendi videlicet, tergendi, spargendi, vngendi, ligna deferendi: hinc dicti quòd media in domo, ad imperia omnium nutúsque excubare soleãt, vt Budęus annotauit in l. prim. ff. nautę caupo. stabul. §. qui sunt igitur. Itaque mediastini & vicarij eodem ferè ordine censeri solebant, & vulgarium seruorũ catalogo haberi. Vlpia. l. item apud Labeonẽ. §. prętor ait. ff. de iniuriis & famos. libel. Etenim, inquit, multum interest qualis seruus sit, bonę frugi, ordinarius, dispensator, an verò vulgaris vel mediastinus, an qualis qualis. Columella lib. j. cap. vltimo. Propter quod separãdi sunt aratores à vinitoribus, & vinitores ab aratoribus, iíq; à mediastinis. Vicarius quippe dicitur quòd operam vicariam præstet. Columella
7 lib. xj. cap. j. Etenim qui me absente in meum locum substituitur, & vicarius meæ diligentię succedit, is ea, quæ ego, scire debet. Cicero pro L. Murena. nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentię, id est qui eandem diligentiam & operam in tuenda repub. præstet, post me consul futurus: cum iam in exitu Ciceronis consulatus esset. Habebant igitur ordinarij seruos vicarios ad subsidium ministerij comparatos: ideóque peculiares aliquando vocabantur, quia in peculio ipsorum ordinariorũ erant. De qua re videto amplius apud Fran. Connannum libr. ij. Commentar. *Ordinarij serui.* *Vicarij serui.* *Mediastini qui.* *Vicarius quis.* *Peculiares serui.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cap.ij.quo loco citat l.si Sticho.ff.de pecul.lega,l.seruos.ff.de lega.iij.Horatius lib.ij.Satyra vij. *nam.*

Siue vicarius est qui seruo paret, vti mos
Vester ait, seu conseruus tibi quid sum ego? nempe
Tu mihi qui imperitas, aliis seruis miser: atque
Duceris vt neruis alienis mobile lignum.

Et Martialis ad Maximum.

Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse:
Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat.

Plinius lib.x.episto.quo loco Traianus ipsi Plinio scribit de seruis inter tyrones inuentis. Refert autem (inquit) voluntarij se obtulerint, an lecti sint vel etiam vicarij dati: lecti si sunt, inquisitor peccauit: si vicarij dati, penes eos culpa est qui dederunt. Ordinarij erant dispensatores, & in vrbana familia, vt supra tradidimus: & videre est apud Tranquillum in Ser.Galba. Et ordinario quidem (inquit) dispensatori breuiariũ rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. Dispensatores autem, inter primos ordinariorum seruorũ gradus erant, & aliquo in honore habebantur. Quod quidem coniicere licet ex his quæ tradit idem Tranquillus in Othone Syluio. Ante paucos dies, inquit, seruo Cæsaris pro impetrata dispensatione x.sestertium expresserat, &c. Dicitur quoque dispensator à pendendo ære. Nam domini pecuniam solebat dispensator in vsus familiares & domesticos impendere, & fœnori dare, vt testis est Theophilus titu.de mandato.libro iij.institu. Sed & cum pecuniam domini ille fœnerasset, neminem sibi eo nomine obligare poterat. Qualiter autem id potuisset qui seruus erat, ait ipse Theophilus? At verò domino eidem suo actionem acquirebat, qua pecuniam creditam, ac fœnori datam consequeretur. Sic ipse Theophil. Δικαιοῦται ὁ ἐρῶν ὁ δοῦλος, ὃς εἴδεν ἐνδανεῖ τὰ δικαιοτικὰ χρήματα. ὅτι ἀλλ' ἐνδανεῖ ὅτι μὲν ὃν τάτα· πᾶς γὰρ ὁ δοῦλος ἐστὶ τοῦ δεσπότου, τὰ δὲ τοῦ δεσπότου κοινὰ ἐστι τῶν δούλων, &c. Alexander Neapolitanus libro tertio genial.dierum.cap.xxv.scribit dispensatores esse eos seruos qui æra domini dispensant, impendiáq; & expensas rationibus notant. Reliqui serui qui numero familię habebantur, cuiusmodi sunt Arcarij, hercitæ, focarij, topiarij, saccularij, capsarij, adscriptitij, originarij, orcini, amanuenses, recepticij, litterati, explicantur ab eodem Alexandro, loco supra memorato: atq; à Cælio Rhodigno.

Cap.v.

Dispensatoris munus & functio.

Seruorum genera.

Vlpia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

VLPIANVS LIB. XV.

LEX CLXVII.

CArbonum appellatione materiam non contineri: sed an lignorum? Et fortasse quis dicet, nec lignorum. Non enim lignorum gratiâ habuit: sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, vtrùm ligno an carboni, an suo generi annumerabimus? Et magis est vt proprium genus habeatur. Sulphurata quoque de ligno æquè eandem habebunt diffinitionem. Ad faces quoque parata, non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuerit voluntas. Idem etiam de nucleis oliuarum: sed & de balanis idem est, vel si qui alii nuclei sunt. De pinu autem, integri strobuli ligni appellatione continentur.

SVMMARIVM.

1 Lignum propriè dicitur quod comburendi causa paratum est.
2 Germinales arbores, & cremiales in fructu sunt.
3 Ligni appellatione virgulæ, sarmenta, germina, superamenta materiarum, vitium stirpes atque radices continentur.
4 Materia est grandior arborum sylua, ad ædificationem aut fabricam idonea.
5 Tigni appellatio omnem ligni materiam ad ædificandum aptam significat.
6 Sub ligno legato, non comprehenduntur Carbones, Torres, Titiones, & sulphurata ligna, atque ad lumina nocturna parata, nec glandes & strobyli.

ARBONVM. Quanuis propriè lignum sit quod fouendo igni destinatur, tamen carbonum appellatione lignum minimè contineri ex eo patet, quòd lignum etiam significat materiam ex qua ædificia constant, estque generale nomen. Alioqui oporteret genus ipsum subiici suę speciei. Sed propria significatione lignum à materia eò differt, quòd lignum dicatur quicquid comburendi causa paratum est. Vnde ab legendo dicta ligna M. Varro de lingua Latina tradit, quòd ea caduca legebantur in agro quibus in focum vterentur. Fortasse etiam, vt arbitror, lignum ab igni dictum voluerunt. Ligno igitur legato, nihil aliud censetur legatum, quàm quod ad focum paratum fuerit. T. Liuius lib. viij. decad. iiij. Dixit lignum esse ignis alimentum. Data (inquit) venia Regulo, duci inde exercitus per Axylon (quam vocant) terram cœptus. Ab re nomen habet: non ligni modò quicquam, sed ne spinas quidem, aut vllum aliud alimentum fert ignis. Fumo bubulo pro lignis vtuntur. Similiter scribit Theophrastus lib. iiij. de historia plantarum. capitul. viij. In Arabia apud mare rubrum nullas arbores prouenire, præter spinam, quæ dipsas vocatur: atque ea quidem rara est ob feruores ac penuriam: quippe vbi non nisi quarto quintóque anno pluat, & tunc impetuosè, & breui tempore. Ex ante dictis Liuij verbis colligere licet, lignum idipsum esse quod foco solet destinari. Vitruuius libro quinto. De lignatione quæ maximè ad cibum excoquendum necessaria est, difficilis & molesta est

Lignum quid & vnde.

Regio carēs lignis & arboribus.

Dipsas

Cap. ix.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Lignatio quid. apparatio, quòd & tardè comportatur, & plus consumitur. Lignationem dixit Vitruuius, lignorũ struem & congeriem, quã paterfamiliãs & œconomus optimus ad focum destinatam cumulauit: vel eum locum in quo *Capv.* ligna ad comburendũ succindas, & inde exportes. Columella lib. j. rei rusticæ. Sit autẽ, inquit, vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulúmq; vicinum. Qua ratione, & virgæ, & cremia ligni *Cremium quid.* appellatione cõtinebuntur. Est autem cremium, quod à Græcis φρύγανα dicitur, lignum tenue & pusillum, simul & aridum ac exsiccatum, quod statim incendi solet. Columella lib. iij. rei rust. Ex tenuibus, inquit, admodũ lignis, quæ cremia rustici appellant, fornacem incẽdemus. Vnde cremiales arbores dictæ Papiniano in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. ad com- *Cremiales arbores.* burendum ac ad focum destinatæ. Puto autem, inquit, si arbores cæduæ fuerint vel cremiales, dici oportere in fructum cedere. Quo loco Accursius legit, germinales, id est, inquit ipse, quæ à stipite aliarum nascuntur fultæ & densæ, vt granum nascitur: quæ aliâs dicuntur pedamenta. Alioqui verò legit gremiales, censẽtq; vtrunque rectè posse legi. Quod autem ad me attinet, ego quidem in ea sum sententia cum Francisco Connanno vt gremiales, potiùs legendum sit, quàm germinales. Non tamen omnino est reiicienda Accursij ipsius lectio posterior. Quinetiam dicimus germinales arbores quæ in syluis cæduis succisæ rursus ex radicibus germinatione enascuntur. Quod fit, vt dum prima cacumina impelluntur, secutis *Germinatio arborum qui fiat.* aperiat geniculato incremento: claréque & tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. Plinius lib. xiij. natur. histor. c. iiij. Sunt & cæduæ palmarum quoque sylua, germinantes rursus ab radice succisæ. Qua ratione in fructu quoque erunt hæ germinales arbores, sicut cremiales: quæ cùm cæduntur ac demum exsiccantur in focum paratæ, cremia nominantur. Vnde Vlpianus, lignorum appellatione etiam virgulas, & sarmẽta, & germina, & superamenta materiarum, & vitium stirpes atque radices contineri, si voluntas non refragatur, aduersus Offilium scripsit in l. ligni appellatio. ff. de lega. iij. §. Offilius. At verò materia (vt tradit Vlpia. in d. l. ligni appellatio) est quæ ad ædificandum fulciendúmque necessaria est: veluti robora quæ grandia & excelsa in sylulis enata sunt & ædificationi apta. Materiei nanque nomine propria significatione cõprehenduntur. Quippe quãuis sint arbores & vri possint focóque aptari, nihilominus tamen lignorũ appellatione nequaquã veniunt, sed materiæ: propterea q̃ ædificationi sæpius aptari solẽt & inseruire. Si quis igitur materiẽ legauerit, certè ligna ad focũ destinata, & cremiales arbores legasse, nõ cẽsebitur: sed eas tantũ arbores quæ structuris & ædificiis sunt omnino destinatæ. Hinc Caius scribit, Tigni appellatione, in lege xij. Tab. omne genus materiæ, ex qua ædificia cõstant, significari: veluti trabes, tẽpla, cathorij, asses, & cætera id genus. Sed & pali, pedamenta quoq;, ridicæ, sicut tigni, sic & materiæ appellatione cõplecti solent. Nam materiæ verbum, quam Græci ὕλαν dicunt, vnde sylua dicta (vt supra admonuimus. in l.

2 1 3 4 5

Sylua

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sylua cædua.& in l.tigni appellatione) ad lignum refertur. Et ipsi quidem Græci τὸ ξύλον, quod nos lignum: vel etiam materiam fabrilem, παρὰ τὸ ξέειν. Τὸ οἰκοδόμειν καὶ πρὸς τὸ ξύλινον. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὅλα πρὸς ξύλων ἐπιτηδειότερα ξύλον: quia nulla sit prorsus materia ad fabricandum & dolandum aptior.Itaque materiæ verbum significat & lignum & quodcunque ad ædificandum atque fulciendum est aptissimum & accommodum. Lignum,non item Vitruuius libro quarto,capitulo septimo.Item in eorum frontibus antepagmenta figantur, supráque ea tympanum fastigiis ex structura seu materia collocetur, &c. Structuræ nomine intellexit opus factum cæmentis seu laterculis.Materiam verò lignum ædificatorium.Et Cæsar libro septimo, belli Gallici, Materiari dixit, pro ramos ex arboribus,& ipsas etiam arbores struendis aggeribus,fossis,&munitionibus abscindere, ξυλεύειν. Columella libro vndecimo,rei rusticæ:quo loco tradit quo maximè tempore exscindenda sit materia ita ait.Nec minus in ædificia succindere arborem conuenit:sed vtraque melius fiunt Luna decrescente ab vigesima vsque in trigesimam:quoniam omnis materia sic cæsa iudicatur carie non infestari.Palos vna opera cædere,& exputatos acuere centum numero potest.Ridicas autem querneas, siue oleagineas findere & dedolatas vtraque parte exacuere, numero sexaginta. Et paulò post. Materies si roborea est ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet,&c. Ipse etiam Columella materiæ verbum vsurpat pro palmitibus vitium ac stolonibus.Is sic scribit lib.iij.cap.ij.eo loci quo de vitibus agit. Amiciores iugo quàm arboribus sed argitis etiam in sublimibus fertilis, vastis materiis & vuis exuberat,humillimis tabulatis aptior. Visula breuē materiam & latum folium exigit.Et ibidem paulò pòst. Albuelis vtilior, vt ait Celsus,in colle,quàm in campo:in arbore,quàm in iugo: in summa arbore,quàm in ima:ferax & materiæ frequētis &vuæ.Idem quoque pro ligno & cremio,materiam dixit lib.j.cap.vj. Fumarium quo que,inquit, quo materia,si non sit iampridem cæsa,festinatò siccetur,in parte rusticę villæ fieri potest iunctum rusticis balneis.Sed hoc quidē impropriè Columella dixit.Propria nanq; significatione Carbonum appellatione materiam non contineri palā est:sed nec lignorū quidem.Itaq;, tametsi lignorum significatio propria ad ea referatur quæ igni & foco destinata sunt, non ædificationi,si quis tamē ligna legauerit,nō cēsebitur carbones,titiones,torres,sulphurata ligna & ad faces parata legasse:cùm hæc ipsa ligni nomen nequaquam significet, vt speciali vocabulo teneantur: nisi hæc fuerit testatoris voluntas.Carbones siquidem ligno semiambusto atque igni torrefacto conficiuntur.A titione autem differūt carbones,quòd titio lignum sit aliqua sui parte exustum & extinctum,vel torris extinctus. Torris enim dicitur lignum aliquod teres igne ardens.Cremium,vt diximus, lignum extenuatum, & longè exsiccatum quò facilius ardeat,& vratur.vnde Psal.cj. κὰγὼ τὰ ὀστᾶ μου ὡσὰ φρύγιον συνεφρύγησαν. Et ossa mea sicut cremium aruerunt. Quod tamen aliter vertit Symmachus, videlicet,

Structura quid.

Materiari.

Cap.ij.

Carbones.
Titiones.
Torres.

Cremium.

Sicut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sicut torris adusta sunt. Sed eadem fermè sententia. Nam Regius ille Psaltes nihil aliud significare hoc loco voluit, quàm corpus suum præ dolore animi macie confectum esse, vt voluit M. Antonius Flaminius. Cæterò de ratione conficiendorum carbonum, & quæ his conficiendis arbores sint aptissimæ, videto apud Plinium lib. xvj. natur. histo. cap. vj. & apud Theophrastum libro tertio, de histo. plantá. cap. x. Carbonum natura, est vt exsiccatum solum reddant, si superimponantur. Naturali enim eorundem raritate humor excipitur: sicut testatur M. Vitruuius libr. v. cap. ix. Vnde idem ipse Vitruu. libr. iij. cap. iij. cùm de fundationibus substructionum agit, sinautem (inquit) solidum non inuenietur, sed locus erit congestitius ad imum, aut paluster, tunc is locus fodiatur exinaniatúrque, & palis alneis aut oleagineis aut robusteis vstulatis configatur, sublicæque machinis adigantur quã creberrimæ, carbonibúsque expleantur interualla palorũ, & tunc structuris solidissimis fundamẽta impleantur.

Carbonum natura quæ.

BALANIS. Balanus qui à Græcis βάλανος glandem significat quo quidem vocabulo, castáneas, quæ sardibus prouenere primùm, apud Græcos appellari, testis est Plinius libr. xv. natur. histo. cap. xxiij. Sardibus (inquit) hæ prouenere primùm. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. Nam Diuus Tyberius postea balanum nomen imposuit excellentioribus satu factis. Est & balanus palmæ fœminæ fructus, sicut masculæ φοῖνιξ. Plinius libro xiij. vbi de palmis earúmque natura & generibus tractat. Nam & in alia parte Phœnicis Ciliciæque populari etiam nomine à nobis appellantur Balani: de palmarum pomis intelligit Plini. Philostratus in vitam Apollonij Tyan. libro primo, cap. xv. περὶ φοίνικος βαλάνους ὀνομαζόμενα τὰ ἐν μεγάλοις, &c. Theophrastus palmã Aegyptiam balanum vocat. Tradit optimus linguæ Græcæ author Suydas, glandium βαλανεῖα calicibus, aut etiam ipsis balanis exsiccatis, his potissimum quæ immitiores essent, cuiusmodi sunt Cerrei, veteres consuesse fomenta igni admouere. Earum quoniam frequens erat & multus in balneis vsus βαλανεῖα Græci, quod nos balneum, appellant, παρὰ τὸ τὰς βαλάνους εἶναι, id est, à succidendis balanis. Sic etiam Latini balineum vocant. Plinius libro decimo Epistol. in epistola ad Traianum de theatro Nicæno. Claudiopolitani quoque (inquit) in depresso loco, imminente etiam monte ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant. Et paulò infra. cogor petere à te non solùm ob theatrum, verùm etiam ob hęc balinea mittas architectum dispecturum, &c. Balineum igitur dicebant balneum imitatione Græci vocabuli βαλανεῖον ab ipsis balanis. Hæ tamen balani lignorum significatione non censentur, quemadmodũ nec carbones, nec cætera cõmemorata.

Balanus quid & varia eius significatio.

Cap. iiij.

Βαλανεῖον, id est, balneũ tur sic dictũ à Græcis.

STROBVLI. Galenus libro septimo, de simplicib. medicam. strobylon scribit esse id quod alij conum & cocalum appellant. Sunt autem Strobuli nuces pineæ: cùm tamen στρόβιλος pro pinu Dioscorides accipiat, πίτυς pro picea, vt etiam adnotauit Alciatus. Et ipse Galenus libro octauo, de simplic. πίτυς pro pinu: quamuis piceam verterit Theodo.

Strobyluſ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dor.Gerardus.Sic autem habet Galeni litera. πίτυς ἡμερος, &c.Sunt (inquit Cælius Rhodoginus lib.xxv.lectio. antiquarum,) inter eruditos,qui pityn pro picea capiant: sicuti πίτυς pro teda. Apud Theophrastum Theodoro pytis est larix: πίτυς autem pinus.Sed & pro picea pityn accipit aliquando. Apud Herodotum est pitys, quã pro pinu capit interpres. Videto in hanc rem Hermolaũ Barbarum lib.j.Corollariorũ in Dioscor.

PAVLVS LIB. IIII. AD SENATVSCONS.

LEX CLXVIII.

PAli & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt:& i de lignorum appellatione non continentur.

SVMMARIVM.

1 Pali, Ridicæ,Perticæ, pedamenta, non ligni, sed materiæ appellatione continentur.
1 Materiã,carie aut vetustate inutilis, ligno combustili annumeratur.

PALI. Tradit M. Varro lib. de re rust.inter alia vitium genera,esse quasdam humiles quę sunt sine ridicis,vt in Hispania:alias sublimes,vt quæ appellantur iugatę, vt pleræq; in Italia : quarum nomina duo,pedamenta & iuga. Quibus stat recta vinea,dicuntur pedamenta,quæ transuersa iunguntur, iuga:ab eo quoque vineæ iugatæ.Iugorum genera ferè quatuor.Pertica,Arundo, restes,& vites.Pedamentũ item ferè quatuor generum. Vnum,robustum quod optimum solet adferri in vineam è quercu ac iunipero, quæ vocatur Ridica.Alterum,palus è pertica.Tertium,quod horum inopiæ subsidio misit arũdinem.Quartum pedamẽtum est natiuum eius generis,vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit,quos traduces,quidam Rumpos appellant.Pedamẽtum itaque quo pedanda est vinea,vel palus, vel pertica,vel ridica.De quo etiam apud Columellam lib.iiij.c.xij.Non igitur pali,perticæ,ridicæ,& cætera id genus lignorum appellatione contineri debent:cum ipsa quidẽ habeant specificum nomen:&operi rustico sint potissimum destinata,non igni & foco:nisi forsan vel carie vel vetustate sic corrũpantur,vt nulli alij rei quã igni commodius aptari possint: tunc in numero materiæ esse desinunt.Quod & Alciatus quoque censuit.

Iugata vitis.
Pedamenta, iuga.
Ridica.
Traduces. Rumpi.

IDEM LIB. V.

LEX CLXIX.

NOn tantum in traditionibus, sed etiam in emptionibus & stipulationibus & testamentis adiectio hæc VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, hoc significat, vt liberum præstetur prædium : non etiam vt seruitutes ei debeantur.

SVMMARIVM.

1 Optimus maximus fundus est, qui liber & bonitate naturali integer, non alia accessione contractus hominum preciosior factus.

Non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NON TANTVM. In eam propemodum sententiam scripserat Vlpianus supra in l. *qui vti optima maxima*, nisi quòd Vlpianus in tradente tantùm loquitur. Hîc verò Paulus non in tradente solùm, sed & in venditore, emptore, stipulante, & eo qui testamento aliquid reliquit, & hanc clausulam adiecit, *Vti optim. maxim.* Quæ verba significant, vt tradamus fundum liberum, nullâque pressum seruitute. Satis est enim, ait Franciscus Connannus libro quarto, fundum libertati & bonitati suæ naturali relictum esse, vt dicatur optimus maximus. Quia his verbis, naturalis bonitas & magnitudo intelligitur, non alia quæcunque quanta maxima hominum contractu potest aliunde acciri. Itaque si vtriusque nostrum fundi sunt liberi, tuo tamen debetur per vicinum agrum seruitus, licet in eo sit melioris conditionis quàm meus, tamen id non attenditur istis verbis: & optimus maximusque fundus meus similiter ac tuus appellabitur.

Capit. j.

IVLPIAN. LIB. XXX. AD S. C.

LEX CLXX.

HAeredis appellatione omneis significari successores heredendum est: & si verbis non fuerint expressi.

SVMMARIVM.

Hæredis masculi appellatio ad descendentes porrigitur, non ad externos.

HAEREDIS. Caius iureconsultus supra definiuit hæreditatem esse successionem in vniuersum ius quod defunctus habuit. Oportet itaque hæredes, à denominatione, successores appellari. Quare hîc Vlpianus tradidit hæredis appellatione omneis successores significari in infinitum & absolutè: quamuis idipsum verbis expressum non fuerit. Sed nonnihil distinguendum puto. Si enim de hærede masculo testator mentionem fecerit, sentire videbitur de descendentibus, non de extraneis, vt scribit Ioann. Andræas in addition. Specul. titulo de testamen. vj. quæstion. Raymond. quem sequuntur Bald. Cun. & Paul. Castrens. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liberis & posthumis, per textum cum ibidem not. in capitulo primo. §. si clientulus. de alien. feud. Bald. in l. liberti. C. de operis libert. Atque hoc quidem optimis rationibus comprobatur ab ipso Ioann. Andr. loco supra citato. Videto etiam quæ in hanc rem scripsit Panormit. Consil. 36. Et vt vitetur absurdum, intelligere debemus de descendentibus aduersus regul. & proprietatem vocabuli secundum Bartol. & doctor. in dicta l. Gallus. §. etiam. Speculator dicto titulo, de testament. §. primo. ad finem. Bald. in capitulo primo, de natur. succes. feud. Angel. consil. clxxxv. incip.

In l. nihil aliud. ff. hæreditat.

Hæredis appellatio.

charissima

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

charissime frater.l.ex facto.§.fina. & ibidem Raphaël Cumanus. ff. ad Trebellianum Raphaël Fulgosius in l.generaliter.C.de institutione & substitutione.& in l.cum acutissimi.C. de fideicommissis. l. pupillus §. fin.ff.de conditione & demonstratione.

POMPONIVS LIB. XVI.

LEX CLXXI.

PEruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit:vt in hæreditate à liberto per patronum,filium familiâs patri eius adoptiuo acquisita,responsum est.

SVMMARIVM.

1 Peruenire verbum, ad fideicommissa accomodatum.
2 Peruenire dicitur quod est remansurum penes eum qui habet.
3 Legati nomine, aut conditionis implendæ gratia,aut æris alieni,aut hæreditarij oneris præditum,non videtur peruenisse.
4 Peruenire,verbum est commune in substitutione.
5 Substitutio facta per verbum commune, vulgaris habetur.
6 Substitutio vulgaris expirat per mortem.

1 PERVENISSE. Verbum,peruenire, accommodari solet ad fideicommissa,vt in.l.cohæredes mei.§.cum ita.& l.hæredibus.§.fi. ff.ad Trebellia.Bartol.in l.Centurio,& in l.Lucius. ff.de vulga.& pupilla.substitu.Baldus in l.fin.C.de sacrosan. *Peruenire.*

2 eccles. At verò propriè peruenire dicitur quod est remansurum,sicut tradidit Vlpianus suprà in l.aliud est capere.Et idem in l.venditor.§.peruenisse.ff.de hereditate.vel act.vendi.scripsit eatenus res peruenisse ad eum videri,quatenus mandare potest earumdem rerum persecutiones actio-

3 nésque,vt id effectum habeat. Alioqui autem quod legatorum nomine, vel conditionis implendæ gratia quis præstiterit,nõ videtur ad eum peruenisse.Sed & si quid æris alieni est,vel cuius alterius oneris hæreditarij,

4 peruenisse meritò negabitur. Censetur præterea verbum, PERVENIRE in substitutione commune,quemadmodum sensit Bart.in d.l.Centurio. sub finem.Bald.& reliqui omnes post glossin l.precibus.C.de impuber. glos.& doct.in cap.Raynutius.extr.de testam.& in cap.si pater.eod.titu. libr.vj.Sic etiam verbum SVBSTITVO est commune,vt pater ex liã hoc *Substituo quid importat.*

5 iure.ff.de vulga.& pupil.substi.Quã quidem littera in hãc rem aptiorem nullam esse in toto iure censent Bald.Angel.& Imola. Siquidem substitutio facta per verbum commune;in dubio, & quæstione ancipiti,vulgarem, non autem fideicommissariam inuehit.Bart. in l.Gallus.§.j.ff.de *Substitutio facta per verbum commune.*

6 liber.& posthu. Quæ quidem vulgaris expirat morte.l.post aditam.C. de impuber.& aliis substi.

VLPIA. LIB. XXXVIII.

LEX CLXXII.

LIberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LIBERTI. Quemadmodum pueri appellatione puellam etiam comprehendi traditum est, sic liberti nomen libertam quoq; significare placuit, vt masculinum censeatur complecti fœmininum. Cæterùm quot apud Romanos olim liberorum species fuerint, latissimè hoc loco explicat Alciatus.

IDEM LIB. XXXVIII.
LEX CLXXIII.

COllegarum appellatione hi continentur, qui sunt eiusdem potestatis. Qui extra continentia vrbis est, abest. Cæterùm, vsque ad continentia non abesse videbitur.

COLLEGARVM. Iam quid sit collegium, vnde dicatur & quàm varia fuerint apud antiquos collegiorum genera, amplissimè tradidimus supra in l. Neratius Priscus. Idē quoq; Alciatus lib. j. prætermissorum explicauit.

QVI EXTRA. Vrbis continentia quæ dicantur, satis supérq; traditum est & declaratum in l. ij. in l. vt Alphenus. & in l. ædificia. estq; in l. qui in continentibus. supra hoc tit. At verò quid abesse, & absentem esse significet, diximus in l. mulieris. §. abest. supra hoc tit. et dicetur lati' in l. absentē. infr. hoc ipso tit.

IDEM LIB. XL.
LEX CLXXIIII.

ALiud est promittere furem non esse, aliud furto noxáque solutum. Qui eum dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur. Qui furto noxáque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

SVMMARIVM.

1 Venditor rei vitiosæ si vitium tacuit præstare debet, nec temere non vitiosam asseuerare.
2 Fugitiui venditor præstare reneturnon item furis, nisi talem non esse promiserit.
3 Venditor quod in persona vel re vendita esse, aut fore, abesse aut desore promisit, præstare tenetur.

ALIVD EST. Si quis ita stipulatus sit: promittis quē mihi vendis hominē, furē non esse? & promiserit venditor, si postea furtum venditus homo admiserit, tenebitur venditor. Vlpia. in l. quod si nolit. §. si venditor. ff. de ædilit. edict. perinde est enim ac si promisisset eundem hominē iis animi prēditum moribus esse, vt nunquā furtum admittere velit, hócq; animi vitio carere. Quod si aliter stipulatus sit emptor, furto noxáque solutum, venditorem conueniri non posse, propter eas noxas quæ publicè coerceri solent, Paulus censuit in l. Lucius. §. ex his verbis. ff. de euictio. Etiam si ignorans venditor promiserit fugitiuum seruum non esse, prēstare emptori oportere, Neratius ait. Idem Neratius, si alienum seruum vendideris, furtis noxísque solutum, præstare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

præstare debere, ab omnibus receptum esse: hoc idem scripsit Vlpia-
1 nus l.ex empto.§.etiam si.ff.de act.emp.Rem enim qui vendit, eandem minimè vitiosam vendidisse, intelligendus erit: cum si quid vitij deliteat, id declarare teneatur: sed nec temere eandem non vitiosam asseuerare debet, vt est in l.j.§.vēditor. & l.Iulianus.ff.de act.empt. Qui igitur furem dicit non esse, de habitu loquitur & furandi proposito. Qui dicit furto noxáque solutum, intelligi oportet quòd nec furtum admiserit, nec quiduis aliud eiusmodi maleficium, ob quod pro noxa dari debeat, & noxali iudicio subditum non esse. Ergo si noxam commisit, nec permanet noxa, solutus videtur. l.quis sit fugitiuus.§.quod aiunt ædiles. d.tit.de ædilit.edi.gloss.in d.l.ex empto.§.etiam si ignorans. Cæterùm qui non promisit furem non esse, præstare non tenebitur, nisi sciens vendiderit. Tunc enim præstare tenebitur quanti emptoris interfuerit non decipi. Si verò ignorans vendiderit, circa fugitiuum quidem tenetur quantò minoris
2 empturus esset, si eum fugitiuū esse scisset. Circa furem, non tenetur. Diffe
» rentiæ ratio hæc est (ait Vlpia.in d.l.Iulianus) quia fugitiuū quidem ha-
» bere non licet, & quasi euictionis nomine tenetur vēditor: furem autem
» habere possumus. Quapropter, ait Martianus. l.si furtum, d.titu.de ædil.
» edi.si furtum seruus domino fecerit, nō est necesse hoc in vēditione serui
» prædicere: nec ex hac causa redhibitio est. Sed si dixerit absolutè hunc
» furem non esse, ex illa parte tenebitur quod dixit promiserítve præsta-
3 re. Sed & si dixerit venditor artificem esse cū tamen non sit, hi quia quod asseuerant, non præstant, aduersus dictum promissúmve facere videri, scripsit Vlpia.in d.l.quis sit fugitiuus.ad fin.

Furem non esse promittens quatenus teneatur.

POMPONIVS LIB. XXIII.

LEX CLXXV.

FAciendi verbo, reddendi causa etiam continetur.

SVMMARIVM.

1 Facere, generale est verbum ad omnem actum.

Facere.

1
ACIENDI. Cùm prætor ait, si quid metu aut vi factum gestúmve sit, ratum non habebo, intelligit etiam, si quid datum, redditum, solutúmve sit. Nam hoc loci, faciēdi verbum eam vim habet. Videto amplius in hunc locum Alciatum.

VLPIA. LIB. XLV.

LEX CLXXVI.

SOlutionis verbo, satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Soluere enim dicimus eum qui facit, quod facere promisit.

SVMMARIVM.

1 Satisfactio acceptata pro solutione est.
2 Solutio lata & naturali significatione, est debiti liberatio quoquo modo facta, stricta vero ad pecuniæ repræsentationem spectat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SOLVTIONIS. Quid ſoluere & ſolutionis verbum fi-
gnificet,ſatis expoſuimus ſupra in l.liberationis verbũ. Quo 1
loco Paulus ſcribit liberationis verbum eandem vim habe-
re quàm ſolutionis.Et alibi in l.ſolutionis verbum.ff.de ſoiu «
tio.& libera. Solutionis verbum(inquit)ad omnem liberationem quo- «
quomodo factam pertinet: magiſque ad ſubſtantiam obligationis re- «
ferturquàm ad nummorum ſolutionem.Quamobrem qui quouismodo
Satisfacere Soluere. creditori ſuo ſatisfecerit, is ſoluiſſe cenſendus erit.Vnde tradidit Vlpia- 1
nus ſatisfactionem pro ſolutione eſſe,in l.ſatisfactio.d.titu.de ſolutio.&
libera.Sed idipſum ſic accipiendum fuerit, videlicet,ſi eandem ſatisfa-
ctionem creditor acceptauerit.Ecce enim qui condemnatus eſt vt pecu-
niam ſoluat, ſiquidem pecuniam ſoluere paratus non ſit; ſed fideiuſſo-
ribus idoneis cauere & expromiſſores dare,quoniam à iudicato hoc exi-
gitur vt pecuniam ſoluat, nec ſoluere quidem,nec ſatisfacere cẽſebitur,
nec ideo liberabitur,ex Labeonis ſententia in l.ſi ſe non obtulit.ff.de re
iudica.Hoc igitur loco diſtingui oportet ſecundum Bartoli ſententiam,
in d.l.ſolutionis verbum,aut naturaliter & lata ſignificatione ſolutionis
verbum accipitur, aut cum adiecta qualitate. Siquidem lata ſignifica-
tione & naturaliter accipias, ad omnem liberationem quoquomodo fa 2
ctam pertinet, ſeu legitimis expromiſſoribus cautum ſit,ſeu compenſa-
tione deductionéve debitor ſit vſus:vt l.amplius.ff.rem rat.habe.vel ſi ei
accepto feratur.vt l.intra dies.d.tit.de re iudica.d.l.ſi ſe nõ obtulit.§.ſol-
uiſſe.vel ſi fundi mei fructus creditor acceperit, aut alimenta præſtitero,
aut nouatione,ſtipulatione,acceptilatione reliquiſque id genus modis li-
beratus ſim.Nam hæc magis ad ſubſtãtiam obligationis quàm ad num-
morum ſolutionem referenda ſunt.Satis itaque fuerit ſi eo modo exolu-
ta fuerit obligatio.Quòd autẽ ſi pecuniæ verbũ,obligatio ſolutionis con-
tineat,ſtrictè accipienda erit ſolutionis interpretatio. Quare oportebit
naturalem rei ipſius debitæ fieri ſolutionem.vt l.ſolutam.d.titu.de ſolu-
tio.Bartol.d.l.ſolutionis.

IDEM LIB. XLII.

LEX CLXXVII.

NAtura cauillationis, quam σόφισμα Græci appellaue-
runt, hæc eſt, vt ab euidenter veris per breuiſsimas
mutationes,diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt,pro-
ducatur.

SVMMARIVM.

1 Cauillari eſt ſubdolo verborum aucupio implicitum aduerſarium captare.
2 Sophiſma eſt captioſum molimen ad aduerſarium fallaci ratione vincendum.
3 Subtilitas omnis à præſcripto boni,& æqui abeſſe debet.
4 Cauillatio interdum neceſſaria ad fraudem fraude tollendam.

Natura.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NATVRA. Profuerit nonnihil antequàm ad capitis huius interpretationem veniam, dicere primum quid Cauillari, quid σόφισμα significent. Est igitur Cauillari propriè, cũ quis verborum aucupio & subdola ratiocinatione irretitum aduersarium euincere contendit, & mendacij conscius, verum disputando comminiscitur, quod Graeci σοφίζεσθαι dicunt: vnde σόφισμα, quod cauillum, calumniam, & imposturam significat, φενακισμὸν, τέχασμα, μηχάνημα καὶ παραλογισμὸν Budæo teste in annotatione. καὶ κακοῦργημα. Idem ipse Budæus in Commentariis linguę Græc. scripsit σόφισμα, esse scitum inuentum, prudens facinus ex Arriani lib. vj. & Euripid. in Hecub. atque interdum τὸν σοφιστὴν Philosophos & sapientes vocari Ἀριστοτέλης, inquit Etymologicus author, σοφιστὴς λέγεται τὸν ἐπὶ σόφοις τῶν σοφιστὴς τὸ διαβιβᾶν παραδιδόμενος, vt tradit Apollonius in Herodotum. Testis est etiam Budæus Sophistam pro præceptore Plutarchum dixisse, his verbis. Ἀφηρεθέντος γὰρ ἔτι, ὁ τ' ἀλλαιωνὶν λέγων σοφιστὴς. Idem Plutarch. in quodam Apophtheg. μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ οἶδεν σοφός. Odi ego sapientem, qui sibi ipsi minimè sapit. Porrò dicebatur σοφιστὴς, ἀπατεὼν, id est deceptor καὶ διὰ ἐπιτηδεύματος πανοῦργος ἐπὶ τὸ σοφὸν. Is quoque erat σοφιστὴς qui musicam exercebat, & cytharam ludebat, vt author est Hesychius. Quidam hoc loci legũt σοφιστὴν: aliter verò σοφίζεσθαι. Sunt autem Soritæ, elenchi seu argumentorum congeries, quibus ex Stoicorum familia Chrysippus certando plurimum vtebatur, cũ per multiplicata consequentia ratiocinationes duxerat, ex his tãdem omnibus aliquid velut necessariò concludens inducebat: & his quidem disputationum laqueis, id est Soritis, implicatum atq; irretitum aduersarium tenebat. Quod Cicero videtur intellexisse libro primo de Oratore ad Q. Fratrem, his verbis. Stoici verò nostri disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Et Persius in vltimo versu Saty. vj. *Inuentus Chrysippe tui finitor acerui.* Iam verò qui & σόφισμα, & σοφιστὴν, & σοφίζεσθαι legunt, hi non multum aberrant à scopo nostri iurisconsulti. Sed crebior lectio est, σόφισμα, quod Aristoteles libro octauo Topico. συλλογισμὸν ἐριστικὸν Syllogismum contentiosum, seu (vt vertit Perionius noster) pugnacem ratiocinationem, Cicero fallaces conclusiunculas & Cælius Rhodoginus libro decimo nono lect. Antiq. syllogismum litigatorium vocat. Cicero autem appellat σοφιστὴν eum qui aut ostentatione, aut certandi studio disputat, τὸ δίκης χάριν καὶ φιλόδοξα, secundum Aristotelem τὸ χρηματιστὴν ἀπὸ φαινομένης σοφίας libro primo Elencho. cap. x. Iam verò rectè diffinieris σόφισμα, fraudem, commentum, & molimen excogitatum, ex compositóque adornatum, quo quis aduersarium fallaci certandi ratione vincat, vt suprà diximus, & his ratiocinationibus quæ veri speciem quandam & similitudinem imitantur: cætera verò falsæ sunt. Quemadmodum enim lithargyrina & stannea, quæ argentea, & felle infecta, quæ aurea videntur, & iudicio sensus vera, tamen re vera adulterina & falsa sunt: eadem est ratio eorum quæ ex ambiguis, quæ Græci ἀμφιβολίας vocant, oriuntur paralogismorum & sophisticarum con-

Cauillari quid.

Sophisma quid.

Sophista quis.

σοφιστὴς quis olim.

Soritæ. Elenchi.

Cap. iiij.

Cel. li. xix. Cap. xvij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tentionum, vt tradidit Aristoteles περὶ ἀλογίας. Ex quibus apparet Vlpianum perperam dixisse Cauillationem & σόφισμα, esse disputationem ab euidenter veris ad ea quæ euidenter falsa sunt: cum plerunque (vt inquit Valla libro sexto) Cauillatio sit tecta & insidiosa, multísque ac longis frequenter ambagibus vtens, & quæ vix ab acutis deprehendatur. Cicero libro secundo de Oratore duo facetiarum genera ponit: alterum, dicacitatem: alterum, Cauillationem: eo loco vbi Græcos arguit, qui ridiculorum tractationem, libris & arte comprehendi posse existimarunt. Ego autem arbitror ipsum Ciceronem, facetias, Cauillationem ideo appellasse, quòd (vt ait Quintilianus libro sexto cap. iiij.) ridiculum dictum plerunque falsum sit, sæpe ex industria deprauatum. At quidem Cicero facetias & cauillationem dicacitati & argutiæ accommodat. Vt si centum tibi credidi, quæ Titio seruo tuo tradidi eadem vt ad te deferret: aliquod ego post tempus, ac vbi dies cessit, volo ipsa centum à te repetere: tu negas tradita tibi esse: ego insto tradita, & debere te mihi: fateris tandem te à Titio seruo tuo, sed nec à me accepisse: hoc ipsum quidem est cauillari. Iterum hoc modo. Cùm testamentum conderem, sic lego. SI POST CALENDAS MORTVVS FVERO, Titio quinquaginta dato. An ne cauillamur, inquit Celsus in l. j. ff. de regul. Catonia. Nam hoc modo, si statim mortuus fuero, non esse datum legatũ verius est, quàm inutiliter datum. Item, si tibi legatus est fundus qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eum viuo testatore alienaueris, legatum tibi debetur: quod tamen nõ deberetur, si statim & ante quàm alienares, testator decessisset. Istud ipsum, cauillari, possis aliquo modo dicere. Non tamen conuenit cum definitione hic ab Vlpiano tradita: nec cum ea quam Accurs. in d. l. j. somniat, videlicet, falsum dicere (sic enim verbum cauillari interpretatur.) Nam hæc legata, subtiliter magis & facetè, quàm vtiliter scripta sunt: falsa tamen non sunt, nec omnino inutilia. De quibus vide Francis. Connannum libro decimo Commentariorum iuris ciuil. titul. de hęredum qualitate & differentia: fermè ad finem capitis. Eiusmodi siquidem cauillatio, iureconsultis nostris non magnopere commendatur: propterea quòd subtilitas omnis abesse debet à præscripto æqui & boni: saltem superuacua est, vt scripsit Paulus in l. actio. ff. de nego. gest. Non omnino tamen nec semper explosa debet esse: sed quandoq; necessaria est, cum fraus videlicet fraude, veluti clauis clauo, vt est in prouerbio, trudenda est. Videto latius in eam rem Philip. Decium in l. ea est natura. ff. de regulis iuris.

Lauren. Valla lib. vj. cap. xlix.

Cauillatio.

Exempla cauillationis.

Cap. v.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. XLVIII. AD S. C.

LEX CLXXVIII.

PEcuniæ verbum, non solùm numeratam pecuniam complectitur, verum etiam omnem omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ignoret. Hæreditatis nomen, iuris est, quod & accessionem & decessionem in se recipit: hæreditas autem vel maximè fructibus augetur. Actionis verbum, generale est, & speciale. Nam omnis actio dicitur siue in rem, siue in personam sit, petitio: sed plerunque actiones personales solemus dicere. Petitionis autem verbo, in rem actiones significari videntur. Persecutionis verbo, extraordinarias persecutiones puto contineri: vt puta fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt quæ non habent iuris ordinarii executionem. Hoc verbum Debuit, omnem omnino actionem compræhendere intelligitur: siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria fuit persecutio.

SVMMARIVM.

1 Pecunia compræhendit res soli, & mobiles, corpora, iura & actiones, & fructus.
2 Pecunia Latinè, κεφ' ὑ χρίμα Græcè eodem generali significato conueniunt.
3 Numi moneram significantis strictior est quàm pecuniæ significatio.
4 Pecuniæ vocabulo exactæ, & proprièea significantur, quæ pondere, numero & mensura constant.
5 Pecunia post inuentam rerum emptionem & venditionem certo precio, per metalepsin cœpit significare, generatim eas res quæ functionem in suo genere recipiunt.

1 ECVNIAE. Iam quid pecuniæ verbum significet, ac vnde pecunia dicta sit, exposuimus suprà in l. boues. & l. rei appellatio. Hoc autem loco Vlpianus tradit pecuniæ verbo, non numeratam pecuniam nummósque in numerato contineri tantùm, verùm etiam omnem omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora: videlicet res, tam soli, quã mobiles, iura item & actiones. Simile quoque scripsit & in eandem sententiam Hermogenianus in l. pecuniæ nomine. infrà hoc titulo. Vnde si quis bona Titij rogatus sit restituere, non dubium est quin pecuniam omnem, quæ in bonis Titij fuerit, restituere compellendus sit. E contrario autem, si quis pecuniam omnem suam alteri legauerit, censebitur vniuersam rem suam legasse, vel omnia sua, huic iura & actiones omneis ad eandem rem pertinenteis. Sic enim generalis est pecuniæ appellatio: quæ quidem fuit Hermogeniani sententia in l. nam quod ius publicum. ad finem. ff. ad Sena. Trebellia. Sed & si quis ita cauerit. Quantocunque pecunia ex hæreditate de bonis meis ad Titium peruenerit, eam pecuniam omnem ad Nosocomium Turonicum peruenturam volo. Respondit Celsus in l. balista. dicto titul. ad Trebellia. ex his verbis, scilicet, *Pecuniam omnem,*

Pecunia verbum generale ad res & actiones.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

existimare se, etiam fructus, quos ex hæreditate Titius perceperit, restituere eum debere, perinde quasi specialiter hoc ipsum testator expressisset. Ita M. Cicero act. iij. in Verrem, pecuniam pro hæreditate posuit, tum pro quibuslibet his rebus omnibus quæ in bonis & hæreditate censentur esse, seu mobilibus, seu immobilibus. Demosthen. πρὸς τὸν Λεωχ. pro mercibus posuit ἀπογραφῆναι τοῦτον χρήματα. Iureconsulti verò, vt etiam hoc loci videre est, χρήματων verbo, tam immobilia comprehendunt quàm mobilia: hocque cum ipsis Græcis Latini conueniunt in significatione harum vocum, sic vt tam latè pateat apud Græcos χρημάτων verbum, quàm pecuniæ apud Latinos, vt corpora ipsa etiam significent, atque eo amplius. χρήματα autem sunt ἐσθῆτα, οἰκήματα, βοσκήματα, census denique, & facultates, opes, bona, & fortunæ, id est, τὰ ὑπάρχοντα, τὰ ὄντα, παρὰ τὸ χρῆσιμα εἶναι, vt docet Xenophon in principio Oeconomicæ. Nummus ἀπὸ τοῦ νομίσματος, quæ vox mo-
netam significat legitimè signatam: vnde eius strictior est quàm pecuniæ significatio. l. ligatores. §. quod ait Prætor. ff. de arbit. l. j. ff. de cõtrah. emp. Cæterùm pecuniæ vocabulo, exactiore quidẽ, & proprio significato continentur ea omnia quæ pondere, numero, mensuráve constant, vt ex Paulo Iureconsl. docemur in l. ij. §. fin. ff. de reb. credit. si cert. pet. l. talis. ff. de leg. j. l. cùm stipulamur. supra hoc tit. l. quisquis. de leg. iij. l. in illa stipulatione per te. §. item in stipulatione. ff. de ver. oblig. Quo loco Zasius interpretatur pecuniam, res omnes quæ in hæreditate sunt. Ideò autem pecuniam res omneis & corpora comprehẽdere, Hermogenianum ipsum dixisse existimo cum Alciato in d. §. fin. quòd ante percussos nummos res huiusmodi in cõmercio erant, ac permutationis solùm vsus erat, χρῆσιν χαλκοῦ: cui tandem permutationi successit emptio & vẽditio, & pecuniarum vsus cœpit esse: quæ quoniam pecudum nota signarentur, pecuniæ dictæ sunt, vt supra adnotauimus. Quare Plinius lib. xviij. natural. histor. scribit dictam esse à pecore pecuniã. Quòd igitur pecunia generatim significet eas res quæ functionem in suo genere recipiunt, vt d. §. fin. l. ij. si cert. pet. videtur id quippe ἀπὸ τοῦ μεταλαμβ. factum & introductum, post inuentam emptionem & venditionem. Sic pecuniosum Cicero act. ij. in Verrem, dixit, hominem diuitiarum copiis & facultatibus instructissimum, & qui præpingueis fortunæ copias conscenderit. Non enim diuitiæ & facultates ac familiæ, numerata tantùm in pecunia & nummis percussis haberi solent, sed possessionibus rerum immobilium. His (inquit) indiciis, quæ nunc sunt, pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Et alio loco, facere pecuniam maximam dixit, pro rem & patrimonium augere. Qui (inquit) simul atque ei sorte Sicilia prouincia obuenit, statim Romæ & ab vrbe antequam proficisceretur, quærere ipse secum, & cogitare cũ suis cœpit, quibusnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere posset. Videto in hanc rem Vldar. Zasium in l. in illa stipulatione per te. numero 9. ff. de verb. oblig. & in intellectib. singul. ad principium, quo loco de genere tractat.

Χρηματικὸν Verbum quid significet.

Nummus quid & vnde.

Capit. ij.

Pecunia vnde sic dicta.

Pecuniosus quid.

Actio. iiij.

Summar

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Hæreditas iuris, non rei nomen.
2 Hæreditas est ius directum, bonorum possessio vtile.
3 Prætori non licet directò hæredem facere.
4 Decessio est magistratus defunctio, atque etiam integiri imminutio.
5 Hæreditas augmentum & imminutionem suscipit.
6 Pecuniæ accessio hæreditatem auget, etiam si pereat.

1 HAEREDITAS. Vlpianus ex Labeone tradit in l. bona. §. hæreditas. ff. de bon. poss. Hæreditatē non vtique rerum possessionem accipiendam, iurisque magis, quàm corporis possessionem esse. Vnde hoc quidem differt à bonorum pos-
2 sessione, quòd hæreditas sit ius directum: bonorū verò possessio, vtile: ea
3 quippe id ratione, quia Prætori non licet directò hęredē facere. §. quæ autem. Instit. ciuilib. de bon. poss. Ipsam itaque pecuniam hæreditariā, quomodo hæreditatem appellare rectè possis, planè non video: tametsi Alciatus hic senserit ἀπροσωπῶς, & per relationem posse appellari. Rectius siquidem dicemus, pecuniam, res, & bona, in hęreditate esse. Quemadmodum actiones functionésq; corporis, animum dicere nequeas: in animo aut em esse, id est, ab animi ipsius virtute, & facultate animali dependere. Qualiter namque fieri hoc poterit, vt quod incorporeum est, veluti animus, & ius ad corporea referatur? Hoc meherculè impropriū fuerit, ναὶ ἄτοπον. Sed hoc pace tanti viri dixerim, quem repræhendisse videri nusquam volo.

4 DECESSIONEM. Verbum, decedere, propriè eorum erat, qui è prouincia, in qua functi erant magistratu, in vrbem redierant: vnde decessio, sicut adnotauit Budæus in l. ij. ff. ad leg. Iul. maiest. Hoc tamen loco, decessio, imminutionem significat. Dicimus enim Latinè, hoc mihi decedit: quemadmodum è diuerso hoc mihi accedit. Et quidem Vlpianus decessionem in eum significatum posuit. Crescit enim & augetur nonnunquam hæreditas: decrescit etiam & imminuitur aliquando: quemadmodum peculium nasci & crescere, idem quoque decrescere & mori, Martianus tradidit in l. peculium nascitur. ff. de pecul. *Decedere. Decessio.*

5 FRVCTIBVS AVGETVR. Nam hæreditas & augmentum recipit, & diminutionem, vt supra dictum est, & scripsit ipse Vlpian. in l. item veniunt. §. item non solùm. ff. de pet. hæred. & paulò infra. in §. fructus autem. Fructus autem (inquit) omnes hæreditatē augent, siue ante aditam, siue post aditam hæreditatem accesserint. Sed & partus ancillarum sine dubio augent hæreditatem. Idem quoque traditum est in l. post
6 motam controuersiam. versic. fructibus enim. C. eod. titul. Pecunia igitur quæ ex rebus hæreditariis, vel ex fructibus ipsius hæreditatis accessit, hæreditatem auxisse dicetur. Quod si post perceptam ex rebus hæreditariis pecuniam, apud fideicommissarium ipsa nimirum pacunia perierit, dicendum nihilominus erit accessionem, non decessionem, hæreditatem recepisse. Nam si ipsa res (inquit Iulianus in l. si ipsa. ff. de eo quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eò quod met.caus.gest.) quæ ad alium peruenit, interiit, non esse locupletiorem dicemus. Si verò in pecuniam, aliámve rem conuersa sit, nihil amplius quærendũ est quis exitus sit: sed omnimodò locuples factus videtur, licet postea depereat. Nam & Imperator Pius Antoninus Claudio Fronti nõ de preciis rerum hæreditariarum rescripsit, ob idipsum peti ab eo hæreditatem posse, quia licet res quæ in hæreditate fuerant, apud eum non sint, tamen precium earum locupletem eum, vel sæpius mutata specie faciendo perinde obligat, ac si corpora ipsa in eadem specie mansissent.

SVMMARIVM.

1 Actio, nomen est generale.
2 Actio propriè de personali dici solet, quod ex personali obligatione nota sit.
3 Actio quæ oritur à iure quod quis in re habet, realis est.
4 Petitio est in rem actio propriè.
5 Persecutio est tam in rem, quàm in personam persecutoria actio.

ACTIONIS VERBVM. Proditum est apud logicos professores Genus de suis specibus dici, esseq; ipsum genus alicuius speciei. Quædam autem genera, species appellari τὰ ὑπέρκειμενα dicta, & interiecta inter extrema, videlicet τὰ γενικώτατα καὶ τὰ εἰδικώτατα. Vt inter substantiam & hominem enumerantur, corpus, corpus animatum, animal. Quæ quanuis genera sint, species tamen aliquando censentur. Nam animal cum genus sit ad hominẽ & brutum, est nihilominus species ad substantiã, & corpus. Eo modo, licet actionis nomen generale sit omnium siue in rem, siue personam actionum, & apud omneis veteris iuris conditores hoc nomen in omnibus pateat. l. fin. C. de hæred. vel actio. vend. Petitio tamen & persecutio cùm species sint, vocabulum actionis habent, sic vt petitio dicatur actio: persecutio, item. Habet igitur actio tam speciei quàm generis nomen: & tum de reali tum etiam de personali dicitur, de petitione & persecutione. Ecce enim si quis actiones alicui legauerit, censebitur non reales tantùm legasse, sed & personales: atq; omni specie actionis poterit legatarius experiri. Quod Ioan. Fab. in §. appellamus autem. tit. de actio. Instit. haud dubiè censuit. Iam verò actio propriè de personali dici solet, vt quia ex personali obligatione nata sit, ducátq; originem à contractu vel quasi, à delicto vel quasi delicto. §. omnium. Instit. de act. & Ias. in eum locum. Illa autem quæ scaturiit à iure quod quis in re habet, realis propriè nominanda est. Veluti, Si rem corporalem possideat quis, quã Titius suam esse adfirmet, possessor autem dominum eius se esse contendat. Nam si Titius suam esse intẽdat, in rem actio est. Imperator in d. §. omnium autem. Equidem si quis rem meam possessione vsurpat, is nullo mihi iure obligatus censebitur: sed ob rem meam à te possessam, aduersum te experiri licet, actionémq; realem intendere. l. j. C. de alien. iud. mut. caus. fa. Petitio siquidẽ propria significatione in rem actio dicitur Papiniano in l. actio. ff. de actio. & oblig. & dicitur petitio, quasi per certum persecutio. Nam ab aduersario qui nullo iure

1
2
3
4

Actio personalis quæ & vnde.

Actio realis quæ & vnde.

Petitio quid propriè & vnde.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

iure mihi obligatus est, directè nõ peto: sed per tertium, videlicet per iudicem ab eo peto, ac contendo. Et in eam sententiam scribit Ioan. de Blanasco in tit. de Actio. Persecutio (ait idem Papinian. d. l. actio.) est in rem vel in personam rei persequendæ gratia, vt quanlibet actionẽ persecutoriam compræhendat, sicut scribit Accurs. in d. l. Actio. Vel persecutio est extraordinaria petitio, vt fideicommissaria olim: vt instit. de fideicõmiss. hæred. ad princip. Præterea petitiones salariorum, alimentorũ, mercedis, præceptorum, ingenuarum disciplinarũ seu liberaliũ artium, quas Græci διδάσκαλα μαθήματα vocant, aduocatorum, Medicorũ, obstetricũ, nutricũ, & similium quæ recensentur in l. j. ff. de var. & extraordin. cog. persecutiones dicuntur, eodem Accursio teste in d. l. actio. De persecutionis verbo diximus abundè supra in l. actionis verbo. Cæterò, quæ actio Ciuilis, quę-que criminosa sit, tradit amplissimè Iason in titul. de actio. §. superest. Requa vide apud Andræam Alciatum in hunc locum.

Persecutio quid.

IDEM LIB. LI.

LEX CLXXIX.

INter hæc verba, *Quanti ea res erit*, vel, *Quanti eam rem esse apparet*, nihil interest. In vtraque enim clausula placet veram rei æstimationem fieri.

SVMMARIVM.

1 Interesse, & communem rei æstimationem, aut ad priuatam affectionem, aut ad conuentí deductionem.
2 Verba in hac lege expressa ad communem vtrimque rei æstimationem, non ad singularem affectionem traducenda sunt.
3 Ex communi omnium æstimatione apparet quanti res est.
4 Quanti ea res erit, vel quanti esse apparebit, idem significant.

1 NTER. Vt clariùs hoc Vlpiani responsum aperiam, præfari lubet, *Id quod interest* triphariam à nostris vulgò accipi. Aut enim id quod interest, ad cõmunem rei æstimationem traducitur, aut ex adfectione singulari, aut ex conuentione deduci solet. Siquidem interesse singulariter dicimus, quod ex persona petẽtis consideratur: cõmuniter, quod cõmuni omnium æstimatione. At verò quamuis hæc oratio, *Quanti ea res erit*, ad id quod interest referenda sit, sintq; eadem, Mea interest, & quanti ea res est, tamen nec
2 simpliciter nec absolutè ad id quod interest referri debet. Tantùm enim ad id quod communiter, non singulariter, nec ex conuentione, interest, adæquanda sunt hæc verba, *Quanti ea res erit*, id est, ad veram germanámq; rei æstimationem: de qua id quod cõmuniter interest, seu interesse cõmune, dici propriè oportet. Itaque tametsi, id quod interest, nihil aliud sit quàm quando damnum sentit aliquis, vel proprium perdendo, vel lucrum non acquirendo, & propter generalem latéq; patentẽ rei significationem, augmentum accessionémque plerunque admittat, ac etiam precium rei quandoque longè excedat & superet, si tamen quis stipuletur,

Interesse quid.

Quanti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quanti ea res erit, pensitabitur id quod interest secundum cõmunem rei, id est, veram rei æstimationem, seu in dando, seu etiam in faciendo conceptam sit stipulatio. Nihil ergo interest quis stipuletur, quanti ea res erit, 2
vel quanti eam rem esse apparebit. Quandoquidem non aliter quanti res 3
erit apparere potest, quàm ex communi omnium æstimatione, & veritate ipsius vel rei, vel pœnæ. l. j. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. ij. §. fin. ff. qui satisdare cogan. l. si seruum. ff. ad leg. Aquil. & §. j. Instit. eod. tit. u. l. si procuratori falso. ff. de cond. caus. dat. Concludendum igitur fuerit, has duas 4
clausulas *Quanti ea res erit*, vel, *Quanti esse apparebit*, in eundem sensum accipi. Quod Vlpianus hoc responso intelligi voluit. Videto reliqua in eum locum apud And. Alciat. & apud Zasium in d. l. j. §. hoc iudicium ff. si quis ius dicen. non obtemp. & in intellect. singul. & eundem in l. stipulatio §. si quis dolum. ff. de verb. oblig. Alciat. in l. vnic. C. de senten. quæ pro eo quod inter. prof. & do. Iacobum Reginaldum Turonum quondã apud Andes Iuris professorem eximium, in eo tractatu, quem de eo quod interest, scripsit amplissimum eundemque eruditissimum. Erat ille enim doctrina iuris & literarum cognitione præstantissimus: qui postquàm tot os plus quadraginta annos in Andium academia iura publicè & frequẽti auditorum corona edocuit, tandẽ nonagesimum agens annum raptim excessit è vita, Anno domini M. D. XLVII. Sexto Calend. Nouemb.

Iacobus Renault Doctor & Decanus Vniuersitatis Andegauensis.

POMPONIVS LIB. XXX.

LEX CLXXX.

TVgurii appellatione, omne ædificium quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quàm quod vrbanis ædibus, significatur. Offilius ait, Tugurium à tecto, tanquam tegularium, esse dictum: vt toga, quòd ea tegamur.

SVMMARIVM.

1 Argumentatio ab interpretatione verbi, in iure censendo nonnunquam assumitur.
2 In argumentis ab etymologia, non tam vox quàm vocis significatio consideranda.
3 Rex alio quouismodo quàm bello amissa, & post domino recuperata, etiam postliminio rediisse dicitur.

Tugurium quid & vnde.

VGVRII. Est propriè Tugurium rustica domuncula ædificata vimineis aut aliâs ligneis cratibus, intextis stramẽtis aut harundinibus, tectáq; culmis temerè congestis. Dicitur autem Tugurium à tegendo, authore Seruio in Virgilium. Offilius à tecto putat dictum: sed non tam quidem appositè quàm Seruius ipse à tegendo: propterea q̃ tectum ipsum, tugurium est: perindéque à tegendo dicitur tectum, atque tugurium, quòd ipso tugurio, vt tecto tegamur: cæteræ quoque res rusticæ, & animalia ac etiam instrumenta rustica contegantur. Sic toga à tegendo dicta, quemadmodũ Stola apud Græcos ἀπὸ τῆ στέλλειν, quod operire & induere significat, vt supra annotauimus, & Lazarus Bayfius testis est. Sed quorsum hoc Põponij responsum spectat? Sanè vt doceamur argumentationẽ ab interpretatione 1
verbi

Stola.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

verbi nonnunquã in iure cẽsendo prodesse, atq; illi quidẽ argumentationi esse locũ. Vt si quis dicat: pupillorũ bona tuetur, ergo tutor est. Hoc autẽ multipliciter dici solet. Aut enim Etymologia est, aut Allusio, aut allegoria, aut cætera huiusmodi. Sæpe etiã coniugata & denominata dicuntur. *Etymologia quid.*

Etymologia quæ à Cicerone in Topicis modò notatio, modò veriloquiũ ab Aristotele appellatur σύμβολον, quod latinè, eodem Cicerone teste, est nota, vel, vt quibusdam aliis placet, signum, indicium est, quando ad veram verbi interpretationem, vocem traducimus. Ipse Cicero scribit argumenta duci à notatione, cum ex vi nominis argumentum elicitur: eãq; esse notationem quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est (inquit) verbũ ex verbo, veriloquium. At verbi non satis apti novitatem fugiens, genus hoc argumenti, notationem melius (vt Rodolphus agricola censet) appellat, quia sunt verba rerũ notæ, ἃ τὰ εἰρημένα φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, inquit Aristoteles libro primo, περὶ ἑρμηνείας. Cùm igitur ducuntur argumenta ab Etymologia seu à notatione aut veriloquio, vel, vt Boëthio placet, ab interpretatione verbi, non tam vocem quàm vocis & verbi ipsius veram significationem, quæ animi sensa aperiat, consideramus, & eam quidem orationem quæ mentis sit interpres, vt ait Cicero libro primo de legib. Nam, vt idem Cicero in Topicis tradit, cum intelligitur quid significatur, minus laborandum est de nomine. Multa igitur disputando efficiuntur notatione, ex verbo: vt cum dicimus ducem, quia ducat: regem, quia regat: & togam à tegendo corpore. Sic casam ædificiũmque quod rusticæ rei tegendæ ac custodiendæ magis conuenit, quàm quod vrbanis ædibus, Tugurium à tegendo, tanquàm tegularium dici Pomponio placet. Sic quoque ex vi nominis dicimus animam constare & perfici ex aëre quem inspirando haurimus: quoniam anima, quòd ventum significet, sit vocata, ἀπὸ τοῦ ἀείρειν. Eo modo pecuniam in instrumẽto domestico esse, quoniam ipsa instruatur domus. Hoc idem tradidit Rodolphus Agricola libro primo de inuentione dialect. Sic quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem peruenerint, & ex suo tanquam limine exierint, hinc cum redierint post ad idem limen, postliminio (quod à limine & pòst Scæuola dictum putauit) rediisse videtur, id est ad verum & suum dominum vnde exciderant, & ad alium peruenerant: & hoc quidem ab Etymologia postliminij, & nota ipsius vocis, quę quidẽ nota sensa animi aperiat. Nam quãuis postliminium sit ius quo qui ab hostibus, à quibus in bello aut circa bellum capti erãt, ad suos redeunt, & limen propriũ recipiũt, si tamen quid mihi vel vi vel furto perierit, & in alterius ditionem, quotum neque fœdus, neq; hospitium, neq; amicitiam inieram, peruenerit, tũ demũ idipsum recuperem, postliminio ad me rediisse videbitur. l. postliminij ius. & l. postliminium. ff. de capt. & postlim. reuers. Non enim quæritur quæ sint postliminij iura, sed verbũ ipsum postliminij notatur. Ita quãuis Sacrilegium à sacro & legẽdo, videatur dictũ, vt spicilegiũ, à legẽdis, id est colligendis spicis, nihilominus qui sacri aliquid, aut pecuniam de templo

Notatio. Veriloquiũ.

Cap. xxiij.

Postliminium quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

surripuit, is sacrilegium admisisse censebitur. Et non ex voce, sed ex mentis captu & cõiectura: vel ex hoc quod τυμείῳ Græci appellant, id est, propriam rei notam. Quare rectè mihi videtur. Baldus in cap. j. §. si quis de manso. de controuer. l. inuestitu. in vsib. feud. definisse Etymologiam esse resolutionem vocis in verum & proprium effectum verbi. Proxima equidem Etymologiæ est Allusio, quæ plerunq; à sono vocis prouenit: frequenter ab effectibus, aut fini verisimili, quiq; frequentius cõtingere solet: aut à modis efficiendi: de qua latè scripsit Claud. Cantiuncula, vir egregiè doctus, in Topic. legal. & exempla profert ex l. j. ff. de acquiren. poss. ex. l. bonorũ. l. dimissoriæ. l. ager. l. Tuguri. l. plebs. §. pignus. hoc tit. de verb. sig. & institu. de testamen. in princip. Postea varias Allusionis species prosequitur: docétq; quantum ab Etymologia discrepat Allusio: quæ ab alludendo verbo dicitur. Alludit autem is qui ad aliud mentem referẽs, inde ducit, quod ad rem, de qua agitur, facit: & qui quasi ludens rem suã prosequitur. Quæ diffinitio est Iacobi Strebæi in Comment. ad libr. primum Ciceronis, de oratore ad Q. Fratrem. Metaphoræ autem, Allegoriæ, imagines, collationes, similitudines, exempla sunt Allusiones, quæ modò ad probandum, modò ad ornandum valent. Allegoria, quam inuersionem Quintilianus libro octauo, vbi de tropis agit, interpretatur, est cum fluxerunt plures cõtinuæ trãslationes, & alia planè fit oratio. Ab aliis immutata oratio dicitur, & contexta metaphoris: series metaphorarum. Hoc genus, inquit M. Cicero in oratore ad Brutũ, ἀλληγορίαν Græci appellant. Hęc, vt tradit ipse Quintilia. eodem loco, aliud verbis, aliud sensu ostendit: ac etiam interim contrarium. Nihil sanè ad rem pertinet Anagoge, tametsi metaphoræ videatur aliquo modo finitima. Est autem ἀναγωγή, quæ à nostris, recessus dicitur, quando ab humilibus ad sublimia & ardua ascendit oratio, & hæc theologis frequentior. Quandoquidem mentis subnexionem à littera ad sensum spiritalem, à terrenis ad cœlestia, ἀναγωγὴν dicunt. Vt cùm dominus pollicetur Iudæis terram fluentem lacte & melle, ἀναγαγὼν cœlestem sedem, & patriam deliciarum spiritalium copia redundantem intelligunt: πάρεστι τὸ ἄνω, τουτ' ἐστὶ ἄνω, quod sursum significat. Est ἀναγωγὴ mentis sursum eleuatio, & recessus. Quemadmodum sanguinis reiectionem Medici τὴν τοῦ αἵματος ἀναγωγὴν, id est, sursum eductionem dicunt, quum videlicet sanguis è pulmonibus, tusi, aut è ventriculo, vomitu sursum educitur: vnde ἀναβάλλειν αἷμα, extussire sanguinem, frequens apud Galenum & Hippocratem loquutio. Sed longius instituti rationẽ egredior, atque euehor. Hoc quippe leuiter & in transitu libuit attingere. Redeamus ad Etymogiam. Est illa quidem plerunque fallax, teste Valla lib. iiij. elegan. & imprimis (nisi fideli fundamento mittatur) friuola. Nihil (ait ipse Valla libro sexto) habet magis ridiculum hæc de qua loquimur scientia, quàm Etymologiam, in qua ipse quoq; Varro lusit & lusus est. Et paulò infra arguit Donatum scribentẽ syncerum dici quasi sine cera; cum potius ex duobus Græcis σύν videlicet, & κηρὸς cõponatur: quod iunctum significat,

Allusio.

Alludo quid.

Allegoria.

Quintil. li. viij. cap. vj.

Anagoge.

Recessus.

Cap. xx.

Cap. xxx. vj.

Cap. xxx. vij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

significat, cum cera. Et quamuis Cicero lib. j. Officiorum scripserit fidem ideo dictam, quia fiat quod dicitur, hanc tamen etymologiam fallacem esse ex eo declarat, quod nomẽ etiam chordam musici instrumẽti significet. Ita mulier ab aliquibus ineptè ἐτυμολογεῖται mollis aër: quam rectius à mollicie dictam cum Lactantio existimauerim. Veruntamẽ Iureconsulti frequenter ab etymologia ducunt argumenta: quod non simpliciter fieri solet. Aut enim ducitur argumẽtum ab eo quod per etymologiam interpretamur ad ipsam etymologiam: aut è contrario, ab ipsa etymologia ad vocem interpretatam. Quod quomodo fiat, & de locis argumentorum ab etymologia, allusione, & interpretatione vocabuli, videbis diffusè apud Clau. Cantiũculam loco suprà commemorato: & apud Nicolaum Euerardũ de Midelburgo, In eo opere quod Topicorum legaliũ cẽturiam inscripsit. Est locus de ea re amplissimus. Illum tu petes si voles. Est enim uir copiosè eruditus in Iure. *Fides quid & unde dicta.*

IDEM LIB. XXXV.

LEX CLXXXI.

VERbum illud, PERTINERE, latissimè patet. Nam & eis rebus petẽdis aptum est quæ dominii nostri sunt: & eis quas iure aliquo possideamus, quanuis nostri dominii non sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.

SVMMARIVM.

1 Pertinere, dicitur quod quis quoquomodo possidet, sibíque acquirere, & habere si velit potest.
2 Quod aliquo mandante factum est, ad ipsum pertinere dicitur.
3 Res cum alio communis ad vtrunque, & singulos pertinet.



VERBVM ILLVD, PERTINERE. Latissima est verbi quius, *Pertinere*, significatio. Continet enim ea quæ & nostri dominii sunt, & quæ etiam quoquomodo possidemus, tametsi hę in domino nostro nequaquã fuerint. *Pertinere quàm latè pateat.*

1 Pertinere autem (inquit Connãnus lib. x. cum de hęredũ qualitate & differentia agit) ad aliquem hęreditas aut legatum dicitur, cum potest, si velit, sibi acquirere & sibi habere: vt purè data hæreditas tẽpore mortis: sub cõditione data, cum impleta est cõditio. Vnde Neratius l. non oportet. de lega. ij. Non oportere tradit prius de cuiusquam cõditiõe quæri, quàm ad eum hæreditas legatúmve pertineat. Sed & cum Prætor ait: Cuius nomine quis actionem dari sibi postulabit, Is eũ viri boni arbitratu defendat: & ei quocum eo nomine agit, id ratum habere eum ad quem ea res pertinet, boni viri arbitratu satisdet, illis verbis, Vlp. l. nõ solùm. §. quæritur. ff. de proc. negat creditores cõtineri, & de domino tantũ esse cautum, cẽset, déque eius hæredibus. Quæ etiam est Bartoli in eundem locũ sententia. Sic quoque id quod me mandãte factum est, pertinere ad me dicitur. *Cap. v.* *L. Seruum. §. ait prator. de procur.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quare idem Vlpianus in l.si quis ex argentariis §.ex hoc edicto.ff.de edẽdo.Pertinere autem (ait) videtur ad me ratio,ſimodò eam tractaueris me mandante.Ad eum ſiquidem pertinere dicitur,cui actio competit.Sed & ſi quæ res ſit mihi cum aliquo communis,eam ad me pertinere iure dicã, cuius quidem rei diſtrahendæ facultas mihi conceſſa ſit. l. quoties. C. de vendit.re.fiſcal.com.cum priua,& l.res quæ.§.res autem.ff.de iur.fiſci.

VLPIA. LIB. XXVIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXII.

PAterfamiliâs peculium habere non poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona.

SVMMARIVM.

Patrimonium, eſt patrisfamiliâs ſubſtantia, de cuius teſtamento inofficioſo querela eſſe poteſt. Peculium eſt filiifamiliâs, de quo teſtamentum condi ſine querela poteſt.

Peculium quid propriè.

PATERFAMILIAS. Bona filiorũ familiâs,& qui in poteſtate parentum ſunt, peculium propriè dicuntur: de quibus cùm teſtamentum in caſtris condere liceat,hoc tamen priuilegij Iure cenſentur,vt querelæ minimè ſubiaceat.Cum verò ſui iuris effecti ſunt & patresfamiliâs, peculij nomen amplius nõ permanet,& cum aliis rebus confunditur:ſimilémque fortunam recipit, quemadmodum & cæteræ res eorum:& vnum congregatur ex omnibus patrimonium.l.fi.ad finem.C.de inofficio.teſtamen. Hoc igitur à peculio differt patrimoniũ, quòd de patrefamiliâs & eo qui ſui iuris eſt, dicatur: ac cum de patrimonio,teſtamento ſtatuerit, inofficioſi querela poſsit intendi:Peculium verò ſit filiorũfamiliâs,nec ad inofficioſi querelã pertineat.

Patrimonium quid, & qualiter à peculio differat.

IDEM LIB. XXVIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXIII.

TAbernæ appellatio,declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo quòd tabulis claudatur.

PAVLVS LIB. XXVIII.

LEX CLXXXIIII.

INde Tabernacula,& conturbernales dicti ſunt.

SVMMARIVM.

1 Officinæ in qua opificia exercentur,& tabernæ in qua,& opera,& merces venales præſtant differentia confunditur.
2 Tabernæ inſtrumentum legatum,& Tabernæ cauponæ,plurimum differt.
3 Taberna eſt ædificium quodcunque,ex tabulis,ad habitationem aptum.
4 Tabernaculum eſt taberna ſeu caſula loco mobilis,& translatitia.
5 Cœmeterium templi pars eſt.
6 In vacatione beneficij appellatione eccleſiæ comprehenduntur ſacella contigua, & cœmeteria.
7 Polluto templo,polluitum cenſetur cœmeterium non contra.

Tabern

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

TABERNAE. Supra traditum est à Pomponio, Tugurium, rusticum ædificium esse, ipsúmque à tecto, &, vt toga, à tegendo dictum: hoc autem loco Vlpianus etymologiæ exemplo dum exequitur, Tabernam ideo dictam scribit, quòd tabulis claudatur: atque ex hoc declarati, esse ædificium omne quo habitationis gratiâ vti solemus. Donatus dictam existimat Taberna, quasi trabeam, à validioribus trabibus, quibus superiora suspēsa sunt. Sunt autem Tabulæ apud architecturæ professores, asseres sectiles, authore Festo, à quibus etiam & assamenta, & assulæ dicūtur. A tabulis, tabulationem, & tabulata accipiunt. Ioan. Bapti. Albertus lib. vij. rei ædificatoriæ, Cap. ix. Vacua inter tigna, vbi est opus elegans, complentur tabulis æquè latis, & imponunt tigna perpendiculo vt alsideāt in solido suæ columnæ. Tignorum verò capita, ex tabulis prodeunt ad modulum dimidium tabulatum perpendicula, cum infirma condleunt fascia trabis substitutæ. In tabulis istiusmodi, sculpuntur capitá vitulorum, patinæ, rotæve, & eiusmodi. Tignis & tabulis quibusque sua imponitur fasceola, cimatij loco, lata modulos duos, &c. Idem lib. iij. Tabulas nimium spissas putant non commodas: quoniam detorqueri cum occeperint, clauos extrudant: & assetibus, quanuis tenuioribus, clauos apponi iubent duplices, præsertim sub diualibus crassationibus, quibus tabularum anguli, & media lateráque firmentur. Tabernæ igitur inde appellatæ sunt, quòd tabulis & clauderentur, atque etiam operirentur. Apud veteres enim, ædificia, domósque magna quidem ex parte tabulis fuisse tectas, traditum est monumentis. Nam Plinius lib. xvj. cap. x. ex Cornelij nepotis authoritate scribit, Romam scandulis opertam, vsque ad regis Pyrrhi bellum annis quadringentis septuaginta. Sunt autem Scandulæ quási scindulæ tabellæ, non serra, sed bipēni productæ trūco delecto, veluti Plácæ quibus ad plurima vtimur. Vnde tectum scandulare Apuleio: nisi potiùs à scandendo, ut putat Marius Grapald. lib. ij. de part. ædium: cùm tamen Isidorus lib. ix. Etymolog. c. xix. scandulas à scindendo dictas credat: & verius vter senserit, videto. Sunt igitur scandulæ tabellæ vicem tegularum præstātes, quernis & ligneis assulis, seu sectilibus asserculis confectę. Vitruuius lib. ij. architect. cap. j. Hęc autem (inquit) ex his, quæ supra scripta sunt, originibus, instituta esse, possumus sic animaduertere, quòd ad hūc diem nationibus exteris, ex his rebus ædificia constituuntur, vt in Gallia, Hispania, Lusitania, Aquitania, scandulis robusteis aut stramētis, &c. Cæterò, Taberna erat ædificium in loco publico vbi merces, & quæcunque alia opera omnis generis venum proponebantur: hócque differt ab Officina, quòd in officina ipsa opera fierēt, teste Valla lib. iiij. Officina (inquit) est statuarij, fusoris, flatoris, cælatoris, excusoris: vitrearij, pictoris, sutoris, fabri, qui multiplex est: ligharius, & hic non vnius generis: ferrarius, nec hic simplex: lapidarius, qui & ipse in multas diuiditur species. Taberna vocatur, lauaria, viuaria, olearia, & mille huiuscemodi: vnde opifices & tabernarij vocātur. Dicimus &

Taberna quid & vnde est deriuata.
Tabula.
Tabulatæ.
Tabulatio.
Cap. xij.
Ædificia apud veteres Romanos quibus rebus tectam.
Scandula quid.
Plancæ.
Officina.
Cap. xliiij.
Opifices.
Tabernarij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Tabernam argentariam, quæ rectè hodie Lugduni vocari potest à vulgo, Cambium. T. Liuius lib.j.decad.prim. Ab eodem (inquit) Rege, & circa forum priuatis ædificãda diuisa sunt loca, porticus, tabernéque factæ. Vitruuius lib.v.cap.j. Igitur circũ spectacula spatiosiora inter colũnia distribuãtur circáque, in porticibus argẽtariẽ tabernæ mœniánáq; superioribus coaxationibus collocentur, quæ & ad vsum, & ad vectigalia publica rectè erunt disposita. Scribit Pomponius in l.ij.ff.de origi.iur. Virginium quendam arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecisse. Tabernã lanionis intelligit, in qua venduntur carnes laniatorum pecorum: cùm etiam lanionem à laniandis pecoribus dictum tradant Latini authores: & Zasius in d.l.ij. idem asserat, eúmque esse lanionem, quem vulgò Macellarium vocant. Tabernas quoque pro cœnopoliis accipimus, & cellis vinarijs vbi vinum & seruari & vendi solet, quas Xenophon δοῦκας appellat, Vitruuius lib.vj. Apothecas: quo etiam loco docet in vestibulis ædificiorum, eorum maximè qui rusticis rebus seruiunt, tabernas, stabula esse facienda, quæ ad fructus seruandos magis, quàm ad elegãtiæ decorem possunt esse. In summa, tabernæ nomen significat omnem illum locum ædificio tectum tabularum, quo & merces vendi, & opera quæcunque fabricari solent, sicut in officina: ita vt eam Vallę differentiam eludi oporteat. Cùm quæritur, inquit Neratius.ff.de fundo instruct. & instru. lega. quod sit tabernæ instrumentum? Interest quod genus negotiationis in ea exerceri solitum sit. Papinianus eod.titu.l.tabernæ. tradit Neratium existimare, tabernæ cauponæ instrumento legato, etiam institores contineri. Sed videndum est (ait) ne inter instrumentum tabernæ & instrumentum cauponæ sit discrimen: vt tabernæ, non nisi loci instrumenta sint, vt doliaria vasa, ancones, calices, & trullæ quæ circa cœnam solẽt traiici. Item, vrnæ æreæ, & congiaria, sextuaria, & similia. Cauponæ autem cùm negotiationis nomen sit, etiam institores. Quo quidem capite docet ipse Papinianus multùm referre tabernæ instrumentum, an verò tabernæ cauponæ legatum sit. Quod reliquum est, taberna in genere significat quodcunque ædificium habitationi paratum aptúmque. Scæuola in l. tabernam.ff.de fundo instru. propterea quòd, vt supra diximus, antiquitus ædificia & domus tabulis fabricari & contegi solita erant. Inde tabernaculum dictum: inde etiam contubernales, quos Epimenides Cretensis ἑταίρους, vt testis est Aristoteles in Polit. appellat, quòd eiusdem tabernæ socij essent. Est quippe Tabernaculum Casa, tabulis, vel corio, vel etiam arborum ramis, seu stramentis facta tectáque, ac quæ loco moueri possit, & huc aut illuc transferri: & eo in castris Imperatores vtuntur aduersus ambientis aëris καὶ πάγετος ac cœli iniurias. Plinius libro secundo natural.hist. capit. lv. Ideò pauidi altiores specus tutissimos putant: aut tabernacula è pellibus belluarum, quas vitulos marinos appellant, &c. Et quoniam in prætorio Imperatoris locari solebat tabernaculum, Augustale appellabatur. Tradit Xenophon lib.

Argentaria taberna.

Lanio quis & vnde dictus.

Cap.viij. Apotheca.

Caupona nomẽ quid.

Contubernales.

Tabernaculum quid & quam sit eius verbi significatio varia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

libro octauo, Pædiæ Cyri, tabernaculum ipsius Cyri semper tum hyeme, tum verò æstate Orientem versus situm fuisse. De tabernaculorũ castrensium fabrica varia, apud diuersas gentes, scribit eleganter Alexander ab Alex.lib.j.Genial.dierum.cap.xij. Iam verò tabernaculum quod à Græcis σκηνὴ, id est, Scena Latinis, est frons theatri, seu medium theatri hostium, vt scriptum est à Cassiadoro in epistola ad Symmachum, vbi de theatri origine tractat. Scena altior erat pulpito: pulpitum, altius Orchestra in qua erant Senatorum & grauissimorum hominum sedes collocatæ. Proscenium, authore Diomede, locus est ante scenam: ibi erat pulpitum, in quod fabularum actores prodirent. Vlpianus ex Labeone in l.ij.§.ait Prætor.ff.de his qui not.infam. tradit scenam esse, quę ludorum faciendorum causa quolibet loco, vbi quis consistat moueatúrque, spectaculum sui præbiturus posita sit, in publico priuatóque, vel in vico, quo tandem passim homines spectaculi causa admittantur. Titus Liuius libro nono, ab vrbe cond. scribit P. Licinij. Pont. Max. funeris causa viscerationem datam, & gladiatores C X X. pugnasse: & ludos funebres per triduum factos: post ludos, epulum: in quo cum toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis cohorta, coëgit plerosque tabernacula statuere in foro: eadem paulò pòst, cùm vndique conserenasset, sublata, defunctósque vulgò ferebant, quòd inter fatalia vates cecinissent, necesse esse in foro tabernacula statui. Quo Liuij loco docemur, tabernacula tentoria esse, quæ cuique licebat etiam in loco publico, veluti vmbracula quædam, vt rustici in agris inumbrationis gratiâ solent construere, quæ Græci τὰ σκιάδια, παρὰ τὸ σκιάζειν, quod obtegere & inumbrare significat. Sic Plato περὶ θνάτου, in Axiocho dixit, τὸ σῶμα ἔστι τὸ τῆς ψυχῆς σκῆνος: τοῦτ' ἐπὶ δυστέρῳ. Corpus (inquit) hoc nostrum, veluti quoddam tabernaculum seu tentorium magno nostro malo circumaptauit natura. Hæc illius sunt verba. Τὸ δὲ σκῆνος πρὸς καὶ πλείστον ὁ φόβος. Testatur diuus Lucas in Actis Apostolorum beatum Paulum texendorum tabernaculorum artem exercuisse cum Aquila quodam Iudæo pontico genere, & Priscilla vxore eius, ἦν γὰρ (inquit) σκηνοποιὸς τὴν τέχνην. In sacris litteris, Templum summi Dei, quò fideles omnes Chriastiani coëunt adorationis gratia, tabernaculum appellatur, τὸ σκηνώμα. ἐκκλινοῦμεν ἐς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσομεν ἐν τῷ τόπῳ ὃ ἵστασαν οἱ πόδες αὐτοῦ. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco quo steterunt pedes eius. Hoc quidem loco significatur, populũ Israëliticum polliceri se celebraturũ & piè sanctéque veneraturũ templum Dei, cui ędificando iam inuentus erat locus. Sanè, cùm Deus Opt. max. sapientissimúsq;, ac idem summus rerũ omnium parens & φιλάνθρωπος, vastam atque amplissimã domum dederit mortalibus, id est, mundum, cõmunem (vt ait Cicero) deorũ & hominum ciuitatem, tum demum cœlum, mundi scilicet partem, vt ipsi Ciceroni post Aristotelem videtur, veluti cognationis domicilium illis cõstituerit, quod quidẽ ab ipso Aristotele ὑψίνου dicitur ὑψίνου ἔστιν ἔνω, vel quod om-

Scena. Pulpitum. Orchestra.

Proscenium.

Cap.xviij.

Psalm.131.

Lib.ij.de natur. Deo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nium conſpectui vndique pateat; vt ſit ab ἔρημα nonne indignum cenſe-
bimus eſſe, templum ſummo illi opifici καὶ δημιουργῷ denegare, qui talem
tantamque domum non muribus & muſtellis, ſed nobis ædificauerit?
Itaque, ait, diuus Bernardus, ſanctæ ſunt animæ propter inhabitantem
ſpiritum Dei in nobis: ſancta ſunt, propter animas, corpora: ſancta eſt
etiam, propter corpora, domus. Sanctum erit igitur Deo ſacrum templum,
vbi perpetuò Sanctorum Deus habitet. Sed, vt omnia ſi licet, exequamur,
Templum vna & altera ſignificatione dicitur. Etenim à beato Paulo, cor-
pus noſtrum templum ſpiritusſancti appellatur. An (inquit) neſcitis quòd
templũ Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Et beatus Hieronymus
in quadam epiſtola ad Paulinum, de vita eremitica. Verum Chriſti tem
plum, anima credentis eſt: illam exorna, illam veſti, illi offer donaria; in
illam CHRISTVM ſuſcipe: Templum etiam ipſe CHRISTVS corpus
ſuum appellauit: λύσατε (ait) τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. At ille, vt
teſtatur d. Ioannes, dicebat de templo corporis ſui. Quod ſi varias & mul-
tiplices templi ſignificationes perſequi liceat, templum rurſus dicitur lo-
cus in terra, augurij aut auſpicij cauſa quibuſdam conceptis verbis finitus
& conſecratus. Et apud Romanos nullo alio in loco, quàm in templo, li-
cebat cum populo agere. Nam Comitium forum, Campus Martius erant
templa: id eſt, conſecrata loca. Vnde Marcus Cicero lib. ij. de Oratore ad
Q. Frat. Habuerat enim (inquit) tu omnia in cauſa ſuperiora: vim, fugã,
lapidationem, crudelitatem, tribunitiam in Cæpianis graui miſerabiliq;
caſu: in iudicium vocabas: deinde Principẽ & Senatus ciuitatis. M. Aemy-
lium lapide percuſſum eſſe conſtabat: vi pulſum ex templo: id eſt, ex loco
auguriis conſecrato, & vbi concio habebatur. Cœlum etiam dicitur tem
plum, quod omniũ vndiq; patet at aſpectui, vt ex Ciceronis verbis, in ſom-
nium Scipionis videre eſt: Niſi enim (inquit) Deus is, cuius hoc templũ eſt
omne quod aſpicis; iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit, huc tibi aditus
patere nõ poteſt. Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerẽtur illũ
globum, quẽ in hoc templo mediũ vides, quæ dicitur terra. Hic templũ,
cœlum appellauit, & vacũ illud omne quod vndiq; circũſpicitur & pa-
tet: in medio cuius, tanquã in media mundi ſede, globũ terræ locauit. Eſt
enim templum à tuendo, vt M. Varroni placet, aut à contẽplando dictũ.
Quoties augures ex arce augurium petunt, lituum tenẽt ſine nodo adun
cum, quo cœli regiones & certa ſpatia, quibus videnda ad ſe pertinere vo
lebant, tuebantur: quæ templa dicta ſunt. Sedebat enim Augur velato ca-
pite, & lituo cœli regiones notabat. Quapropter templum tribus modis
dicebatur, teſte Varrone: ab natura, ab auſpicio, ab ſimilitudine. Natura
in cœlo: ab auſpiciis, in terra: ab ſimilitudine, ſub terra. Templum etiam
tigillum ſignificat, quod in ædificio tranſuerſum ponitur ſupra Cante-
rios prominentes ad extremam ſuggrundationẽ, author Vitruuius lib.
V. Verũm interim à nobis templũ accipitur vulgò pro ęde ſacra & domo,
vbi Deus adoratur. Idẽ etiã à Græcis vſurpatur, vt ſcribit Heſych. optim.
linguæ

Cœlum templũ Græcis quid & vnde dictum. S. Bernard. Sermo. ij. in dedicatione Ecclesiæ

Ioan. ij. Matth. xvi.

Templum quid & quam varias ſignificationes habeat

Templum vnde dictũ.

Augurum in capiendis auſpiciis modus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

linguæ Græcæ author φησὶν (inquit) οἶκον ἅγιόν σου προσκυνήσω. Et diuinùs Psaltes. Adorabo ad templum sanctum tuum, &c. Similiter etiam in Euangelio. Et erat ibi orans in templo. Templorum autem originem à sepulchris magnificè extructis sumptam Eusebius & Lactantius tradiderunt: & ante eos Clemens Alexandreus in προτρεπτικῷ scribit templa ædificare primum superstitionem docuisse. Quæ enim sepulchra (inquit) condita fuere excellentius, templorum postea nomen sortita sunt. Etenim apud Larissam vrbem in templo Palladis, summa vrbis arce visum fuit Acrisij templum. At verò in summo vrbis Athenienſium, Cecropis extitit sepulchrum, vt Antiochus in nono historiarum libro scriptum reliquit. Erichthonij quoque tumulus fuit in templo Palladis Poliados in quo iacet. Immarus autem Eumolpi ac Daeiræ filius simul cùm Celei filiis in Eleusinæ templo conditus sepulchro sub arce summa, recensetur. Clementis verba hæc sunt. εἶτα δὲ μὰ ἀναιρεῖς, ἀλλ' ἐς ἐπίδοσιν ἐλθεῖς, καὶ πολλὰ δὲ ἐνίοις θαυμαστὰ πολλῷ καθίστα θαυμάσιον ἐκατόμβας θύοις, καὶ πανηγύρεις ὀρτιτελεῖς, καὶ ἀγάλματα ἐστήσας, καὶ νεὼς ἀναοιδομεῖς, ὃς δὲ δὴ ᾖ, δὴ τότε σιωπήσομεν· τοῦτο δὲ, καὶ αὐτὸς ἐξελέγξω, νεὼς μὲν οὐφ' ἡμῶν ἀναμαζομένος, τάφος δὲ γεγαμένος, τεθέντι τὸν τάφον νεὼς ἐπικαλούμενος. ἡμεῖς δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν δεισιδαιμονίας ἐκλάθοιθε, τὸν τάφον τιμᾷν αἰσχυνόμενοι, ἐν τῷ νῷ τ' ἀθανάτ ἐν λαρίσαις, ἐν τῷ ἀκροπόλει τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου. Ἀθήνησιν δὲ ἐν ἀκροπόλει Κέκροπος, ὡς φασιν Ἀντίοχος ἐν τῷ ἐνάτῳ τῶν ἱστοριῶν· τί δὲ ἐρεχθόνιος, ὁ ἐν τῷ νῷ τ' πολιάδ' κειμένου. Ἴμμαρος δὲ, ὁ Εὐμόλπου καὶ Δαείρας ὢν ἐν τῷ ἐλευσῖνι ᾧ ἐπὶ τῷ ἀκροπόλει. Αἱ δὲ κελεὸς τυγεῖδῆς, ὢν ἐν ἐλευσῖνι τεθάφεται. Pleraque alia huiusmodi commemorat ipse Clemens eo loco: quæ sanè omnia longum esset hîc transferre. Qui Græcos Clementis codices habent, ad eos, si videbitur, confugient. Nondum enim (quod sciam) Latinus factus est ipse Clemens. Primus omnium Moses summo & vero Deo tabernaculum ædificauit, vbi orationes & pia vota ipsi Deo optim. maxim. fierent: ac in eo quidem tabernaculo extructa arca, in qua reconditæ fuerunt lapideæ tabulæ, leges populo latas continentes. Postmodum autem Salomon Rex sapientissimus, anno Regni sui quarto, & ab exitu Aegypti 480. præclarissimum templum, idémque excelsum cultu artificióque mirabili fecit Hierosolymis in honorem summi Dei: quod sanè ter consecratum fuit. Primùm quidem ab ipso Salomone, vt patet ex cap. j. de consecra. distinct. j. Secundò in Martio, sub Rege Dario tertio, sub Iuda Machabæo, mense Decembri. Tum deinde cœpere gentes magnifica Diis suis & idolis templa ædificare: quale fuit quondam apud Athenienses Iouis Olympij: & Anthiochiæ, Iouis Capitolini templum percelebre, non auro laqueatum tantùm, sed parietibus totis lamina inauratum. Et in Delpho, mundi totius vmbilico, visum fuit templum dicatum Apollini, & intra vrbis ambitum extructũ: vbi Apollinis simulachrum humana erat effigie. Nam in Delo, Drachonis: in Lycia verò, Lupi fuit. Ibi quidem insigne fuit Oraculum, quò viri præclarissimi ex omni orbe frequentes consultum confluebant: vnde vera clarissimáque responsa accipiebant. Quare, Regum, populorúmque donis amplissimis, ac etiã vrbium plurimarũ oblationibus & thesauris luculentissimis

Templa primum à sepulchris orta.

Qui primi omnium Summo Deo templum fecerunt.

Quo tempore Hierosolymis templum à Salome fuit constructũ.

Templa gentilium.

Templum Iouis Olympij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tissimis refertum hoc templum fuit: Gallis postea Brenno duce spoliatum. Scurriliter autem iocabatur Brennus, locupletes deos, largiri hominibus oportere, nullisque egere opibus, vt qui eas omnibus copiosè dare soleant. Quod tandem scelus vltore non caruit. Etenim terræ motu portio montis abrupta, Gallorum strauit exercitum, insecuta deinde tempestas quæ grandine & fulgure saucios ex vulneribus absumpsit. Dux Brennus ingentem vulnerum dolorem ferre non valens, mortem sibi pugione cõsciuit. Vastauit quoque hoc idem templum Philipphus Macedo, & incendit: vasáque, & quæcunque preciosa erant, immisso exercitu, dirupit. Tarquinius Gabij receptis (vt est apud T. Liuium lib. j.) & pace cùm Aequorũ gente facta, tẽplum permagnis sumptibus laboribúsque, Tarpeio in monte Ioui consecrauit. In quo quidẽ perficiendo non publica tantùm pecunia est vsus, fabris ex Hetruria vndique accitis, sed operis etiam ex plebe. Templum quod primum omnium Romæ sacratum fuit, illud est, quod Romulus fuso fugatóque in agro Romano Cenienſium exercitu, Ioui Feretrio in Capitolio metatus est: vbi spolia inimicorum adferri iussit. Apud Lacedæmonios, templa sunt, timori, risui, & morti dicata, vt author est Plutarchus in vitam Cleomenis. Timorem verò non eo cultu quo Dęmonas alios, venerantur: quos scilicet, tanquam veioues, procul ciuitate esse voluit, ne noceant: sed quòd bene compositam rempubl. timore maximè contineri iudicent ipsi. In Croto vrbe visum fuit nobile templum ipsa vrbe nobilius, Iunoni Liciniæ sacrum, sanctum omnibus circa populis: author T. Liuius lib. iiij. ab vrbe cond. Lucus ibi frequenti sylua, & proceris abietis arboribus septus, læta in medio pascua habuit: vbi omnis generis sacrum deæ pascebatur pecus sine vllo pastore: separatímque egressi cuiusque generis greges, nocte remeabant ad stabula, nunquam ferarum insidiis, non fraude violati hominum. Magni igitur fructus ex eo pecore capti, columnáque aurea inde solida facta & sacrata est: inclytúmque templum diuitiis etiam, non tantùm sanctitate fuit. Permulta quidem fuere & alia Gentilium templa insignia: quæ singula commemorare ingentis esset operis. Scribit Hegesippus, Herodem decimo quinto Regni sui anno, templum Cæsari, albo de marmore, ad fonteis Iordanis condidisse, in eo loco, cui Panium nomen est. Cætera denique templa quæ apud plerasque gentes magna in religione cultúque fuere, & diuitiis ac sanctitate insignia, commemorat amplissimè Alexander ab Alexandro Genial. dierum libro sexto. Persæ nulla diis consecrata templa habebant. Illi namque mundum vniuersum, templum dicebant esse, propterea quòd Solem deorum maximũ præcipuúmque numen colerent. Bythini, cùm adorare volunt, summa montium solent conscendere: & sine templis Iouem Papam salutare. At postquàm piissimus Christiani numinis cultus cœpit esse, & homines diuina accensi flamma, veríque adoratores falsis diis neglectis, spretáque idololatria, in spiritu & veritate adorantes, vni

Temp. Ioui Capitolini.
Delphicũ templũ & eius oraculum.
Ioui Tarpeij templũ.
Templum Romæ primum.
T. Liuius libõ.
Plutarch. in vita Romuli.
Miraculũ.
Hegesip. lib. i. ca. xxxv.
Templum Cæsari Panium.
Cap. ij. Quæ gentes nulla habẽt templa.
Bythini. Persæ.
Papa Iupiter.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vni se Summo Deo, ac filio eius vnigenito & coëssentiali Christo omninò mancipiarunt, templa religiosissima consecrauerò, erutis primùm ac euersis simulachris, quæ falsis ipsis diis & item deabus erant sacrata. Principio igitur Hierosolymis, cellulam beatus Iacobus Deo ædificauit, & dicauit ibique cathedram primus locauit, & apostolico ritu cœpit sacrificare, teste Eusebio. Sic diuus Matthæus in Aethiopia: sic d. Andræas, in Scythia: & in citeriore India, diuus Bartholomæus. Quibus locis sanctissima Christi dogmata intrepidè profitebantur. Augescente, tum domum, ac in dies singulos increbrescente Christianismo, ornatiora, atque altius se attollentia templa condebantur. Sæuissimis tamen impiorum Imperatorũ persecutionibus, aliquantum temporis desiere. Cœpit enim primùm gens Iudæa Christianam persuasionem odio habere: & statim post ascensum, atque adeò ad patris dexteram reuersum Dominum Iesum Christum, grauissimis insectari suppliciis. Subsequutus deinde Nero impiissimus, & post eum Domitianus θεομαχος exercuit crudelissimè, anno post passum CHRISTVM. 80. & ab orbe condito 4040. Sicque imperauit annis XXV. Quo tamen extincto, nephariæ ac flagitiosissimæ persecutionis tempestas nondũ quieuit: at sæuissimas excitauit procellas aduersus Christianam pietatem & religionem: & id quidem vsque ad furiosa Diocletiani tempora. Qui sanè Diocletianus, accepto imperio CCX. anno post Domitianum, Christiana persuasione offensus, ingenti clade, ac variis itidémque crudelissimis tormentorũ generibus Christianos affecit. Is nonodecimo Imperij sui anno, edicto sanxit, vt quotquot essent in toto orbe ecclesiæ, funditus euerterentur solo æquatæ. Scripturæ sacræ flammis penitus antiquarentur: & Christianum nomen infamiæ loco esset, vt est apud Eusebium libro septimo ecclesiasticæ histo. Quo toto tempore, eodémq; profligatissimo, nulla à fidelibus publicè templa extructa fuere: sed sacella tantùm in intimis terræ penetralibus & locis abditis constituebant: quod neque palam, neque apertè audebant propter imperiorum Tyrannorũ sæuitiam. Perdurauit autem hæc Christianorum ingens calamitas vsque ad fœlicissima Constantini Imperatoris tempora. Imperij cuius, anno decimo quarto, Nicena synodus coacta fuit: & decimo nono, Diuus Augustinus natus est. Ille etenim optimus ac etiam fœlicissimus Imperator Constantinus, ὁ ὁσιος, (vt ait Theodoritus, ecclesiasticæ historiæ libro primo, capitulo primo.) Λω' ἀφ θρόπων, ὁ δὲ θεόν ἀγόντα, ἀλλ' ἀγαθῶν κ̃ τ̃ θεῖαν ἀπόστολον τ̃ κόσμου ἕνεκα, τάυτ̃ω δῶρεῖ ἐπρῶξεν. Νόμοις γ̃ ἔγραφε θεῖον· μὲν ἀθάνατα ἀπέγραψ, δωμᾶ-σθ δὲ τᾶς ἐκκλησίας πᾶσαν τῶν, καὶ ἄρχοντας δὲ τᾶς κοσμικοὺς ὑφ̃ τᾶς θῶνος, ἐ γεφύρᾳ κελεύων τὸν ἰχθύς, καὶ τοῦς πᾶσαν τῶν ἐπ τόνυ ἐποχεῦσον ὀλίθῳ ἀπελᾶν. Τότε δὲ ἐ μὲν τὸν κβαλεθίζῳ ἐκκλησίας ἀνέγραψ· ἐ δὲ ἑτόρᾶς ὀρθόφρας ἀνωκάθισεν καὶ λαμπρότερας, &c. Id est. Qui neque ab hominibus, neque per homines, sed à Deo, vt Diuinus Apostolus, vocatus ad imperij dignitatem, huiusce tranquillitatis author extitit.

Templa qui primi post Christum passum in honorẽ Deĩ & sanctorũ ædificarunt

Religionis Christianæ persecutores primi.

Nero.

Domitian.

Diocletiani impietas & odium in Christianos

Cap. xxvij. & lib. viij. cap. ij.

Constantinus magnus

Nicena Synodus quo tempore.

D. Augustinus quotempore natus.

Constantini Imperatoris ga Christianorum Ecclesias animus & propositum.

leges

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

leges namque tulit de idolorum cultu sacrificióque summouendo, & instaurandis ecclesiis. Præterea etiam fide ornatissimos Proconsules ac Præsides misit in prouincias & nationes, quibus sacerdotum honorem veneratiónémque commendauit: morte his denunciata qui hos ipsos sacerdotes violare ausi fuissent. Ac tunc temporis non adflictæ prostratæque ecclesiæ tantum reficiebantur, sed aliæ etiam nouæ & clariores ac nobiliores ædificabantur. Hoc equidem ex ipso Theodorito libuit in hanc rem adferre (quod vtcunque, & pro exiguis eruditionis nostræ facultatibus sic vertimus) quòd plurimum profuerit nosse, quo primùm tempore, quíque principes τὰ τῆς ἐκκλησίας συνεβάλοντο; vt idem ipse Theodoritus ait, id est, ecclesiarum statum erexerint, tum verò maximè confirmarint ac illustrarint. Quę sanè causa fuit, cur ab instituti propositi ratione hucusq; diuerterim. Redeamus igitur in viam. Est siquidé eadem ferè significatiò Tabernæ, quę Tabernaculi: vtrunq; enim ædificiũ habitationis significat, quanquã vario vsu & modo: & vtrunq; à Græcis ἀ σκηνῆ. Propriè tamen τὸ κατάλυμα tabernã significat, ὅθεν τὸ καταλύειν, quod mercari & camponari dicunt Latini. At σκηνὴ tabernaculum & tentorium significat καὶ σκήνωμα, καὶ σκήνος. Homerus Illiad. ι. vbi tabernaculum describit Achillis, κλισίην pro tabernaculo ponit: sed quod ad ædium similitudinem sit extructum, & vbi possis accumbere. Quo fit vt Ecclesiæ verbum, cùm pro templo vsurpamus (quoniam & tabernacula, quæ etiam Herodoto κλισίαι vocantur, pro templis Theologi, vt suprà diximus, nonnunquam accipiunt) ἐπὶ κλίσιας dici posse aliquando existimauerim. Sed tandem nominis originem discutiens & expendens, nullo negotio mutaui sententiam: vt qui statim considerarem τὴν ἐκκλησίαν ὅθεν τὸ ἐκκαλεῖσθαι rectius deriuatam esse, quod congregare & conuentum celebrare est. Sic Athenienses conuentum ciuium vocant, id est, σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν. Nam quoties ad magnæ alicuius rei spectaculum, homines ex agro accersebant, διάκλησιν appellabant: & dicebatur ἐκκλησία σύγκλητος, καὶ συνεστιαμένη, id est, conuocata & indicta, quæ repentè noua aliqua de causa fiebat. Et νόμιμος ἐκκλησία, legitima, fixa, stataque concio, quæ ter in mense habebatur. Vnde Demosthenes τὴν ἐκκλησίαν ποιῶν dixit, pro dare concionem. At verò Ecclesiasteriũ Vitruuius libro septimo, capitulo sexto, tradit esse valde paruum theatrum, in quo Scena apud Alabandanos ab Apaturio concinnata fuit. Veruntamen non abs re fuerit, Tabernaculum, templum appellare, & ecclesiam, locúmque sacrum ac religiosum: in quam quidem significationem ipse Dauid tabernaculi nomen vsurpauit. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Sic autem Græca versio habet. Κύριε τίς παροικήσει ἐν τῇ σκηνῇ σου. Diuus Hieronymus vertit, in tentorio. Et quidem vtrunque σκηνὴ καὶ σκήνωμα significat. Hac autem voce Tabernaculi, intelligit Vates omnem illum locum regionémque vbi Deus optimus maximus summa & vera religione colitur. Hebræi interpretantur, cœlum: quòd tabernaculi instar cœlum ipsum videatur esse.

Ecclesiæ quid & vnde dictæ.

Ecclesiasterium quid.

Psal. xv.

Rectè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Rectè itaque tabernaculum pro templo accipitur, quod antiqui delubrum nuncupabant. Est tamen inter delubrum ac templum nonihil discriminis. Sunt enim templa (inquit Ascon. Pædianus) singulorum Diis attributorum locorum. Delubra, multarum ædium sub vno tecto à diluuio pluuiq; munitarum. Alij delubra dicunt esse ea templa in quibus nunc sunt delubra corporum abluendorum more Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris, Lebetes Tripodésque visuntur. Sunt etiam qui delubra, ligna delibrata, id est, decoriata pro simulachris deorum, more veterum posita existiment: sed perperam. Nos verò Christiani templa omnia, vulgò Ecclesias appellamus, vt ecclesiæ vocabulum etiam locum ipsum significet, in quem conuenitur diuini cultus gratiâ: qui & Basilica, teste Alciato, appellatur: siue quod loca publica, basilica Græci vocent, siue quòd domus principis, Basilica, id est, Regia dicatur: quæ significationes diuinis quoque templis conueniunt. Iam verò, templum quod modò diximus vulgo ècclesiam appellari, veteres & nascentis ecclesiæ Christiani, Dominicum vocabant. Nam & apud eos Domini nomen paulò frequentius erat, quàm Christi, secundum Apostolicum morem & Euangelicæ historiæ modum. Qua ratione, cum Domini vocabulum semper illis esset in ore, ipsa ideo loca, in quibus orationis Eucharistiæque ergo coïbant, Dominicum dicebant, seu quod ea ipsa loca in honorem Domini Dei sacrata erant. Vnde Rufinus aquileiensis libro decimo ecclesiasticæ historiæ, capitulo quarto, Si hæc (inquit) ita esse credis, surge, & sequere me ad Dominicum, & fidei signaculum suscipe. Ad Dominicum, intellexit ad templum, vel, quod nunc dicimus ecclesiam. Sed quid? An cœmeterium (quia & locus sacer est) templi
5 appellatione veniat? Et templi ecclesiæque partem esse existimauerim. Quippe quemadmodum vrbis nomen continentibus ædificiis finitur, vt traditum est in l. vrbis appellatio. supra hoc titulo, ita templum cœme-
6 terium continet. Nam ad effectum vacationis beneficij & sacerdotij alicuius (hîc liceat pro re nata βαρβαρίσαι) ecclesiæ nomine veniunt etiam Sacella contigua, & cœmeterium. Rota decis. cc. incipien. Habens gratiam, in nouis. Etenim ecclesia & ciuitas adæquantur. l. finali. & ibidem Bartolus. C. de sacrosanctis ecclesiis. Speculator titulo, de restitution. in integrum. §. quarto. versicul. hoc idem. Alexander consilio lx.
7 parte prima. Vnde polluta ecclesia, pollutum quoque cœmeterium censetur esse, quòd sit illi ecclesiæ contiguum: non autem è contrario: ne minus dignum videatur dignius ad se attrahere. capit. vnic. de consecra. ecclesiæ, vel altaris libro sexto. Est autem cœmeterium locus sepeliendis Christianis dicatus, πολυανδρίαν Græci appellant, quasi plurimorum hominum sepulturam à Catullo, sepulchretum. Athenienſibus erant Ceramici duo. Hic sanè cohibere me non possum quin ineptam Dominici Geminiani de cœmeterio etymologiam rideam. Dicunt (ait vir ille bonus) deriuatores, quòd cimis Græcè, interpretatur dulcis statio animarum

Delubrum quid & quid à templo differat.

Delibrare. Decoriare.

Ecclesia pro templo.

Basilica.

Dominicũ pro templo.

Ceramicus apud Athe.

Cœmeteriũ quid & vnde deriuatum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vel potius corporum: vnde Cimeterium, quasi cimisterium, quia ibi cinis mortuorum teritur: vel à cimone quod est dormio: quia illic mortui dormiunt. Et hæc quidem egregiè docta est Ioannis Andrææ cum eodem Geminiano etymologia: id est, delira diuinatio per somnium. Nam quid Cimis seu Græcè, seu Latinè significet, quíque sit eius dictionis author, non est planè compertum mihi, necdum etiam constat inter classicos authores. At cum dixit à Cimone, non magis accessit ad scopum: sed corruptè. In quodam exemplari, vt coniectura ducor, cum etiam esset ipse græcanicæ literaturæ penitus ignarus, legit Cimone pro Cœmaomai, id est, κοιμᾶμαι. Est quippe κοιμᾶμαι, seu κοιμᾶσθαι, dormio. Vnde κοιμητήριον, id est, Cœmeterium: quod significat locum, in quem dormientes recipiuntur. Scribit Athenæus libro quarto, duas quondam apud Cretenses conuiuantibus passim fuisse destinatas domos: quarum vnam Andrion vocarent, vbi duæ primæ mensæ hospitibus parabantur: quæ xenicæ ea ratione dicebantur. Alteram verò in qua dormirent hospites Cœmeterium appellabant. Eius autem Athenæi hæc sunt verba, ne forsitan putet quis me diuinasse. ἐπεὶ δὲ παρέλαχε τῇ τῶν κρήτων ἄκμι δίδο τῶν συνοστιτῶν, ὧν τὰ μὲν πολίσιν ἀνδρῶν, τὰ δ' ἄλλων ἐν ᾧ τὸν ἕβοντο κοιμῆσοντι, κοιμητήριον προσεκαλοῦντο. Lysias in epitaphio eorum qui Corinthiis auxiliarentur. ἐι μὲν ἦ κόμμι ἄμι τι εἶναι ᾧ παρόντες ὅτι ἴσῳ δὴ ἴσῳ πάρα, λόγῳ διελοῖμι τῶν τοῦδε κοιμῶντων ἀνδρῶν ἀρετῶν ἡμεῖς μὲν τοῦ ἐπαιδέλεσι ἐπ' ἀστοῖς ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λόγων. Siquidem, ô viri qui sepulchro huic adestis, fieri id posse existimarem, vt eorum hominum qui iacent, virtus oratione queat exprimi: hos mehercule accusarem, qui mihi diebus paucis denunciarunt, vt de ipsis quidem verba facerem. κοιμῶντων ἀνδρῶν dixit: pro his qui mortui sepulti sunt, παρὰ τὸ κᾶμαι. Quod nos etiam Latini, iacendi verbo, vsurpamus. Ego tamen rectius puto ἀπὸ τῆς κοιμᾶσθαι ἢ κᾶμαι (vt supra dictum est) Cœmeterij vocem deriuatam, quàm ἀπὸ τῆς κᾶμαι: vt sit cœmeterium sepultorum locus, & dormientium sepulchrum. Nam veteres Christiani, mortuos nequaquam dicebant eos qui in domino vita functi essent, sed dormientes: vt videre est apud diuum Paulum in epistola ad Thessalonicenses, his verbis. ὃν δὲ οὐ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί, περὶ τῶν κοιμωμένων ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανεν, καὶ ἀνέστη, οὕτως καὶ ὁ θεὸς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, &c. Hîc non dixit Paulus de mortuis, sed de dormientibus: neque ἀπεθανεμένους, sed τοὺς κοιμηθέντας: id est, eos qui obdormierunt. Et in sacro Euangelio, mortuus non erat Lazarus, sed dormiebat. Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. Animæ enim à corpore separationem, eorum maximè qui in domino Deo mortui essent, θανάτου non appellabant, sed κοίμησιν, id est, dormitionem & somnum. ὅτι περὶ τοῦ κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει. Quandoquidem peccatum, mors est: Gratia autem, vita. Quíque à sceleribus & flagitiis non resipiunt, mori dicuntur. Vnde Pharisæis dicebat Caristus. Et in peccatis vestris moriemini. Qui ve-

Polyandrion à Græcis à Latinis Sepulchreum dictum, à christianis Cœmeterium.

Andrion quid.

i. Thessal. iiij.

Ioan. xj.

vò piè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rò piè moriuntur, in aliam vitam mori dicuntur. Quod etiam diuinus ille Plato in Axiocho dixit: ὥσπερ δὲ ἔτερον ἐς ἀνδραπόδου. Quapropter κοιμητήριον, id est, Cœmeterium, rectissimè nos Christiani dixerimus eum locum quo fideles dormientes, id est, piè in domino mortuos, sepultos condere solemus. Ait namque diuus Hieronymus in quadam epistola de testamento Geruntij sepulchrum esse locum quietis, vbi iuxta mundi rationem defuncti corpora collocantur. Primus omnium Abraham, cœmeterium condidit atq; instituit. Nam ab Ephron Etheo filio Saor iuxta Hebron emit quadringentis siclis speluncam duplicem, & circa eam, agrum, atque in ea (vt Iosephus testatur) Sarram vxorem suam sepeliuit, vbi quoque postea fuit & ipse conditus.

Cœmeterium quis primus condidit.

VLPIA. LIB. XXVIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXV.

INstructam autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem parata constat.

SVMMARIVM.

1 Taberna legata aut vendita, si de loco tantum agatur, instrumenta comprehendit, si de negotiatione, etiam institores.

NSTRVCTAM. Superiore responso declaratum est Taberna quam significationē habeat, sed quod ad locum, & ædificij rationem spectet tantùm: nunc autem tradit Vlpianus qualiter instructam tabernam accipias, siue ea legata, seu vendita sit. Et hîc distinguendum quidem fuerit, de loco, an verò de negotiatione tantùm agatur. Si enim de loco agatur tantùm, instrumenta non etiam institores censentur legata. Si de negotiatione, institores contineri Papinianus ait in dicta l. tabernæ. & l. tabernam. dicto titulo, de fundo instructo, & instrum. legat. At verò, cum quæritur quod tabernæ sit instrumentum, respondit Neratius. l. cum quæritur. dicto titulo, de fundo instruct. interesse quod genus negotiationis in ea exerceri solitum sit. Videto amplius in hunc locum And. Alciatum.

IDEM.

LEX CLXXXVI.

COmmendare, nihil aliud est, quàm deponere.

SVMMARIVM.

1 Commendatio rei, depositi vim habet, vsuræque pro mora debentur.
2 Commendatio personæ, mandati obligationem non patit.
3 In obligatione mandati consensus mandatoris, & mandatorij requiritur.
4 Episcopatus, & talia opima sacerdotia in sex tantùm menses commendari debent.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

5 Commendatarijs per totam vitam vti frui licet fructibus commendatorum sacerdotiorum.
6 Commendæ, & vniones sunt palliatæ dispensationes.
7 Fructus sequuntur titularem.
8 Commendatarius non est verus pontifex, nec Prælatus, sed Præcurator.
9 Commendatum sacerdotium est tanquam depositum, cujus administrati ratio reddenda.
10 Pecunia ecclesiasticæ personæ commendata, ecclesiam non obligat.
11 Commendate pecuniam, est deponere, si actum est vt eadem restituatur, sinautem vt tantundem: depositi terminos excedit.
12 Commendatio non inducit fideicommissum.
13 Commendatio rerum aut personarum venalium si talis appareat non obligat, sin minus, præstari debet.
14 Dictum à promisso eo differt, quod hoc obligat, illud nequaquam.

COMMENDARE. Si alicui aureos centum commendauero, his nequaquam illi licebit vti: & tanquam rem depositam, quandocunque voluero, possum repetere: non enim videor (inquit Connannus libro septimo) mutuasse, sed deposuisse: & ego licitè eorum, tanquam depositorum vsuras exigam à tempore moræ: vt in omnibus contractibus bonæ fidei fieri solet. Quòd si mutuo dati censerentur, pro his, nisi post litem contestatam, vsuræ peti non possent. Hic ergo statim à mora contracta debebuntur vsuræ. Nam Commendationis verbum satis indicat, hos centum aureos depositos fuisse, non mutuatos: cùm verbum commendare nihil aliud sit, quàm deponere. Sed & si quis per litteras, aut coram aliquem amico, vel cuiuis alij commendauerit, non videbitur mandasse; nec eapropter mandati tenebitur. Vnde scribit Vlpianus in l. si verò non remunerandi. §. cum quidam. ff. mandanti. Cum quidam talem epistolam scripsisset amico suo: Rogo te, vt commendatum habeas Sextilium Crescentem amicum meum, non obligabitur mandati: quia commendandi magis hominis, quàm mandandi causa scripta est. Etenim in mandato, consensus vtriusque, videlicet eius qui mandat, & eius cui mandatur, necessarius est, vt inde actio nascatur. Commendare quoque intelligimus credere, & committere alicuius curæ, tutelæ, & patrocinio negotium. Sic frequenter in epistolis Cicero: Omnia tibi eius negotia commendo, liberos, procuratores, familiam. epistol. iij. libri primi epistolarum familiar. Inde ego quidem arbitror, pontificiarum constitutionum funditatores, commendandi verbum vsurpasse: licet tamen satis impropriè. Nam quamuis episcopatus & alia id genus lucutenta sacerdotia, commendari in sex tantùm menses debeant, vt c. nemo. de elec. lib. vj. ac tum committi curę & fidei commendatariorum, qui ob id procuratores appellari debent, censentur, licet tamen huiuscemodi commendatariis totam vitam vti fruifructibus & obuentionibus opimis ipsorum sacerdotiorum commendatorum, ac de illis liberè & pro arbitrio statuere. Panormita. in cap. cùm nobis olim. de elect. vlt. not. de elect. Quem sanè modum adinuenerunt homines ὀλιγοπάλαι, ait Alciatus, id est, laxis & demissis vestibus vtentes, vt de sacrorum fructibus luxuriarentur. Qua ratiõe Commendæ & Vniones, ad vitam (sic autem loquuntur i psi) palliatæ dispensationes dicuntur:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tur: solet enim inseri clausula, qua liberum & integrum sit de rebus ad ipsam commendam & vnionem spectantibus interim statuere & disponere. cap. dudum. ij. de elect. iuncto consil. xxxix. Dominici Geminia. Rota decis. j. in antiq. titu. de concess. præb. Ea quippe de causa id factum volunt, quòd commenda sit canonicus, titulus, vt d. cap. dudum. & cap. qui plures. xxj. caus. quæst. j. & fructus sequantur titulosum possessorem. cap.
7 fin. de offi. ordin. in vj. cum ibidem not. Verumtamen glo. in cap. qui plu-
8 res. xxj. caus. quæst. j. & in d. cap. nemo de inceps. Commendatarium non esse verum pontificem nec prælatum ecclesiæ asserit, sed procuratorem tantùm cum administratione legitima. cap. is cui. de elect. lib. vj. cap. cum
9 nobis. ext. eod. titu. Itaque qui commendatum habet sacerdotium, is tanquam depositum, non proprium habet: cum interim & administrationis rationem reddere teneatur. Archidiaco. in d. cap. is cui. Sic pecunia commendata ecclesiæ dicitur, id est apud ecclesiam deposita: videlicet, cum defertur in thesaurum ecclesiæ. gloss. in cap. j. de deposit. Quemadmodum res missæ in nauem dicuntur commendatæ nauarchæ: & ad ipsum nauarchum earumdem rerum periculum pertinet, quarum quidem custodia illius fidei commendatur & curæ, id est creditur atque commit-
10 titur. Commendata tamen pecunia personæ ecclesiasticæ, id est deposita ecclesiam ipsam non obligat, cum delicto personæ damnum accedat. d. cap. j. & gloss. ibidem. de depos. Sic commendare est deponere & cõmittere. l. Lucius. la ij. ff. depos. Lucius Titius (inquit Papinianus) Sempronio
,, salutem. Centum nummos, quos hac die commendasti mihi, annume-
,, rante seruo Sticho actore, esse apud me vt notum haberes, hac epistola
,, manu mea scripta, tibi notum facio: quos quando voles, & vbi voles,
,, confestim numerabo. Quæritur, propter vsurarũ incrementum? Respon-
,, di, depositi actionem locum habere. Quid est enim aliud commendare,
11 quàm deponere? Quod ita verum est, si id actum est, vt corpora nummo-
,, rum eadem redderentur. Nam si, vt tantumdem solueretur, conuenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos. In eum sensum Imper. Alexandr. dixit, res commendatas, id est, depositas, in l. cùm hæreditas. C. eod. titul. depos. in quem locum Bartol. notat commendare, esse deponere. Sed quæsitum est, an verbum, Commendare, vim habeat fideicommissi.
12 Et respondit Vlpianus, non habere. Si quis (inquit ille in l. fideicommissa §. si ita. ff. de leg. iij.) ita scripserit: illum tibi commendo. Diuus Pius rescripsit, fideicommissum non deberi. Aliud est enim personam commendare, aliud personam suam fideicommittentis hæredibus insinuare. Est etiam Commendare, laudare, comprobare, & æstimare. Quid igitur si quis rem suam vendens, eam plus, quàm par sit, commendet, an ob id venditor teneatur? Respondit Vlpianus in l. quod venditor. ff. de dolo malo. Hoc sic habendum esse, vt neque dictum, neque promissum sit. Si verò decipiendi emptoris causa dictum est: æquè sic habendum, vt non nascatur aduersus dictum promissumve actio empti: sed

Commendare quando significet deponere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de dolo actio detur: Diuersum videtur sentire Florentinus in l. ea quæ, ff. de contrahenda emptione. Quæ, inquit, in venditionibus com- 13
mendandi causa dicuntur, si palam appareant, venditorem non obligant. Veluti, si dicat seruum speciosum: domum bene ædificatam: At si dixerit hominem litteratum, vel artificem, hoc præstare debet. Nam hoc ipso pluris vendidit. In quam quidem sententiam descen- 14
dit Vlpianus in l. sciendum. ff. de ædiliti. edict. Et tradit à promis- 8
so dictum sic discerni? quod dictum accipimus, quod verbo tenus pronunciatum est, nudóque sermone finitur. Promissum autem posit referri & ad nudam promissionem, seu pollicitationem, vel ad sponsionem. Quædam etenim sunt, quæ si quis dixerit, præstare eum non debere planè constat: ea videlicet, quæ ad nudam laudem pertinent. Veluti si dixerit venditor, seruum frugi, probum, dicto audientem. Nam, vt Pædius scribit, multum interest, commendandi serui causa quid dixerit, an verò præstaturum se receperit & promiserit, quod dixit. Planè, si dixerit aleatorum non esse, furem non esse, ad statuam nunquam confugisse, oportet eum idipsum præstare. Quam quidem antinomiam qualiter dissoluas & concilies, docebit te abundè Accurs. in d. l. quod venditor. Quam Glossam multum commendat Bartolus in eundem locum; & magistralem appellat.

IDEM LIB. XXX.

LEX CLXXXVII.

VErbum exactæ pecuniæ, non solùm ad solutionem referendum est, verùm etiam ad delegationem.

SVMMARIVM.

1 Exacta pecunia tam soluta quàm delegatam pecuniam significat.

ERBVM EXACTAE *pecuniæ*. Quàm variè & multipliciter, verbum exigere, accipiatur, abundè in hunc locum Alciatus exequitur: & nos suprà amplissimé. Cæterùm, quoniam exactam pecuniam dicimus 1
etiam quæ soluta sit, sanè eam quoque exactam accipiemus, quæ à debitore delegata est. Nam & qui debitorem suum delegauit, is planè soluisse censendus erit: ac pecuniam dedisse, quanta ei debetur. Et ideò, si fideiussor debitorem suum delegauerit, quamuis eum qui soluendo non erat, confestim mandati agere potest. Iulianus in l. qui debitorem. ff. de fideiussoribus & mandat. Vlpianus in l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleianum.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. XXIIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXVIII.

HAbere, duobus modis dicitur: a lero, iure dominii: altero, obtinere sine interpellatione id quod quis emerit. Cautum intelligitur, siue personis, siue rebus cautum sit.

SVMMARIVM.

1 Habere, verbum generale est ad dominium, possessionem, & detentionem.
2 Habere licere est sine motu controuersiæ obtinere.
3 Verbum habere cum effectu accipiendum est, siue pertinere.

1 HABERE. Est verbum, habere, generale & ad dominij ius, & possessionis, atque etiam ad eum qui detentor est. Habere (inquit Vlpia. in l. stipulatio ista habere licere. §. habere. ff. de verb. oblig.) dupliciter accipitur, Nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est: & eum, qui dominus quidem non est, sed tenet.

Habere ipsius significationem habeat.

2 Denique habere rem apud nos depositam solemus dicere. Sed habere licere dicimus, si nemo controuersiam moueat: hoc est, neque ipse reus, neque hæredes eius, hæredumve successores. Habere enim non licet ei, cui aliquid imminuitur ex iure quod habet. Et in hac quidem stipulatione, vt dolus malus absit, tenetur stipulator curare. l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig. Hoc autem verbum *Habere*, cum effectu accipiendum est, sicut Peruenire. Vlpia. in l. nomen filiarum. §. fina. supr. hoc titu. Quod quidem an significet dominium, vide Bart. in l. j. §. potestatis. ff. de pecu.

Habere licere quid importet.

3

SVMMARIVM.

1 Cautio, syngrapha est qua concessa, nomen, debitum, vtilésque actiones conceduntur.
2 Cautum dicitur rebus vel personis pignore, vel fideiussore idoneo dato.
3 Cautio prætoria est, vel damni infecti vel prouisionis bonorum.
4 Cautio idonea accipienda est secundum qualitatem conditionémque personarum, quæ obligari possint, & conueniri, & exoluere.
5 Fideiussores non idonei sunt serui filiifamiliâs, mulieres, inopes, sine solo, & alienifori.
6 Externus fideiussor in cautione necessaria ad suum locum mittendus est: in voluntaria non.
7 Fideiussore in paupertatem delapso, debitor iterum satisdare non cogitur.
8 Pauperem fideiussorem à creditore semel acceptum, debitor nouare non tenetur.
9 Ex noua causa, vt morte, aut fortuna, fideiussor inutilis factus, renouari debet.
10 In prætoriis stipulationibus cauiones defectæ, æquitate reparantur.
11 Cauere est stipulari satisdationem.
12 Cauere alicui est satisdare, Cauere ab aliquo est satis accipere.

1 SCAVTVM. Cautionem, Francis. Connanus lib. quarto Commentariorum iur. ciuil. appellat syngrapham debitoris: quam qui tradidit pignori, etiam nomen ipsum, & debitum, vtilésque ad id exigendum actiones cessisse videtur. Et id ex Cice. epist. vij. ad Treba. interpretatur. Cauere etiam consulere est. Vnde cautum dicebant eum qui sibi & aliis cauere consuleréque potest, ne quid

Cautio quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Cautu quis dicitur.

in ciuitatis leges monéſque peccetur. At verò hoc loco Vlpianus cautum 2
eſſe dicit tum, cum ſine rebus, id eſt pignoribus, ſiue perſonis, id eſt legitimis atque idoneis fideiuſſoribus datis, cautum eſt. Sed quos tandem fideiuſſores idoneos admittimus? Hæc enim quæſtio quotidie in ſerenſibus negotiis obſeruari ſolet. Præfari ſiquidem me oportet, (quoniam de ratione hîc agimus,) quaſdam eſſe prætorias cautiones, quas prætorias ſtipulationes appellant: que quanuis plures ſint, duas tamen imprimis nunc 3
consideramus, cautionem videlicet, damni infecti, cum vicinus vicinæ domus ruinam extimeſcit, Prætor pro cautione imploratur: & hæc iudicis officio petitur. l. cum poſtulaſſem. ad principium. & l. prætoris. ff. de dam. infect. Et hæc quidem damni infecti cautio, dicitur actio. l. inquilino. ff. eod. titu. Eſt & alia prætoria ſtipulatio, vel prouiſio, cum aliquis in bonorum poſſeſsionem contumacis, aliquando ex primo, aliquando ex 1
ſecundo decreto mittitur. Et hoc in prætoria cautione perpetuum eſt, quod vel pignoribus, vel fideiuſſoribus caueatur. l. prima §. caueri. ff. de collat. bono. Tunc cautum intelligitur: ſi modò vel pignora, vel fideiuſſores idonei ſint. Vnde Paulus reſpondit, mandati conditioni paritum non videri, cum in mandato adrectum ſit, vt idonea cautio à debitore exige- 3
retur, ſi neque fideiuſſor, neque pignora accepta ſint. l. ſi mandato. §. fina. ff. mandati. Accipienda ſiquidem erit cautio idonea ſecundum qualitatem conditionémque perſonarum: quod Baldo viſum eſt in l. cui relictum. C. de indict. viduit. tollen. Ecce enim qui fideiuſſores atque expromiſſores dare promiſit, ita demum videtur ſatiſdationis ſtipulationem impleſſe, ſi eos dederit acceſsionis loco, qui & obligari poſsint, & conueniri. Cæterùm, ſi dederit ſeruum, aut filiumfamiliâs, ex quibus cauſis 5
actio de peculio non datur, vel mulierem, quæ auxilio Senatuſconſulti vtitur, dicendum eſt non eſſe impletam ſatiſdationis ſtipulationem, vt reſpondit Vlp. in l. qui ſatiſdare. ff. de fideiuſ. Oporet itaque fideiuſſorem, vt cenſeatur idoneus, fortunæ copiis eſſe inſtructum, & qui nullo fori priuilegio ſit tutus. Fideiuſſor, inquit Vlp. in l. ij. ff. qui ſatiſda. cog. iudicio ſiſtendi cauſſa locuples iubetur dari, non tantùm ex facultatibus, ſed conueniendi facilitate. Idem quoque tradit in l. ſi fideiuſſor. eo. ti. & Bald. in l. ſententia. C. de fideiuſ. Sed & qui alienum ſortitur forum, is fideiuſſor minimè idoneus cenſetur. Bal. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. d. tit. qui ſatiſd. cog. Alex. poſt Bar. in l. j. ff. ſi quis in ius voca. non ier. & in d. l. ſi fideiuſſor. Sed & tradidit Paulus Caſtrenſ. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. ſi filius. eodem titulo. eum qui res ſoli non poſsidet ſatiſdando nequa- 6
quam eſſe idoneum. Quæſitum eſt aliquando, an extrarius habitator, & qui eo loco, quo tenetur prædibus cauere, id præſtare non poſsit, dimittendus ſit in locum originis & proprij domicilij ſeu habitationis? Et ea quidem in re diſtinguendum eſt. Aut enim quæ præſtanda cautio eſt, neceſſaria, aut voluntaria eſt. Siquidem neceſſariò & lege iubente præſtanda ſit, vt à tutore & curatore, rem pupilli ſoluam fore,

Cautio damni infecti quæ.

Cautio prætoriaque. ſit.

Idonea cautio quæ dicatur.

Fideiuſſor non idoneus quis.

Quæſtio poſt cibra in praxi ſæpe contingens.

Cautione neceſſaria quæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 fore, vel ab eo cui vsusfructus relictus est, de restituenda domino proprietate, vel à legatario, vt cauent euicta hæreditate, legata reddi: & cætera huiuscemodi Vlpiano visum est, si in alia eiusdem prouinciæ ciuitate satisdare paratus sit, audiendum esse. d. l. Si fideiussor. §. si necessaria. & Paul. in l. de die. §. tutor. eod. titu. qui satisda. cogan. Si verò voluntaria est cautio, & quam quis sponte obiit, cuiusmodi est, cautio de rato, alium in locum remittendum non esse, idem Vlpianus censuit. Neque enim id meretur, qui sibi ipsi satisdationis necessitatem imposuit. Videto in hanc rem Accurs. in authen. de exhiben. reis. §. suscepto. Quid si idoneus fideiussor datus est, postmodum autem in paupertatem inciderit, ita vt iam minimè idoneus ac penitus non soluendo effectus sit, An cōpellandus sit reus qui alium idoneum, in locum minus idonei sufficiendum præstet? Et hic quoque distingui oportet. Nam in ea, quam promisimus cautione, & ex promisso tenemur satisdare, Bartolus in l. prætoriæ. la ij. ff. de præto.

7 stipul. censet debitorem non esse compellendum vt iterum satisdet, fideiussore iam dato quantumlibet egeno facto: quia periculum subsecutæ inopiæ pertineat ad creditorem. l. pupilli. §. foror. ff. de solutio. Idem tradit ipse Barto. in l. iij. ff. de fideiussorib. Alex. in l. si ab arbitro. ff. qui satisda. cog. Si, inquit Vlpia. in l. si is à quo. §. fina. & Paul. in l. planè. ff. vt in possessio. lega. seu fideicom. semel fuerit satisdatum, Quæsitum est, an etiam

8 rursus cauendum sit, si fortè dicatur egenos fideiussores esse datos. Et magis est vt caueri non debeat. Hoc enim diuus Plus rescripsit Pacuuię Licinianæ, Ipsam enim facilitati suæ expensam ferre debere, quæ fideiussores minus idoneos accepit. Neque enim onerari oportet per singula momēta

9 eū à quo satispetitur. Planè, si noua caussa allegetur: veluti, quòd fideiussor decesisit, aut etiam rem omnem familiarem inopinato fortunæ impetu amiserit, æquum erit præstari cautionē. Nam extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt, teste Hippocrate libro primo Aphorismor. cum etiam conueniat leges ceu pharmaca ad morborum habitum ac rationem accommodare. Et idem Iurisconsi. in l. de ætate. §. ex caussa. cum similibus. ff. de interrogat. actio. In eandem sententiam scribit iterum Paul. in l. si ab arbitro. d. titu. qui satisdare cogantur. Bartol. in l. litibus. C. de agricol. & censit. libro vndecimo. Est text. & gloss. in capitu. cæterum. extra de iuramento calumniæ. Aliter quidem sentiendum est

10 in prætoriis stipulationibus quæ iudicis officio interponuntur. Siquidem cautio prior desiit, & finita est, subest adhuc æquitas quæ iudicis officium compellat & admonet, vt faciat hanc ipsam emortuam cautionem exsuscitari & renouari. Quando verò ex promisso teneor satisdare, adque idoneè præstiti, finita priore illa obligatione, nulla propemodum reliqua superest actio, qua compelli possim vt rursus satisdem. Barto. in d. l. Prætoriæ. Est igitur cauere, stipulari satisdationē: quod Græci συνεγγράφειν dicunt:

11 & cautionem seu stipulationē συνγραφὴν. Dicimus autē Cauere alicui, id est, satisdare. Vnde cauere capite, fortunis, chirographo, obsidibus. Cauere

Cautio voluntaria.

Alia questio pulchra

Fideiussor idoneus qui possea factus est non soluendo, quando tenetur alium de bet & alius in eius locum dandum.

Aphorismi.

Cauere quid.

Cauere alicui.

ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ab aliquo, est satis accipere: vt in l. si sciente. sub finem. ff. ad leg. Pompe. de parrici. aut à quo (inquit Vlp.) ita cauerint. Quem locum Accursius modò interpretatur, fideiusserint: modò legit, curauerint: & vtrunque perporam. Cicero in Brut. At verò inquam Brute, tibi ego nõ soluam, nisi prius à te cauero amplius eo nomine neminem petiturum: id est, nisi à te spondente satis accepero. Quod elegãter Budæus annotauit in Commenta. linguæ Græcæ: & in annotatio. in Pand.

Cauere ab aliquo.

IDEM LIB. XXXIIII.
LEX CLXXXIX.

FACERE NON OPORTERE, & hanc significationem habet, & abstineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret, & curare ne fiat.

SVMMARIVM.

1 Sponsio de non faciendo, obligat ad abstinentiam facti, & ad curam ne fiat.
2 Vno hærede sponsionem de non faciendo violante, cæteri præstare tenentur, saluo tamẽ herciscundæ iure, ad repetendum quod præstiterunt.
3 Stipulationes facti vel non faciendi promissorem & hæredes in solidum obligant. Stipulatorem verò & suos in partem deficientis, aut detrectantis.
4 In re apud hæredes deposita dolus ab vno commissus cæteros non ligat.
5 Hæredes tenentur de deposito pro parte hæreditaria.
6 Hæc verba in solidum, pro partibus hæreditariis aliquando significant.
7 Alterius odio nemo grauari debet.
8 Quod quis coheredis nomine præstitit, familiæ herciscundæ iudicio repetere potest.
9 In clarigationibus seu reptæsaliis, qui exactus est propter alium, ab eo repetere potest.
10 In factis fieriue cautis, vno ex hæredibus prohibito, stipulatio in id quod sua interest pro parte hæreditaria committitur.
11 Factum post moram peti potest.
12 In personis hæredum multiplicata per moram obligatione principali, non continuo tamẽ obligatio pœnæ multiplicatur.
13 Contra stipulationem aliquid directè fit, cum stipulator, vel qui eum exprimit offenditur.
Stipulationum facti exempla in genere tria. NON FIERI, HABERE LICERE, DOLVM MALVM ABESSE
14 Venditionum natura est indiuidua.
15 Stipulatio de dolo malo generalis est, & hæredes astringit.
16 Stipulationes Non fieri, & Habere Licere, hæredes non tenent nisi nominatos, & per has in dubio ius personale stipulari intelligitur.
17 Facti alieni stipulatio inutilis nisi quod alium iudicio sistit.
18 Factorum obligationes ad hæredes transeunt.
19 Factum personæ cohærente ad hæredes non transmittitur.
20 Constitutio facti obligationem ad hæredes transmittens, his est quæ per alium non minus commodè possint perfici.

FACERE. Qui aliquid se non facturum spopondit, nõ videtur spopondisse tantùm quòd ab eo facto ipse abstineret, sed etiam curaturum ne id ab aliquo alio fiat. Quemadmodum qui spõdet dolum malum abesse abfuturúmque, ait Vlpia. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obliga. non simplex abnutiuũ spondet: sed curaturum se vt dolus malus absit. Idémque in illis stipulationibus habere licere: neque per te, neque per hæredem tuum fieri, quominus fiat. Paulus in l. stipulationum quædam. §. fina. d. titu. de verb. obliga. Item si in facto (inquit) sit stipulatio, veluti, si ita stipulatus fuero per te non fieri, neque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

,, neq; per hæredem tuũ quominus mihi ire agere liceat, & vnus ex pluri-
2 bus hæredibus prohibuerit, tenentur quidem & hæredes eius: sed familiæ
,, hercis. iudicio ab eo repetunt quod præstiterunt. hoc & Iul. & Pompo-
,, nius probant. Quo loco Vlpianus tradit in eiusmodi factorum obliga-
3 tionibus differentiam esse inter promissoris ipsius & stipulatoris hæredes. In illis enim ius tale receptum est, vt si eorumdem vnus defuncti promissum sit auersatus, in solidum stipulatio committitur. In his autem, si aduersus vnum peccatum est, stipulatio pro parte eius tantùm committitur: nisi pœna adiecta sit. Efficit nãque subiecta pœna, vt in solidũ committatur. Differẽtiæ ratio hæc est: quòd priore casu tacitè actum videtur, vt ea ipsa stipulatio in solidum committatur: cum vnius hęredis indeuotio tantum detrimenti adferat & fraudis quantum omnium vniuersè & simul. l. in executione. §. quòd si stipulatus. d. titu. de verb. oblig. Non enim, nisi in solidum κοινῶς peccari poterat. §. Cato. l. iiij. circa medium. d. tit. de verb. oblig. Ad hęc potuit defunctus in idipsum eos obligare. argu. l. continuus. §. vlti. d. titu. de verb. obligat. Vnde cum obligatio hæreditaria sit, mirum non est, si in solidum committatur. l. hæredes. §. in illa. ff. fami. hercis. hinc consequens est, vt si à defuncto stipulatio non inceperit, vt ea quidem illum afficiat tantùm qui contra quam promissum est, fecerit. l. de pupillo. §. si plurium. ff. de no. oper. nunciatio. Quemadmodum & id ferè receptũ
4 est, vt & vbi ex hæredibus vnus in re deposita dolũ admiserit, is solus dolum præstet. l. in depositi. iunct. l. seq. ff. depos. Sic enim captio & iuris iactura integra non est ei qui deposuit: vt cui etiam aduersus alios depositi actione consultum sit. §. præterea. institu. quib. mod. re contrah. oblig. Sed
5 quatenus committatur hæc stipulatio, in solidum ne aduersus vnumquẽque, an verò pro portione hæreditaria? Et verius est pro hæreditaria tantùm portione committi. d. §. Cato. ad princip. Etenim, cum pœna lege xij. tabularum diuidatur, vt quæ in dando consistat. d. l. ij. §. Et harum. ęquum sanè visum est, vt pro hęreditarijs partibus diuidatur, & omnes in partem
6 obligentur. Neque verò satis constare arbitror sententiam Alciati in d. §. Cato (pace tãti viri duxerim) in solidum videlicet aduersus vnumquemque committi. Nisi hæc verba *in solidum*, pro portionibus hæreditarijs, vt aliquando sit accipias: sicut tradit Vlp. in l. ad ea. §. fi. ff. de regu. iur. Nec ad sententiam eiusdem Alciati confirmandam facit id quod à Paulo traditũ est. d. §. in illa. & ab eodem in l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. hercis. videlicet vnum ex cohæredibus quod ex stipulatione hæreditaria pręstat, à cohærede nõ repetere: quoniam in solidum committatur stipulatio: ne vnius factum cæteris damnosum sit. Etenim & hæc quidem pœna hæreditaria est, quanuis diuersum ipsi Alciato visum sit, vnde in solidum committi censuerit. Quandoquidem ea quæ per defunctum hæredibus quæruntur, iure hæreditario quęri censentur. argu. l. pactum. ff. de probatio. præter quàm si conuẽtionis natura aliud exigat. Videto in hanc
7 rem Vldar. Zazium in d. §. Cato. Planè cum iniquum sit alterum alter

Facti stipulationes quatenus promissoris & eius hæredes obligẽt.

Interpretatio. §. Item si in facto. l. ij. de verbo. oblig.

Explicatio l. In depositi cum l. seq. ff. depos.

Pœna pro hæreditaria parte committitur.

Alciatus reprehensus.

In solidum pro partibus hæreditarijs.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

alterius odio prægrauari.l.si quis in suo.§.legis. C. de inofficio. testa. cap. non debet. de reg. iur. in vj. æquitate suadente receptum est, vt familiæ 8
herciscundæ iudicio repetat quis, quod cohæredis sui nomine præstitit.d. §.quod ex facto.& d.l.ij.§.ex his.de verb.oblig.& d.§. in illa. Quod & in aliis ferè rebus obseruari consueuit : vt in Clarigationibus. (Repræsalias vocant.) In quibus id receptum est, vt qui propter alium exactus sit, ab eo 9
pro quo exactio facta est, possit repetere: cum soluendo, in totum eum liberarit.l.soluendo.ff.de neg.gest. cúmque alius huic damno caussam dederit : adeò vt plerisque visum sit, eum qui exactus est, ab eo id quod sua interest, repetere posse. Gloss.in cap.ij.de offi. ordin. Quod tamen accipiendum est in his clarigationibus, quæ debito & legitimo modo concessæ sunt. argu. l. si per imprudentiam. ff. de euictio. vt pote missis fæcialibus & præmonitis finitimis, vt ab iniuria abstineant: alioqui futurum esse, vt in eos ius eiusmodi decernatur. Tu vide omnino Galliaulam in hanc rem. Ad conformandam opinionem nostram, iuuat argumentum militem, qui fide data, à societate, quam cum suo commilitone inierat, discessit, ad resarciendum omne damnum quod culpa commilitonis datum est teneri.l. penult. ff. solut. mat. Quod equidem eò tendit, vt animaduertamus non iniuria repeti posse id quod pro deliquente cohærede solutum est. Et hæc quidem omnia pertinent ad priorem d.l.ij. speciem.§. item si in facto, quo loco de promissoris hæredibus tractatur. Quod autem ad secundam ipsius l.speciem attinet, quæ stipulatoris hæredes complectitur, hoc sanè receptum est, vt ex hæredibus vno prohibito, stipulatio, in id quod sua interest, pro parte hæreditaria committatur.d.§.item si 10
in facto. Etenim quum huiuscemodi obligatio facti sit, in id quod prohibiti dumtaxat interfuerit, cómittitur. Et licet factum, etiam post moram, 11
peti possit, condemnatio tamen erit ad æstimationem. Quod rectè Accurs.in hunc locum adnotauit. Existimaui quoque idem omnino in ipso promissore, quod in suis hæredibus obseruari : vt siquidem vnus tantùm ex stipulatoris hæredibus prohibuerit, aduersus illum pro parte pœna committatur: licet Alciatus cum Bartolo dissentiat, in d.§. Cato.ix.quæst. Cum enim obligatio huiuscemodi hæreditaria sit, vt sentit Zasius in d.§. Cato. constat tamen eam.xij. Tabul. lege, inter hæredes diuisam esse. l. ea quidem. C. familiercisc. l.j. C. si cert. pet. l. Pro hæreditariis. C. de hæreditatis actio. Neque verò probari oportet dissidentium hac in re sententiam, existimantium eam hæreditariam minimè esse. Quam quidem sententiam Vld. Zasius, in d.§. Cato. sub finem, per multis rationum argumentis eleganter improbauit. huc pertinet, quòd & illius qui prohibitus est, tantùm interesse videmus: non etiam aliorum. Quid igitur mirum est, si tantùm quod sua interest, repetere possit? Et licet in persona hæredum 12
multiplicetur obligatio principalis, non continuò tamen obligatio pœnæ multiplicari poterit. l. si seruus plurium. §. vlti. ff. si quis cautio. l. si is qui ducenta. §. cum ita. ff. de reb. dub. Sed hæc locum non habent, vbi pœna stipul

Clarigationes quid eo tamen vulgo.

Limitatio.

Confirmatio opinionis.

Ratio decidendi.

Alciati & Bartoli opinio improbata.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

stipulationi subiecta est.d.§.item si in facto.cum l.seq.Nam vbi pœna adiecta est,non illud quærimus, an alicuius intersit:sed an pœna tãsùm subiecta sit.d.l.stipulatio.§.alteriid.titu.de verb.oblig.& institu.de inutili.stipul.§.alteri. Pœna etenim committitur,etiã si non intersit,vbicunque aduersus stipulationem aliquid directò factum erit.d.§.alteri. Censetur autem aliquid contra stipulationem directò factum esse vbi vel stipulator offenditur:vel is qui eum exprimit,cuiusmodi est hæres: alioqui vbi quis non directò,sed per obliquũ offenditur,non aliãs pœna cõmittitur quàm si alicuius interfuerit.l.aduersus.& gl.in l.cũ pœna.ff.de recep.arb. Quod & in prætoriis stipulationibus obseruatur,quæ nõ aliãs, quãm si cuiusque interfuerit,cõmittuntur.Bar.in d.§.Cato.iij.quæst. Tria autem stipulationum,quæ in faciendo consistunt,exempla proponuntur. Primũ est,in stipulatione,per te non fieri neque per hæredem tuum, quominus mihi hæredique meo ire agere liceat. Hæc quippe stipulatio facti est,cũ verba ad factum referuntur:ire,agere,scilicet.Cum verò ad ius,iuris esse cẽsentur. Alciatus in d.§.Cato.ij.notab.Secundum exemplũ est,in stipulatione ista, *Habere licere*. l. idem iuris.d.titu.de verb.oblig.quæ non id continet, vt ea dominium transferatur:vnde dationem non respicit:sed vt stipulatori de iure rem habere liceat.Hæc autem indiuidua est,vt quæ apud veteres vẽditionibus insererentur.l.Habere licere.ff.de euict. quarum quidem venditionum naturam indiuiduam esse constat.l.cum ex caussa duplæ. d. tit. de verb. oblig.tametsi Angel.& Socyn.in d.§.item si in facto. eam modò indiuiduam esse,modò diuiduam pro rerum&negotiorum,quę in illam incidunt,varietate fateantur. Quod & in stipulatione de defendendo,& de non excipiendo,aut agendo obseruari cõsueuit, vt testatur Alciatus in d.§.Cato.Tertium exemplum est in stipulatione,*Dolum malum abesse*,quæ generalis est,& hæredem quoque cõstringit.l.hæc verba cui rei.supr.hoc titu.l.nouissima.ff.iudic.fol.l.doli.l. stipulationes commodissimum.d.titu.de verb.obli.quanuis superiores duæ stipulationes non aliter hæredem teneant,quàm nominatim earundem facta sit mentio.Qui enim ἀνωλῶς, atque absolutè absque vlla hæredis adiectione mentionéque eas res stipulatur,in dubio ius personale stipulari intelligitur.Paul.in l. Caius. ff. de annu.lega.l.pater.ff.de seruit.lega. Sed quid in promissione alicui facti. Sanè quãuis ea sit inutilis, valet nihilominus stipulatio qua alium iudicio sistas.§.si quis alium.institu.de inutilb.stipul.l. quoties quis.d.titul.de verb.oblig.ff.not.in d.l.ij.ad princip.Etenim,cum eiusmodi stipulatio prętoria, sit.l.j.ff.de præto.stipul.lation ex æquitate interpretatio fieri debęt.l. quod Ephesi.§.quod in summa.ff.de eo quod cert.loc.videlicet, vt nõ tam proprium quàm alienum factum quis curare dicatur:cum videatur promittere se facturum & curaturum. Quod latius not.in d.l. quoties quis. Iam verò cum,vt dictum est,factorũ obligationes & hęredibus dentur,& aduersus hæredes transeant.l.veteris.C.de contrahen. & cõmitten.stip. dubitari potuit, an ea stipulatio,qua quis, cum moriretur, in Alexãdriam ire

Contra stipulationem quomodo aliquid directò fiat.

Habere licere stipulatio.

Dolum malum abesse stipul.generalis.

Facti alicui promissio quatenus valeat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

promisit, sit vtilis. Et id negat Iuriscõsultus. Neque enim factum istud, vt 19
quod personæ cohæreat, ad hęredes transmittitur, Constitutióque facto- 20
rum obligationes ad hæredes transmittens, in his factis loquitur quæ per alium non minus commodè possunt explicari. l. vnic. §. ne autem. vers. sin verò. C. de cad. tol. l. penul. vbi Imol. & reliqui doct. ff. de cond. & demõst. l. sed sciendum. ff. ad Trebellia. glo. l. Arethusa. ff. de stat. ho. & d. l. veteris.

IDEM LIB. XXXIIII. AD EDICTVM.

LEX CXC.

PRouinciales eos accipere debemus qui in prouincia domicilium habent, non eos qui ex prouincia oriundi sunt.

SVMMARIVM.

1 Diœcesani dicuntur qui in diœcesi domicilium habent etiam si non inde orti.
2 In clarigationibus seu repræsaliis comprehenduntur, qui in diœcesi androlepsiæ domicilium habent.
3 Prouinciales erant omnes adiuncti imperio Romano præter Italicos.
4 Ortus ad natiuitatis locum, oriundus ad parentum & maiorum natalem locum respicit.
5 De prouincia, & prouincialis, hoc ad patriam, illud ad domicilium refertur.
6 Diœcesanus in iure pontificio propriè Episcopum significat, & latè etiam ordinarium, qui non sit Episcopus.
7 Ordinarius ordinariam iurisdictionem habet, Diœcesanus, qui Episcopus est diœcesi præest.
8 Episcopus vbiliber in diœcesi iuris dicundi sedem habet. Ordinarius seu officialis in certo tributali loco, nisi vbi adest Episcopus.
9 Diœcesis ab appellatione ciuitas metropolis continetur, in qua sedem habet Episcopus.

Diœcesani qui & vnde dicti.

PROVINCIALES. Quemadmodũ à diœcesi, diœcesanos Pontificij iuris authores nominãt, sic à Prouincia prouinciales nostri iuriscõsulti: sed varia quidem significatione. Nã 1
quandoq; diœcesani, ab eis dicuntur qui in diœcesi domicilium habent. glo. in cap. statutum §. nullus. de rescrip. in vj. Geminia. in d. c. statutum §. Cum verò. vbi not. quòd si clarigationes, & androlepsiæ seu 2
(vt vocant) repræsaliæ, admitterẽtur aduersus eos qui sunt de diœcesi Bononiensi, comprehenderentur etiam habentes ibidem domicilium: quãuis aliò quàm Bononiæ contraxerint originem. Quod Barto. & Alex. in hunc locum exequuti sunt: & latissimè ipse Bart. in tracta. repręsal. At verò prouinciales hoc loco Vlpi. dicit esse eos qui in prouincia domicilium contraxerunt, non qui ex prouincia sunt oriundi. Quod videtur velle M. Cicero in episto. prim. ad Q. frat. libro j. In prouincia verò (inquit) ipsa si quem es nactus qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide: non quin possint multi esse prouinciales viri boni: sed hoc sperare licet iudicare, periculosum est. Proinde Romani, prouinciales, quos Græci τοὺς ἐπαρχιῶτας, vocabant 3
eos omneis quos suo adiunxerant Imperio, præter Italicos. Vnde Plinius libro octauo episto. Italicus es, an prouincialis? Non igitur ex Vlpiani sententia, prouincialis censebitur, qui in prouincia domicilium nullum habet: tametsi in prouincia sit ortus. Quod (vt refert Alciatus) ex communi loquendi

Androlepsia quid.
Repræsalia.
Prouinciales qui & vnde dicti.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

loquendi vſu interpretatur Iacob. Oldra. & Alberi. Cui qpidem ſententiæ idem ipſe Alciatus refragatur: ac prouinciales magis eſſe cenſet: ne minus (inquit) natiuitas, quàm domicilium poſsit:deceptóſque in eo eſſe
4 interpretes,quòd oriundum idem eſſe quod ortum exiſtimauerunt. Nam ortus ab oriundo in hoc differt,quòd ortus ſignificet locum natiuitatis:vt ego ſum ortus Romæ,Turoni. Oriundus autem,eum locum vbi maiores noſtri,à quibus deducti natíque ſumus, & vnde fuerunt parentes. Vt Titus Liuius lib. iiij. decad. iij. natos Carthagine,ſed oriundos ab Syracuſis dixit. Atq; etiam alio loco,ſine præpoſitione, dixit Alba oriundum ſacerdotium. Quod Laurentius Vallenſ.lib.tertio elegan. cap. lvij. adnotauit. Cæterò,non multum refert,apud pontificios authores,prouincialem aliquem an verò de prouincia dicas: quemadmodum Francigenam, & de Francia, Saxonem, & de Saxonia, vtrunque idem ſignificare volunt, in cap.j.de ſponſal.& mat.Idémque eſſe vulgò traditum,ipſe Alcia.contendit:niſi quòd illa verba *De prouincia*, aliquantò magis ad originem,quàm ad domicilij & habitationis locum referantur. Sic Accurſ.in l.j. ff. de tuto.& curat. da.ab his. eiuſdem prouinciæ tutores,originarios interpretatur. Et videtur Vlpiani ea mens eſſe propter diſiunctiuam, *vel*. Qui ſunt (inquit) eiuſdem prouinciæ, vel ibidem domicilium habent. Et in l. iij. eod. titu. Ius dandi tutores,datum eſt omnibus magiſtratibus municipalibus (eóque iure vtimur) ſed illum qui ab eodem municipio vel agro eiuſdem municipij eſt. Idem quoque dicemus in eo quem aut Diœceſa-
6 num aut de diœceſi appellamus. Sed tamen ab ipſis Pontificiis, diœceſanus propriè appellatur Epiſcopus,& non alius:quanuis de iure ſpeciali in loco ordinarium habeat. Quapropter,in materia noua,diœceſani appellatione, ſolus Epiſcopus intelligitur, non autem Ordinarius. Sed in ea quidem materia, quæ vel epiſcopi officium vel dignitatem non reſpicit: ſed iuriſdictionem potius. Aliter enim dicendum eſſet, ac tum etiam de eo intelligeturqui iuriſdictionem epiſcopalem habet: vt ſentit Abbas poſt Ioan.Andr.in cap.Ioannes.de teſtamen. Vnde in materia collationis (condonabunt mihi aliquid delicatæ aures quod in re planè Gothica minus latinè loqui nequaquam pudeat, ſed quæ tamen πρὸς τὰ ἀναφῆ faciat) Ordinarij nomine,venit etiam alius non Epiſcopus.gloſſ.in verb.ordina-
7 rium.Clem.j.vt lite pend.Fely.in cap.cum olim.de præſcript. Ordinarius igitur is eſt qui ordinariam iuriſdictionē habet. Diœceſanus autem, qui diœceſi præeſt: quod ſoli epiſcopo conuenit. Panormit. in d. capit. cum
8 olim. Qua ratione poteſt epiſcopus paſsim in omni ſua diœceſi iudicare, neque ſtatam aliquam iuris dicundi ſedem habet,vt cap. cum epiſcopus. de offi.ordin.lib.vj. Sed eius Officialis aut Vicarius,non item, quippe cui tribunalis locus præſtitutus ſit: niſi forſan in comitatu epiſcopi. Tunc enim ibi pro tribunali ſedet,vbi epiſcopus adeſt. Quod ſenſit Zazius in l. ius pluribus. ff. de iuſtic. & iur. Ex quo nos proculdubio colligere poſſu-
9 mus, diœceſeos appellatione ciuitatem contineri: cum præcipua potiſsi-

Ortus & Oriundus qualiter differant.

Lib.j.Dec. cad.j.

Prouincialem eſſe, & de prouincia, quid differant.

Diœceſanus apud Canoniſtas quis propriè dictus.

Ordinarius quantum ab Diœceſano differat.

Ordinarius quis dicatur.

Diœceſanus quis propriè.

Vbi epiſcopus in ſua diœceſi iudicet: vbi eius officialis aut vicarius.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

máque episcopi sedes in ciuitate sita & collocata sit. Quod latius κατὰ τὴν διάθεσιν exequuti sumus in commentariis nostris, ad statuta municipalia Turonensis præfacturæ, in titulum generalem. verb. *Du païs*. Quo loco luculenter tradidimus multa de prouinciæ & diœceseos significatione: & quo primùm tempore cœperę & distinctæ fuerunt diœceses & prouinciæ.

PAVLVS LIB. XXXV. LEX CXCI.

INter Diuortium & Repudium hoc interest, quòd repudiari etiam futurum matrimonium potest; non rectè autem sponsa diuertisse dicitur, quòd Diuortium ex eo dictum est quod in diuersas parteis eunt qui discedunt.

SVMMARIVM.

1 Repudium propriè est sponsi & sponsæ: Diuortiũ viri & vxoris, improprièverò confunduntur.
2 Verba concepta libelli repudij, & renunciationis.
3 Marito vxorem in adulterio deprehensam interficere licet.
4 Romuli Lege vxori diuertere non licebat: viro maximè, ob quatuor causas, veneficium, adulterium, furtum, & fœtus suppositionem.
5 Diuortium olim fiebat septem ciuibus romanis pubertibus adhibitis, & diuertentis liberto.
6 Diuortij vatiæ causæ legitimæ: adulterium, certa suspicio, idololatria, hæresis, veneficium, parricidium, & atrocia eiusmodi crimina.

Repudium & diuortiũ qualiter inter sese differant.

INTER DIVORTIVM. Quoniam de repudiis & diuortiis in iure frequenter fit mentio, Paulus hoc loci disseruit quid inter diuortium & repudium differentiæ esset. Quapropter tradit repudium ad nondum contractum perfectumque matrimonium, sed ad contrahendum pertinere: vt propriè sponsam sponsus repudiare censeatur, non etiam diuortium facere. Diuortium (inquit Modestinus. l. inter stuprum. sup. eod.) inter virum & vxorem fieri dicitur: Repudium verò sponsæ remitti videtur. Quod & in vxoris personam non absurdè cadit. Quandoque enim repudiare dicimur eam, quam iam duximus vxorem. In quam significationem vsurpauit Vlpianus titu. de ritu nupt. ff. Si qua mihi, ait, vxor fuit. Deinde à me repudiata nupsit Seio quem ego postea arrogaui, non sunt incestæ nuptiæ. Sed id ex improprio & lata significatione acceptum: quemadmodum etiam in l. quod Seruius. ff. de condict. caus. dat. Quod Seruius (inquit Neratius) in lib. de dotibus scripsit, si inter eas personas, quarum altera nondum iustam ætatem habeat, nuptiæ factæ sunt, quod dotis nomine interim datum sit, repeti posse: sic intelligendum est, vt si diuortium intercesserit priusquàm vtraque persona iustam ætatem habeat, sit eius pecuniæ repetitio. Quo loco Accurs. Diuortium pro repudio interpretatur, verámque esse interpretationem liquet ex mente iurisconsulti. Tunc autem in repudiis, id est renuntiationibus dicebatur nuntius remitti vxori. Cicero lib. primo epistol. ad Atticum. Vxori, inquit, Cæsarem nuntium agito.

Diuortium pro repudio aliquando accipi, sed abusiuè & improprie.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

remisisse. Caius iureconf. in l.ij. ff. de diuort. & repud. tradit libellum repudij his verbis concipi solitum fuisse, *Res tuas tibi habeto. Tuas res tibi agito.* In sponsalibus quoque, inquit, discutiendis, placuit renuntiationem interuenire oportere: in qua re hæc verba comprobata sunt. *Conditione tua non vtar.* Siue autem ipsi præsenti renuntietur siue absenti, per eum qui in potestate eius sit, cuiusve, is eáve in potestate sit, nihil interest. Sanè repudiare generalius est; quod quidem & ad diuortium vulgò trahunt Latini authores. Sueto. Tranquillus in Iulio Cæsare, scribit Iulium Cæsarem à dictatore Sylla vllo modo compelli non potuisse, vt Corneliam Cinnam iiij. Cos. filiam, quam vxorem duxerat, & ex qua mox illi Iulia nata esset, repudiaret. L. Antonius à Censoribus notatus, & Senatu motus fertur, quòd nullo consilio aut modo, quam in matrimonium duxerat, repudiasset. Siquidem repudiare, est reijcere à se, recusare: vnde iureconsulti hæreditatem repudiare dixerunt. Et Terent. in And. repudiare consilium. Quintilia. lib. j. capit. x. Repudiata verba dixit, id est reiecta & minus probata. Et repudiationem dixit Cicero lib. xij. epistol. ad Atticum. Sic repudiare vxorem dicimus, pro dimittere, & remittere, reiicere: veniam abeundi dare: quod Græcis ἀπολύειν dicitur, & ἀπολύσιν: vt in Euangel. Matthæi xix. capit. ὃ ἂν τις ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πλὴν λόγου πορνείας. Quo loco Erasmus Roterod. ἀπολύσιν pro repudiare siue abiicere censet positum; quod alioqui etiam dimittere dicunt: & hoc verbum à Tranquillo in Tyberio Cæsare pro repudiare positum. Dubium, inquit, vxorisve tædio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque vltra perferre posset &c. Et in eodem Tyberio, septimo cap. dedit & ludos, sed absens: cuncta magnificè impensa matris ac victrici: Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Pōponij Attici equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolę, duxit vxorem: sublatóque ex ea filio Druso, quanquam bene conuenientem, rursumque grauidam dimittere: ac Iuliam Augusti filiam confestim coactus est ducere. Hîc dimittere, pro diuortium facere dixit. Et paulò infra, disidere, pro eodem significato. Cum Iulia (inquit) primò concorditer & amore mutuo vixit: mox disseditiid est, fecit diuortium, & missam fecit vxorem. Et Cice. in Orat. pro domo sua ad Pontif. defleui coniugis miseræ disidium, liberorum charissimorum solitudinem, &c. Confunditur itaque significatio repudij & diuortij, ac συμμαχοῦσι frequenter & alterum pro altero sumitur. Constantinus Hermenopul. libro sexto Epitomes iuris ciuilis, Titu. de verbo. significatione. τὴν ἀπόλυσιν τὸ διαζύγιον δηλοῖ· διαζύγιον δὲ τὸ γράμματον τοῦ χωρισμοῦ τῶν ἐξ γάμου συνδεθέντων γονέων. Repudium significat diuortium. At diuortium, libellum, qui fit ad diuersionem eorum qui matrimonio iuncti sunt. Igitur διαίσιν pro diuortio posuit: & διαζύγιον pro repudio; ac vtrunque separationem & disiunctionem significat, διαχωρισμὸν παρὰ τὸ διαχωρίζειν. Quemadmodum etiã ἀποπομπὴν sumitur promiscuè pro repudio & diuortio, παρὰ τὸ ἀποπέμπειν quod & reiicere, & remittere, & repudiare significat, vt διαστρέφειν disiũgere ἀποβάλλειν: καὶ ἀποβάλλειν abiiciendũ ac repudian-

Repudij libellus quibus verbis concipiebatur.

Repudiare verbum generale.

Capit. j.

Dimittere pro repudiare. Cap. x.

Disidere pro diuortiũ facere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dum Homer. libro tertio Illiad.

ὅθι τε ἐπιθλιψ' ἀνὴρ ἐρωμένῃ ἀλόχῳ.

Libellum repudij appellant ἀποστάσιον, παρὰ τὸ ἀφίστασθαι, id est abscedere, recedere. Nam qui diuortium faciunt, seorsum recedunt disiuncti. D. Matthæus in Euangel. capit. xix. τί οὖν μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν. Erasmus in capitulo quinto Matthæi vertit diuortionale ad verbum τὸ ἀποστασίον, hoc est, inquit, libellum diuortij. Et loco supra citato vertit libellum repudij. Quamobrem nihil fermè discriminis videtur inter vtrunque ponere: quod iurisconsultis sæpe quoque accidit. Papinianus in l. viro atque vxore. ff. soluto matrimonio. Viro, inquit, atque vxore mores inuicem accusantibus, causam repudij dedisse vtrunque pronuntiatum est. Et in Nouellis Iustinia. Constitut. cxvij. sub titul. de diuers. capitul. & solutio. matim. ἐφανὴ δὲ φαίνεται ἐν τοῖς παλαιοῖς καὶ ἀ μονίμοις νόμοις αἰτίας, δι' ὧν ἐνεχώρει κυριωτέρᾳ γάμου διαλύσεις γίνεσθαι: τούτων ἕνεκα σωεδόμεθα ἐκ τούτων ἀναλέξαι τινὰς, εἴπερ ἡμῖν ἐξεστὶ καὶ τὸ διαλύειν γάμον ἐφάπτεσθαι, καὶ τάξαι μόνον ἀνομαστὶ τῷ παρόντι νόμῳ, ὅπερ ἐν ἀναγκαίῳ νόμῳ, ἀλλὰ καὶ, εἴτε ἀνὴρ, εἴτε γυνὴ διαλύειν πίστευον. Quod sic vertit Haloander. Quoniam verò multas in veteribus nostrísque legibus causas inuenimus, ex quibus matrimonia promptè dissolui solent, propterea visum est ex his nonnullas, quæ nobis ad dissoluendum matrimonium indignè apparent detrahere: & eas solummodo nominatim præsenti legi inserere: ex quibus rationabiliter possit, siue vir, siue mulier repudij libellum mittere. At verò cum de matrimonio iunctorum agatur dissolutione, græca litera habet, διαζύγιον πέμπειν, quod repudium ipse Haloander interpretatur, & libellum repudij: quod supra ex D. Matthæo diximus ἀποστασίου appellari. Similiter & διαλύειν γάμον matrimonium dissoluere, Erasmus in capitulo septimo Epistola prima ad Corinthios: λύσιν diuortium vertit; λέλυσαι γυναικὶ, μὴ ζήτει λύσιν. Alligatus es vxori? ne quære diuortium. Solutionem vulgata lectio habet. Aliis inquit ipse Erasmus in eundem locum, magis placet diuortium quàm solutio; veluti latinius; sed tamen interim perit aliqua gratia contrariorum. Alligatus, solutus, & solutio. Si quidem diuortium, proprium verbum non est, sed translatum, vt testatur Marcus Cicero libro tertio de Oratore ad Quintum fratrem. Nam si res, ait ipse, suum nomen & proprium vocabulum non habet, vt pes in nati, vt nexum quod per libram agitur, vt in vxore diuortium: necessitas cogit quod non habeas aliunde sumere: sed in suorum verborum maxima copia, tamen homines aliena multò magis, si sunt ratione translata, delectant. Hæc ille hactenus. Diuortium nanque dicitur ab eorum discessu qui in alias vias diuertunt; vel (vt tradit Caius in l. ij. ff. de diuortiis.) à diuersitate mentium, quia in diuersas partes eunt qui distrahunt matrimonium. Vnde diuertere, pro diuortium facere. Si pater ignorans (inquit Papinianus. ff. soluto matrimonio.) filiam diuertisse, dotem ex causa promissionis numerauit.

Diuortionale pro libello repudij.

Authen. vt liceat matri & auiæ. §. Quia verò plurimæ colla. 8.

Diuortium nō esse proprium sed translatum vocabulū.

Diuortium unde dictū.

Diuertere pro diuortiū facere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rauit,&c. Diuertisse dixit,id est,missum fecisse maritum,& diductio matrimonio, à mariti veluti via declinasse. Sic diuerticula viæ militaris, diuortia. Virgilius libro nono Aenei d. dixit.

Obiciunt equites se se ad diuortia nota:
Hinc atque hinc omnémque aditum custode coronant.

Et alio quidem loco idem Virgil. Diuortia aquarum dixit, cum ex eodem capite in diuersas parteis diffluunt. Vnde non propriè in sponsalibus diuortium vsurpatur: quia sponsi nunquam in vnum tanquam caput aut iugum conuenerunt. Quod Franciscus Connan. lib. viij. Commentariorum ciuilis, vbi de diuortiis & repudiis agit, adnotauit. Apud veteres Romanos nulla fuit lex neque institutũ diuortij faciendi: at licebat maritis vxores adulteras occidere: aut vinum sibibisset, teste Dyonisio Halicarnass. Quinetiam Martianus in l. marito. ff. ad legem Iul. & Vlpia. l. sequen. tradunt, marito fas esse deprehensum cum vxore adulterum interficere. Vidimus sanè his nostris temporibus, & quidem septem abhinc annis, Pharmacopolam quendam in ciuitate nostra Turonensi minimè obscurum, Ioannem Bortanũ nomine, vxorem suam vnà cùm adultero impunè occidisse deprehensos: nullóque negotio, veniali diplomate à Rege nostro Opt. max. Henrico ij. in hanc rem concepto, ac concesso, & personæ, & famæ, & ciuitatis, bonorúmq; postliminium impetrasse: tum deinde factum huiusmodi & laudatum, & probatũ omnibus. Nupsit ille postea alteri, tum demum pauco post tempore è vita excessit. Sed cum duriuś hoc institutum videretur, & matrimoniorũ rationẽ haberi Romulus voluisset, tulit ipse leges quæ maritis dimittendarũ vxorũ facerent potestatem, non etiã interficiendarũ: sed quibus nulla de causa liceret vxoribus à maritis diuertere: viris autẽ abiicere vxores veneficas, adulteras, partus & clauiũ suppostrices. Quod videtur innuere Plautus in Trucul. his verbis. Quadrupus, veneficia, suppostrix puerũm. Aliis de causis vxorem qui reliquisset, publicatione bonorum multabatur: quæ partim Cereri, partim vxori relictæ tribuerentur. Qui ad tempus diuerterat, sacrificari eum iussit Diis inferis, vt citius reduceretur cum vxore in gratiam. Quod Plutarchus in vitam Romuli tradidit: & meminit Dionysius Halicar. libro secundo, Cælius Rhodogi. libro vigesimooctauo, lectionum antiquarum capitulo decimosexto. Qua lege factum est, vt intra quingentos viginti annos diuortium nullum Romæ fuerit. Hoc quoque Vld. Zasius, commentario in l. ij. de origin. iuris adnotauit. Tradit Plutarchus in comparatione Thesei cum Romulo, & Numæ cum Licurgo, apud Romanos primum omnium Seruilium Spurium ob sterilitatem diuortium cum vxore fecisse, anno ducentesimo trigesimo post vrbem conditam. Sabellicus libro nono Ennead. quarto eiusdem Spurij meminit: & Carvilium appellat. Iam verò author est Paulus in l. nullum. dicto titulo, de diuort. ff. non aliter ratum esse diuortium quàm septem ciuibus Romanis puberibus adhibitis testibus, præter libertũ eius qui diuortiũ faceret,

Diuortium quare de sponsis proprè non dicitur.
Connan. libr. viij. ca. xij.
Adulterij vindicatio exemplum Turon.
Romulus lex de diuortiis
Diuortium primum apud Romanos quis fecit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Diuortium qua forma fieri solitum erat.

Et hæc quidem erant apud eos diuortij faciendi solennia. Diximus quatuor de causis fas fuisse olim vxorem abiiecere: quòd videlicet vinum ebibisset, quod claues subiecisset, id est, furtum admisisset, vt Connannus interpretatur, & partum supposuisset, quòd venefica, quódque adultera esset. Videamus igitur causas ex quibus citra periculum maritus repudij libellum posit mittere, & ab vxore recedere simul, & vxoris dotē lucrifacere, reseruato in ipsa dominio ex eo matrimonio susceptis liberis, aut filiis non existentibus perpotiri etiam dominio. Hæ autem causæ recensentur ab Imper. Iustiniano, supra dicta constitut. cxvij. ad Theodot. Præfect. Orientalium Prætoriorum. Titul. de diuers. capitulis & solutio. matr. §. Quoniam verò multas. Et in vulgari tralatione Authen. Vt liceat matr. & auiæ. §. quia verò plurimas. Collat. viij. Et in Authen. sed hodie. C. de repud. Sine causa sanè diuortium probatum non fuit: atque idipsum ex lege duodecim Tabul. manasse Ciceroni videtur. Is enim Philip. Secunda, ita scribit, criminatus Antonium quod vxorem Volumniam Mimam repudiasset. Illam suam (inquit) suas res sibi habere iussit. Ex duodecim Tabulis claueis ademit, exegit, Quam porrò spectatus ciuis: quàm probatus: cuius ex omni vita nihil est honestius quàm quòd cum Mima fecit diuortium. Non ergo licet ἀφ' ἑαυτῶν repudiare, id est, ex quauis causa, quemadmodum in Deuterono. capit. xxiij. legitur. Omneis enim eas causas, vna tantùm, CHRISTVS in Euangelio circunscripsit; videlicet adulterij. Origenes disserens & discutiens hanc rem in xix. capit. Matthæi, putat & alia crimina vel adulterio paria, vel etiam grauiora, veluti veneficium, parricidium, & cætera id genus, matrimonium dirimere posse. D. Augustinus in causa adulterij, idololatriā æquat adulterio, quòd cultus idolorum sit adulterio misceri cum immundis spiritibus. Erasmus in annota. ab eorum sententia videtur discedere: quòd (inquit) omne peccatum, quia nos separat à Deo & alienos faciat, dirimeret matrimonium. Qua ratione putat ob id exceptum adulteriū, quòd hoc ex diametro pugnet cum natura matrimonij. Quare improbata est à Domino nostro IESV CHRISTO πολυπαραφθία illa, ob quam olim Iudæis fas esset, atque etiam qualibet ex causa, ab vxore diuertere. Matrimonium è duobus vnum facit: eam copulam dissecat adulterium. Ergo, ait ipse Erasmus, suis CHRISTVS vnam dumtaxat causam indulget diuortij; Iudæis non adimit quod indulsit Moses ob ingenij duritiem, negans ab initio fuisse sic. Si vt conditus erat homo, perseuerasset, nullum erat futurum inter vllos diuortium. Christus reuocans suos ad pristinam innocentiam, non vult diuortium: quia non vult duros corde. Adiicit etiam diuus Augustinus idololatriam & hæresim, ea quippe ratione quia hæc sint quædam fornicatio & adulterium. Non sunt itaque ferendæ leges hæ quæ tot diuortij causas admittant. Præstitisset hercule alias inuehere causas, quibus cum vxore, quæ aliorum exemplo & monitis, ad mentem rediisset,

Causa diuortij quæ olim fuere: quæ item postea secundum Imper. constitutiones.

Matth. 5. & xix.

Cur improbis adulterium causa esse debeat diuortij.

Idololatria & hæresis est quædam fornicatio & adulterium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rediisset, tandem recōciliaretur maritus, Atqui censet beatus Hieronym. etiam ob adulterii suspitionem, integrum esse & planè liberū cuiuis marito vxorem à se dimittere. Vbicunque, inquit, est fornicatio, & fornicationis suspitio, liberè vxor dimittitur. Sed tamen arbitror beatum illum virum, id nō accipi voluisse aduersus Christi præceptum. Vsqueadeò igitur exosum fuit adulterium nō solùm viri Dei cultoribus, sed & Ethnicis etiam Deum verum nescientibus. Nam Domitianus Imperator Roman. vt tradit Xiphilinus Epito. Dionis Nicæi, in Domitiano, cùm de nece vxoris suæ Domitiæ ob admissum adulterium cogitasset, capto consilio de sententia Vrsi, cum ea diuortium fecit: ob quam, in media via Paridem saltatorem interfecit. Ferunt autem ipsum Domitianum diuortia permisisse. Ille tamen Equitem Romanum, ob reductam vxorem, cum qua ob adulterium Martius diuortium fecerat, Iudicum albo erasit, notáque affecit. Vtinam his nostris calamitosis ac profligatissimis temporibus adulteria perinde odio haberentur, & plecterentur pœnis: nec tam libera, ac veluti recepta essent.

Domitianus Imper. Romanus diuortium cum vxore.

IDEM LIB. XXXVIII. AD EDICTVM.

LEX CXCII.

HAec adiectio, PLVRISVE, non infinitam pecuniam continet, sed modicam duntaxat. Adiectio hæc, SOLIDORVM DECEM PLVRISVE, ad minusculam summam refertur.

SVMMARIVM.

1 Nemo immodicè se vult obligare.
2 Donatum non censetur, si ignorans venditor dimidia plus parte deceptus fuerit.
3 Summa modica quæ dicatur.
4 Modicum censendum est, quod septuagesimam partem totius excurrit.
5 Plus, verbi quomodo sit accipiendum: Et quid significet, nu. 6.
7 Mandatum factum iudici vt certam sententiam ferat, an valeat.
8 Vsque, dictio, vt accipiatur.
9 Plus minus, verba, nihil adiiciunt, neque detrahunt orationi.

HAEC ADIECTIO. Si inter duos transactione tandem pactum sit, vt eorum alter, alteri fundum Tufferianum venderet quingentis nummis aureis, cuius tamen iustum legitimúmque precium mille quingētorum aureorum esset, at pacto ipsi adiectum foret, vt quod pluris esset fundus, donatum sit, An ea quæ excurrit summa, mille aureorū videlicet, donata videatur? Respondit Paulus, hanc verborum, *Pluris-ve*, adiectionem non infinitam pecuniam continere, sed modicam & minusculam duntaxat. Argumento est quòd neminem ferè inuenias, qui immodicè obligare se velit, vt ait Celsus in l. si libertus. ij. ff. de operis libertor. Idque ex præsumpta suspicione colligimus. Qua ratione donatum non videtur, si ignorans venditor dimidia plus parte deceptus sit: quamuis pacto adiectum sit, *Quod pluris* esset, donatum esse. Quod itaque modico amplius est, nec donatione quidem, quæ tamen ab ignorante sic facta sit, nec emptione

Pluris-ve, si hæc adiicitur in pactis & conventionibus, quid importent.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ptione concluditur. Quæ quidem Bartoli est sententia in l. si quis cùm aliter. ff. de verborum obligation. Huius rei exemplum fingit Francisc. Connannus libro septimo Comment. capit. de rescinden. vendit. Vendidi tibi fundum triginta aureis, & quo plus valeret, donaui: valebat autem quinque & sexaginta. Faciendæ erunt tredecim partes fundi totius, singulæ quiuis aureis æstimatæ: quoniam pretium à te datum, quod triginta aureorum fuit, cùm sex fundi partibus, vera æstimatione concurrit, totidem partes videbuntur tibi venditæ: quæ supersunt septem partes, donationi attribuuntur, omnes quidem verbis donantis: cæterùm voluntate & tanta eius cogitatione, non plures quàm vt modicam summam efficiant: quia paruum quiddam videtur largitus. Modus autem donationis, ex magnitudine emptionis, cui accedit, finiendus est. Hîc certè Connanno ipsi videtur ad summum esse debere, quinque aureorum, quę pretij est dati sexta pars. Sic relinquuntur adhuc triginta aurei, qui nec emptioni cedunt, nec donationi. Arbitratur ideò ipse Connannus, triginta aureis factæ emptioni sex fundi partes cedere, quod earum fuerit iustum precium: reliquarum septem partium vnam donationis causa emptoris esse, & sex postremas venditori, eidem & donatori restituendas. Paulus in l. id est. ff. de dolo malo. modicam summam vsque ad duos aureos arbi- 3
tratur. Quod intelligi vult Accursius, si ad libram auri, quæ septuaginta duos aureos pendeat, hanc modicam summam referas. Igitur quod se- 4
ptuagesimam partem totius excurrit, modicum dicendum, & in adiectionem horum verborum, *Pluriśve*, cedere. Aliquando hæc pluris interpretatio relinquitur arbitrio boni viri secundum Alexandrum in 5
l. & si post tres. ff. si quis cautio. Aliquando indicis: nonnunquam etiam eius, cui relictum est. Apud Papinianum in l. cùm filius. §. pater. ff. de legat. ij. in ea specie facti scriptum est. Pater cum filia pro semisse hæ-
rede instituta, sic testamento loquutus fuerat: Peto, cum morieris, li- «
cet alios quoque filios susceperis, Sempronio nepoti meo plus tribuas in «
honorem nominis mei: necessitas quidem restituendi, nepotibus viriles «
partes præcedere videbatur: sed moderandæ portionis, quam maiorem «
in vnius nepotis personam cõferri voluit, arbitrium filiæ datur. In quem «
locum Bartol. cum Accursio, modicam summam arbitrari oportere cen
suit. Quid si legatarius non sit arbitratus, vt quia morte præuentus sit? Ipse quidem Accurs. tradit aut iudicem oportere arbitrari: aut nihil plus habere debere legatarium ipsum. arg. l. cùm quidam. d. titul. de leg. ij. & l. Triticum. ff. de verborum obligationib. Quandoque etiam, plus, nihil 6
planè significat. Vt si cum pro testimonio quis dicit, Titium testificetur decem plus annis possedisse, Bartolus opinatur, hac ipsa plus, adiectione iudicem nihilo magis releuari, nec eundem ob id certiorem factum: at potius anxium & animi pendentem: vt l. furti. ff. de in litem iurando. vbi de hac re plura traduntur à Bartolo. Quid si mandatum sit iudici vt litem decem aureis plurisve possit æstimare? Aiunt quidam 7
(vt scr

Connan. lib. vij capit.

Plus qualiter & quomodo significetur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

(vt ſcribit Specul.titul.de arbitro & arbitra.)valere mandatum, vt certam ſententiam ferat iudex: cùm hæc adiectio, pluris, ad modicam ſummam referenda ſit: videlicet (inquit ipſe Specul.) ad xj. vel xij.Aliud autem dicendum eſſet, ſi mandatum foret,vt liceat æſtimare vſque ad decem,nec eo amplius:vel non vltra,vt cap.literæ.extrà de dilatio. vt hæc
8 dictio,vſque, incluſiuè accipiatur, ſicut tradit Accurſ.in d.l.id eſt vſque.
9 ff.de dolo malo.At verò cùm dicitur,plus minus,nihil propterea adiectũ neque etiam videtur detractum.Vt ſi quis triginta plus minus iugera,terræ vendidit(quod frequenter Notarij in ſyngraphis & contractibus emptionum & venditionum perſcribunt ſub hac voce, circiter,)vulgò traditum eſt valere venditionem, etiam ſi vndecima aut duodecima pars iugeri ex toto venditionis vel deſit, vel ſuperfluat: & id iudicem æſtimaturum Paulus cenſet in l.Publia.§.Titius Sempronio.ff.depoſ.Plinius lib.xvj.cap.vj.quo loco de glandiferis arboribus tractat,Continentur(inquit)hiſpido calice per genera plus minus complectente:hoc eſt,vel maiore, vel etiam minore calice, ſecundum varia arborum glandiũmve earundem genera. Eſt itaque plus minus,perinde ac ſi dicas, circiter, Quod nihil omnino addit, nec detrahit.

Specul. tit. de arb.§.vij. verſ. Quid ergo ſi dicatur.

IDEM LIB. I.

LEX CXCIII.

HAec verba, QVANTI EAM REM APPAREBIT ESSE, non ad id quod intereſt,ſed ad rei æſtimationem referuntur.

SVMMARIVM.

1 Promittens quãti intereſt,cenſetur promittere quanti eam rẽ eſſe apparebit,vel quanti res erit.

AEC VERBA. Erant hæc verba certæ formulæ, *Quanti eam rem apparet eſſe*, quæ ſignificabant,quanti intereſt.Vnde ſi quis quanti intereſt promittat,cenſebitur pro
1 miſiſſe. Quanti eam rem eſſe apparebit,vel quanti ea res erit.l.fin.ff.de præto.ſtipul.Quod ad veram rei æſtimationem,non ex voto ſingularium traducendum eſt. Videto amplius in hunc locum quæ ſcripſimus ſuprà in l.inter hæc verba.hoc titul.

VLPIANVS LIB. XLIIII. AD EDICTVM.

LEX CXCIIII.

INter donum & munus, hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam genus eſſe donum Labeo ait, vel à dando,vel à donando dictum: munus, ſpeciem: nam munus eſſe donum cum cauſa: vt puta,Natalium, nuptiarum.

NTER DONVM. Hoc reſponſum Vlpiani ſatis aptè & acutè ab Alciato in Commentariis in hunc locum explicatur: & rectius quidem in libro tertio Diſpunctionum,capitulo decimotertio. Illuc te, lector, remitto.In quam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quam rem etiam videre Laurentium Vallens. libro sexto elegant. capitu. lo trigesimonono. Præterea & hæc differentia vocis vtriusque non multum facit ad farinas: & nos suprà hanc rem attigimus.

IDEM LIB. XLVI.

LEX CXCV.

PRonuntiatio sermonis in sexu masculino, ad vtrunque sexum plerunque porrigitur. Familiæ appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidem variè accepta est. Nam & in res, & in personas diducitur. In res, vt puta in lege duodecim Tabularum, his verbis, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Ad personas autem refertur familiæ significatio, ita cùm de patrono & liberto loquitur lex, EX EA FAMILIA, & EX EA (inquit) IN EAM FAMILIAM. Et hîc de singularibus personis legem loqui constat. Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur. Iure enim proprio, Familiam dicimus, plureis personas, quæ sunt sub vnius potestate, aut naturâ, aut iure subiectæ: vt puta, Patremfamiliâs, Matremfamiliâs, filiumfamiliâs, filiamfamiliâs: quique deinceps vicem illorum sequuntur: vt nepotes, & neptes, & deinceps. Pater autem familiâs appellatur, qui in domo dominium habet: rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. Non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. Denique & pupillum patremfamiliâs appellamus: & cùm paterfamiliâs moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familiâs incipiunt habere. Singuli enim patrumfamiliâs nomen subeunt. Idémque euenìet in eo, qui emancipatus est: nam & hîc sui iuris effectus, propriam familiam habet. Communi iure familiam dicimus omnium agnatorum. Nam & si patrefamiliâs mortuo, singuli singulas familias habent, tamen omnes, qui sub vnius potestate fuerunt, rectè eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem gente & domo proditi sunt. Seruientium quoque scelemus appellare familiam, vt in edicto Prætoris ostendimus, subtitulo de furtis: vbi Prætor loquitur de familia publicanorum. Sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorum continetur: quod demonstratur eius rei causa paratum esse: id est, vectigalis causa. Alia autem parte edicti, omnes serui continentur: vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum. Item redhibitoria, si

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ria, si res deterior reddatur emptoris operâ; aut familiæ eius, & interdicto VNDE VI, familiæ appellatio omneis seruos comprehendit. Sed & filii continentur. Item appellatur familia plurium personarum, quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscitur: sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ. Mulier autem familiæ suæ & caput, & finis est.

SVMMARIVM.

1 Familia, in res, & personas diducitur.
2 Familiæ verbum, varias significationes habet.
3 Familiæ emptor quisnam diceretur.
4 Familia quando transferatur ad res, & quando ad personas, ex verbis testatoris, vel ex verbis & mente legis colligi.
5 Respublica sine familiis non potest consistere.
6 Gens, quod differat à familia.
7 Familiæ nomen, latissimè patet.
8 Tribus, pro familia accipitur.
9 Paterfamiliâs quis dicatur: qualiter efficiatur: & qualiter eo mortuo familia diuidatur.
10 Dominus quando teneatur de facto & delicto familiæ. & nu. 11.
12 Pœna serui vel ancillæ quicquam obscœnum deiicientis è fenestra domus, in transeuntem.

PRONVNTIATIO. Quando vox masculini generis comprehendat etiam fœminiuum, suprà dictum est à nobis abundè in l. j. huius tituli: Quo fit, vt nihil amplius de hac re dicam hoc loco.

FAMILIAE APPELLATIO. Alciatus in hunc locum & in l. seq. atque etiam in tractatione, de eo, quod interest, familiam à famulando dictam existimat & à famulitio. Festus Pompe. à voce Osca famul, tradit deriuatum verbum familiæ, quæ apud illos seruum significat. Ego verò à fama ductum crediderim: cùm nomen alicuius gentis & generis, diuturnâ famâ latè in stirpes peruagatum est. Scitè sanè & eleganter hoc responso seu capite, Vlpianus tradidit multiplicem variámque familiæ significationem. *Familiæ verbum vnde deriuatum.*

1 Nam & in res (inquit) & in personas diducitur. In res, vt puta in lege xij. tabul. his verbis: *Proximus adgnatus familiam habeto.* Nomine familiæ, res, id est bona & hæreditates hoc loco intelliguntur. Nam his legis xij. tabularum verbis cauetur, vt intestatorum hæreditates, deficientibus suis hæ-
2 redibus, adgnatis proximis liceat habere. Familiam igitur vocat res, bona, & hæreditatem defuncti. Qua quidem voce iureconf. dixerunt familiam herciscundam, pro hæreditate diuidunda inter hæredes. Sueton.
„ Tranquillus in Nerone, capit. iiij. Ex hoc, inquit, Domitius nascitur, quem
„ emptorem familiæ pecuniæque in testamento Augusti fuisse, mox vulgò notatum est. Nomen pecuniæ addidit explicationis caussa, ne verbum familiæ ambiguum dubitationem relinqueret, vt Connano visum est lib. *Cap.*
3 ix. Commen. iur. ciuilis. Is autem familiæ emptor in testamento dicebatur, qui primus, & solus hæres esset. Quod qualiter, quibúsve solenniis fie-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bat, videbis apud Theophilum in titulo de testamentis. Præsentibus ciuibus Romanis & puberibus, qui defuncti bonorum & hæreditatis successor futurus esset, morituri res & patrimonium quibusdam verborum solenniis emebat: dabátque domino ipsi morituro, imaginarij pretij nomine, nummum: & is qui sic morituri patrimonium emebat, *Familiæ emptor* dicebatur. Quæ autem essent in ipsa verborum solennia, idem Theophilus scribit: Νῦν περιττὴν εἶναι λέγεται superuacaneum esse dicere. At morientis verba, quibus declararet quid se mortuo de ea, quam relinquebat, hæreditare statui vellet, qúæque ad familiæ emptorem hæredémve habebat, ea fuisse tradit. ὅτι βέλομαι τὸν δὲ δεῖνα λαβόν τῷ δὲ δεῖνα τὴν δὲ ὧδε τὴν δὲ ὧδε τὴν τοιάδε. Huic agrum seu fundum dari volo: illi, domum: alij verò centum nummos.

Familiæ emptor quis dicebatur & qualiter fiebat.

AD PERSONAS. Hæc est secunda significatio familiæ, quæ quando ad personas non ad res transfertur, ex testatoris verbis licet dignoscere, vel ex verbis & mente legis: at si testator dicat: familiam meam omnem in nominis mei memoriam Rosæ nepti meæ dari volo. Dubium non est, quin de re & patrimonio suo aut pecunia sensisse testatorem oporteat asseuerare. Et cùm lex patrono mortuo volebat agnatos cognatósve patroni, si libertus absq; liberis decessisset, *Tanquam ex familia* succedere ad personas familia referebatur, non ad res. Quæ successio dicebatur, bonorum possessio tanquàm ex familia: vt in §. Cúmque anteà. Institut. Imper. de bonor. possess. Et hîc de singularibus personis legem loqui constat. 4

AD CORPORIS CVIVSDAM. Tertio loco, familiæ appellatio, de vno quodam corpore dicitur, quod ex plurium persona constat: idque vel proprio iure ipsorum, vel communi vniuersæ cognationis. Iure proprio, tum naturali, tum ciuili familia constituitur. Naturali quidam iure seu diuino, maritus, vxor, filij, nepotes, & qui nascuntur ab illis, vna quadam quasi compage iuncti, vnum corpus efficiuntur, vna familia. Nam cùm hoc sit naturâ commune omnium animantium, inquit Cicero libro primo Officiorum, vt habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est coniugio: proxima in liberis: deinde vna domus omnia communia. Id autem est principium vrbis & quasi seminarium reipubl. Sequuntur fratrum coniunctiones: pòst, consobrinorum sobrinorúmque, qui cum vna domo iam capi non possint, in alias domos, quasi in colonias exeunt. Inde Trapexuntius testatur libro tertio Rhetoricorum, à multis relatum esse Romæ non antè fuisse rempublicam, quàm Sabinæ raperentur: quòd nisi familię essent respub. esse non possit. At cum in plures domos & veluti tribus familia distribueretur: eorum qui vnius etusdémque stirpis, & nominis essent, Gens vniuersè, γένος ἀνόμου dicebatur: etiam si millesimo gradu disiuncti essent. Familia verò magis ad agnationem refertur, sicuti testatur Andræas Alciatus libro quarto disputatio. cap. j. Sic latiùs Gentis nomen patêre, quàm familiæ constat. De gentis, & stirpis significatione permulta tradidimus suprà, in sacris literis familia. 5

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

σύμμιγῶν καὶ διαφόρων pro tribu, gente, & ſtirpe accipi ſolet ab interpretibus: quòd apud Græcos nomen πατριὰς idem ſit quod φύλαι. Acto. Apoſtol. cap. iij. καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. Et in ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ. Sic in Euangelio Lucæ traditum eſt, Bethlehem vocatam ciuitatem Dauid, eò quòd eſſet ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ, Id eſt de domo & familâ Dauid. Quod πατριά, à Græcis, id eſt familiæ dicuntur, id aliâs, vt teſtatur Eraſmus, interpres paternitates vertit in Paulinis epiſtolis. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. In loco actorum Apoſtolorum ſuprà citato, vbi πατριά legitur, Eraſmus ipſe tradit in nonnullis exemplaribus haberi φύλαι, id eſt, tribus. Vides igitur qualiter familiæ nomen latiùs quàm ad agnatos porrigatur. Sed id quidem puto ex improprio: vt Alciati ſententia probatior ſit. Cæterùm familiæ nomen non ad proximiores agnatos tantùm, verùm etiam & ad remotiores, & omnino poſtremos pertinet. Vt cùm teſtator voluit fundum Tufferianum in familia ſua perpetuò eſſe, eundem primo loco proximioribus deferri oportet: tum demum per gradationem ad reliquos agnatos, eò vſque dum & genus & nomen perueniat ad poſteros, vt eſt traditum in l. finali. C. hoc titulo, de verborum ſignificatio. Et authen. ὅστε τὰς ὑποπαλαιοτέρους μέχρι τοῦ βαθμοῦ ἥκειν: Vt reſtitutiones fideicommiſſi ad vnum vſque gradum conſiſtant. Conſtitu. clix. Αἷα τὸ βοϊλιδιάμα τὸ ἀπὸ πρόαυλον ἢ τοῦ ἀοῦ μοῦ μεῦ, ἢ διαμεμεῦν ἥδη τῆς πόλεως ἢ Σιγῶν τόχου τῆς ἀπαγούσης ἐπὶ τὸ ἅγιον μαρτυρεῖον τῆς ἁγίας Θέκλας μέσαι, ἢ πασῶν καὶ διαμένοι ἐν τῇ ἐμῇ φαμιλίᾳ, καὶ μηδέ ποτε ἐξελθεῖν ἢ ἐμοῦ ἀφέσεως: id eſt, vt vertit Haloand. Propterea quod hoc ipſum ſuburbium & ædes, ſitum, ſitáſve intra portam muri ſiculnei, qua via ducit ad ſacroſanctum martyrium Sanctæ Theclæ, per omnia & perpetuò velim permanere in familia mea, neque vnquàm de meo nomine egredi. Quo loco voluit Imperator Iuſtinianus familiæ vocem ad infinitum produci, ac donec nomen domini & patris familiâs perduret: his verbis, neque vnquàm de meo nomine egredi. Quæ quidem verba videtur adieciſſe, vt commoſtraret quouſque familiæ ius protraheretur: videlicet, in perpetuum. Hoc in vulgari tralatione habetur ſub titulo, de reſtitutio. fideicommiſ. & nomine famil. & c. Sic Iuliam familiam dicunt, ſic Claudiam, ab Appio Claudio, cùm ex Sabinis magna clientum manus Romam commigraret: quam etiam familiam, tribum appellant. In eam quidem ſignificationem Ariſtoteles libro primo Politicôn pagum accipit ſecundum naturalis iuris rationem: vt ſit propagatio quædam domus eorum quos dicimus coaluiſſe, & natos eſſe natorum: cùm videlicet domus ex domo deriuatæ, ex quodam veluti ſtipite filiorum ſtolones enati, ac producti coactam in vnum corpus familiam tribúmve efficiunt. Quare Vlpianus in l. Quod ſi nolit. §. idem Pædius. ff. de ædili. edict. rectè cenſuit familiæ appellatione, filios familiâs demonſtrari: quorum quidem filiorum indefinita eſſet appellatio & ſignificatio, vt quæ ad nepotes nepotúmque filios in infinitum protendatur, vt ſatis ſuprà annotauimus. Inde patres fa-

Geneſ. 21 & 22.

Luc. 2.

Familia in ſacra ſcriptura quid.

Pagi quid Ariſtotelis dicuntur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

milias, matresfamilias & filiosfamilas dixerunt. At cùm senior paterfamilias moriturus, tum diuiditur ingens ille familiæ stipes in singulas familias eorum, qui patri ipsi familias subiecti erant: tum singuli patrumfamilias nomen subeunt, qui caput sunt familiæ. Sed & emancipatus & sui iuris factus, qui propriam familiam habet, paterfamilias incipit esse. Aliter omnium agnatorum familiam dicimus. Quanuis enim diuisa, patrefamilias mortuo, in singulas familias, familia, hi tamen omnes qui sub eiusdem patrisfamilias potestate aliquando fuerunt, eiusdem familiæ nomen sortiri censebuntur, qui de eadem gente & domo proditi fuerunt. Vt si ex Iulii Cæsaris familia plures familiæ prodierint, singulæ earundem censebuntur de Iulia familia: quod suprà diximus ex sacris literis: ἐξ ἑνὸς καὶ πατρὸς ἀνθρ. Et id quidem communi iure, non proprio, dicimus: id est iure ciuili. Nam agnatio, iuris ciuilis nomen est, id est, à lege xij. tabularum, qua agnati præferuntur agnatis succedendi iure: vt §. Sed agnationis. & §. sequenti. cum gloss. institut. de legit. agnat. tutel. Sed hæc quidem agnatio, quæ iuris ciuilis est, per adoptionem fit. §. Sunt autem versic. per adoptionem. institut. de legit. agnat. success. Qui igitur adoptantur in familiam alicuius, his filiifamilias sunt, vt tradit Modestinus in l. prima. ff. de adoptio. Et Vlpianus in l. nec ei. §. & primum quidem. d. titu. de adoptio. Deinde (inquit) excutiendum erit, cuius vitæ sit, is qui velit pupillum redigere in familiam suam. Itaque, iure communi, seu ciuili familiam dicimus omnium agnatorum.

Agnatio iuris ciuilis est, & quare.

SERVIENTIVM. Vlpianus in l. ædiles §. familiæ. ff. de ædil. edict. familiæ, inquit, appellatione, omnes qui in seruitio sunt, continentur, etiam liberi homines, qui bona fide ei seruiunt, vel alieni. Accipe eos quoque, qui in potestate eius sunt. Idem Vlpianus in l. prima. §. familiæ. ff. de vi & vi arma. censet eos, quos seruorum loco habemus, contineri familiæ nomine: & hos veluti, qui eodem sub patrefamil. ministerio funguntur, siue liberi sint, seu serui: quod etiam ab Vlpiano est traditum in l. prima. §. familiæ. ff. de publica. & vectiga. & in l. secunda §. familiæ. ff. vi bono. rapt. Sæpe autem disputatum est, qua ratione familiæ factum ac delictum subire præstaréque debeat dominus & paterfamilias. Et respondit ipse Vlpianus in dicta l. prima de vi arma. si vnus seruus ex familia deiecerit, familiam deiecisisse videri: sed eatenus dominum teneri, quatenus vel ipse mãdauerit, vel iusserit, vt vi seruus aliũ deiiceret. Parui enim refert, suis manibus quis deiiciat, an verò per alium. Quare, si familia mea ex voluntate aliquem vi deiecerit, ego videor deiecisse. d. l. j. §. deiecisse. de vi arma. Et idem paulò post. §. quod ergo. Cæterùm si iussit, vi deiecit ipse. Nec grauari debet dominus, qui nõ iussit, sed seruorum suorum factum præstare, & si non iussu eius deiecerunt. Nam non grauabitur dominus hoc nomine: Quippe cum aut peruenit ad eum aliquid, & restituet: aut non peruenit, & ipsos seruos maleficij causa noxæ dedendo, indemnis erit. Quid si ex familia alicuius, serui plures album prætoris corrup

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

corruperint, an dominus vnius tantùm pœnam præstare teneatur, an verò plurium? Paulus in l. si familia. ff. de iurisdictione omnium iudicum, respondit, non eandem esse rationem in corrupto Prætoris albo, in damno, & iniuria data, quam in furto admisso. Nam si familia Prætoris album corruperit, damnúmve alicui dederit, iniuriámque fecerit, quoniam hoc plurium ac singulorum est factum, certè singulorum pœnæ obnoxium dominum edictum facit: tum quia contempta maiestas Prætoris est, qui quidem contemptus tanquàm virus in omnia capita seruorũ diffunditur, tum quòd delictum & damnum plurium plus percellit, cùm quisque admolitur manum: iniuria plurium plus lædit: plus contumeliam habet, cum quilibet voce hominem impetit, & famosissimis libellis proscindit. Sic in albo corrupto maior est Prætoris contemptus, cùm plures lacerant, quàm cùm vnus: ergo & hîc plura facta intelligunter: furtum verò, rem ipsam furto allatam respicit solùm: nec interest eius, cui furatur, plures rem suam furati sint, an vnus tantùm, propter vnitatem rei furatæ: neque verò possunt omnes contrectare: quæ contrectatio facit furtum: nec quod ego accipio, hoc potes accipere. Quæ sententia est & interpretatio Vld. Zasij. Quid inquam, si cum vnico seruo accessit dominus ad vim alicui inferendam? Nihilominus dicendum erit cum familia accessisse, cum vnicum tantùm, non plureis seruos haberet. Bald. in l. iubemus. §. sinautem. C. ad Trebellianum. Ea quidem ratione, si seruus vel ancilla quicquam obscœnum è domus fenestra in transeuntem delecerit, tenebitur dominus edicto, *De his qui deiecerunt vel effuderunt*: etiam si vel domus propria, vel conducta sit, vel in ea gratis habitatio concessa. l. prima. ff. de his, qui deiecerunt vel effuderunt. & §. Item his ex cuius cœnaculo. institut. de obligatio. quæ ex quasi delict. nascun. Quo loco Angel. Aret. scribit, dominas famulásve, quæ aut interdiu aut noctu in viam publicam obscœnas aquas effundunt, ac deiiciunt, in duplum æstimationis damni & inquinatæ vestis condemnandas. Quod verum esse contendit Bartholo. Cæpola in tractatu de seruitute vrbanorum prædiorum. capit. lxvij. Si modò proiectum effusúmve sit, qua vulgò iter fieri solet: vt in d. l. prima. §. summa cum vtilitate. d. titu. de his, qui deiecer. At, quid si tueri vellit se dominus quòd neque mandauerit, neque ratum habuerit quod à familia admissum est, neque etiam nomine suo factum? Nihil sanè proderit defensio huiusmodi, maximè verò si eo præsente peccauerit seruus, nec eum prohibuerit. Nam traditum est à Marcello in l. eiusdem. §. item is. ff. ad legem Corneliam de sicariis, eum plectendum pœna legis Corneliæ, eam ob caussam, quòd familia sua, eo sciente & non prohibente, alteri vim in possessione fecerat: quæ quidem lata culpa fuit, sed dolo proxima. Videto in hanc rem gloss. in capit. Cum ad sedem. in verb. interdictum. extrà de restitut. spoliat.

Interpretatio. l. si familia. ff. de iurisdiction. omn. iud.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LEX CXCVI.

FAmiliæ appellatione, & ipse princeps familiæ continetur.

Fœminarum liberos, in familia earum non esse, palam est. Quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

SVMMARIVM.

1 Fœminæ caput familiæ esse non possunt, nec liberos in potestate habere: & quid ita.
2 Nothus matrem sequitur, non patrem.

FAMILIAE. Verbum familiæ, non complectitur solùm eos omneis, qui sub domini patrisque familiâs potestate degunt, verùm etiam ipsum quoque dominum patrémque familiâs: quemadmodum Imperator & princeps exercitus de exercitu esse dicitur. Vide quæ de familiæ significatione dixi in l. detestatio. §. familiæ. supra hoc titu.

SFOEMINARVM. Quanuis matres familiâs fœminæ dicãtur, sicut viri patres familiâs, tamen cùm fœminę liberos in potestate non habeant, caput familiæ esse non possunt: Propterea earundem liberi in familia ipsarum esse censeri non debent. Nam qui nascuntur (ait Imper. in §. at qui. institut. de legit. agnatutel.) patris, non matris familiam sequuntur. Et id quidem, cùm legitimæ sunt nuptiæ, & ex iustis nuptiis procreati liberi, secundum Celsum in l. cùm legitimæ. ff. de sta. hom. Patris igitur tantùm familiam, id est agnationem liberi sequuntur, quatenus ad dignitatem, originem, priuilegium, & generis conditionem attinet: vt adnotauit Accurs. in d. l. cùm legitimæ. Cæterùm, quatenus ad originem tantùm attinet, vulgò quæsitus matrem sequitur. l. j. in fin. & l. eius qui iustum. ff. ad municipal. & de incol. Eius (inquit Neratius) qui iustum patrem non habet, prima origo à matre: exque eo die, quo editus est, numerari debet. Idem Vlpian. in l. lex naturæ. & tit. de sta. hom. Itaque à fœminis neque nomen generis, neque conditionem, neque dignitatem, neque familiæ principium aut gentis, sed ortus & natiuitatis rationem tantùm ducimus. A viris autem & patribus accipimus & gentem, & adgnationem, & quæ suprà dicta sunt, quasi à fonte quodam memoriæ, id est propagatione nominis. Quod Vlpia. capite superiori voluit intelligi.

VLPIANVS LIB. I. AD EDICTVM.

LEX CXCVII.

INdicasse reum, est detulisse: arguisse, accusasse & conuicisse.

SVMMARIVM.

1 Indicare, verb. quid significet: & quàm vanè accipiatur. & nu.
2 Deferre, pro accusare accipi.
4 Indicatio, & Indicatura, accipi pro æstimatione & pretio operis.
5 Arguere, quid significet.

Quadrup

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

6 Quadruplatores quinam dicti.
7 Sectores qui.

INDICASSE. Hoc loco apparet Vlpianum in commentariis, quos ad edictum Prætoris scripsit, interpretari velle verbum, indicare, & item verbum arguere: traditque indicare idem esse quod deferre, id est, accusare: Cice. in Oratione pro Q. Ligario. Nouum crimen C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit Q. Ligarium in Aphrica fuisse, &c. Quintil. in tormentis pauper, diuitem detuli reum. Id Græci dicunt ἐνεφέρειν δίκαιον, ἐπάγειν, κρίνειν, quibus nostrum deferre (ait Budæus in Commenta. ling. Græcæ) videtur respondere. Est igitur indicare accusare, ἐπφέρειν, κατηγορεῖν. Vlpianus in l. lex Cornelia. sub fin. ff. de iniuriis & famos. lib. Et ei (inquit) qui indicasset, siue liberi, siue seruus sit, pro modo substantiæ accusatæ personæ, æstimatione iudicis præmium constituitur, &c. Indicasset, id est, detulisset, seu accusasset: quanquã & inter plerasque alias significationes, indicare, sit æstimare & precium rei venalis statuere: quod Græci ἐξιοῦν, quod institoris est, & venditantis merces, vt Budæus eleganter adnotauit in Commen. ling. Græcæ, & in adnotationib. in Pandect. Quo loco scribit indicare esse verbum vendentis, sicut mercari, & liceri emptoris. Indicat igitur venditor, id est, τιμᾶται, quod vulgò dicunt, Qui bouem venalem habet, is precium imponit. Cicer. lib. iij. Officiorũ: Scæuola Publij filius cùm postulasset, vt sibi fundus, cuius emptor erat, indicaretur, idque ita venditor fecisset, dixit se pluris æstimare. Vlpian. in l. Iulianus. §. quod autem diximus. ff. de act. empt. Inter hunc igitur & eum qui scit, interest: quoniam qui scit, præmonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temeratiam indicationẽ. Quem locum non assecutus est Accurs. huius vocis significationis omnino nescius. Indicationem autem dixit Vlpia. pro æstimatione & probatione, vt nos admonuit ipse Budæus ex Plinij authoritate, lib. xxij. c. xiiij. in quam etiam significationẽ idem ipse Plin. indicaturam dixit. Hæc est (inquit) fiducia operis, hæc indicatura, id est, preciũ & æstimatio operis, & quo maximè opus probatur & cẽsetur. Idem Bud. alio loco in l. testiũ. ff. de testib. censuit indicare, esse rẽ simpliciter enũciare: nõ figuratè aut ornatè dicere: & ità interpretatus locũ quendã Quintiliani lib. ij. in hæc verba scribẽtis. Nã mihi aliã quandam videtur habere naturã sermo vulgaris, aliã viri eloquẽtis oratio. Cui si res indicare modò satis esset, nihil vltra verborũ proprietatẽ laboraret.

Deferre pro accusare.

ARGVISSE. Est arguere criminari, rẽprehendere, atque etiam accusare, à Græcis αἰτιᾶσθαι, καὶ ἐλέγχειν, ἐπφέρειν, δίκαιον καὶ γραφεῖν, id est, deferre, vt supra diximus, seu accusare: quas quidem omneis significationes indicãdi verbum habet. Ob id. Vlpia. dixit, indicasse reum, esse detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse. Quæ tamen singula verba nõ omnino eadem sunt significatione, vt suprà commonstrauimus. Arguere igitur hoc loci Vlpia. pro accusare & deferre posuit: pro qua significatione Cice. etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vsus est. Is in Oratione pro C. Rabirio perduellionis reo, sic ait: An non intelligis primum quos homines, & qualeis viros mortuos summi sceleris arguas? Deinde, quos ex his qui viuunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? Erant quippe delatores & nomina deferentes, qui à Græcis συκοφάντας γραφεῖς, seu accusatores, exosi & infames. Vnde Cicero libro secundo Officio. Duri hominis, vel potiùs vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Id cùm periculosum ipsi, tum etiam sordidum ad famam cõmittere, vt accusator nominere. Quod contigit M. Bruto summo genere nato, illius filio qui iuris ciuilis imprimis peritus fuit. Hi quoque quadruplatores dicebantur, & Sycophante, id est, criminatores, qui delationibus faciendis confiscationes à Principibus impetrant, vt homines interdum insontes fortunis omnibus euertant: cuiusmodi patrum nostrorum memoria multi extiterunt, inquit Budæus ipse, nostra etiam nonnulli Sectores illi propriè appellari possunt. In quam rem videto latiùs eundem Budæum, ad d. l. Testium. Quadruplatores tradit Ascon. Pædia. in j. diuinatio. in Verrem, fuisse delatores criminum publicorum, in qua re, quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebantur. Alij, inquit ipse Asconius, dicunt quadruplatores esse eorum reorum accusatores, qui conuicti, quadrupli damnari soleant aut aleæ, aut pecuniæ grauioribus vsuris fœneratæ quã consuetudine: aut eiusmodi aliorum criminum. Apud Athenienses olim, vt testatur Aristot. annis singulis constituebantur sorte Aduocati publici decem, qui συνήγοροι, id est, defendere possent delatos & postulatos criminis. Eius aduocationis merces, συνηγορία dicebatur.

Accusatores infames & odio habiti.

Aduocati defensores accusatorum.

IDEM LIB. II. DE OMNIBVS TRIBVNALIB.

DE LEX CXCVIII.

VRbana prædia, omnia ædificia accipimus, non solùm ea quæ in oppidis, sed & si fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis & in vicis: vel si prætoria, voluptati tantum seruientia. Quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia. Proinde, hortos quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum est in vrbanorum appellatione contineri. Planè, si plurium horti in reditu sunt, vinearii fortè, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt vrbana.

SVMMARIVM.

1 Prædium quid: & vnde dictum.
2 Prædium rusticum & vrbanum quid: & quare sic dictum.
3 Stabulum quid: & vnde dictum.
4 Παραδοξῶν, cur sic dictum.
5 Stabulari quid, & numero 8. 40.
6 Stabularij quinam dicantur.
7 Stabulationes ferarum quæ sint.
8 Stabula elephantorum & equorum Carthagini.

Aedific

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

11 Aedificium vnde dictum.
12 Prædia rustica quænam dicantur.
13 Villæ tres sunt partes.
14 Villa pseudourbana quæ dicatur.
15 Prætorium quid. & numero 17.
16 Præter quisnam olim diceretur, & vnde nomen sortitus.
18 Horti quinam vrbani, & qui rustici dicantur.
19 Olera quæ dicantur, & vnde deducantur.

1 RBANA. Marcus Varro tradidit prædium, à præstando dictum, ea (vt credo) ratione, quòd bona & reditus quotannis præstant: quemadmodũ fundum dictum putat, quòd fundat quotannis multa, vt alibi admonuimus. Prædia, teste
2 Asconio, sunt domus & agri: res ipsæ. Quapropter rectè dicimus vrbanũ: & rusticum prædium. Vrbanum dicitur, quod vrbium habitandarũ gratiâ haberi solet: rusticum, quod ruri constitutum est semper: vt pratum, ager, vnde fructus & reditus annui præstantur. Nam quodcunque ædificium seu ruri, seu in vrbe habitationis causa tantùm cõstituitur, prædium vrbanum dicitur: quoniam in eum finem conditę sunt vrbes, vt inhabitarentur. At verò quæ in agris ædificia, non habitandi hominis, sed fructuũ & redituum percipiendorũ & conseruandorum causa construuntur, aut stabulandi pecoris, aut recipiendi coloni, rustica prædia appellantur. Quo fit, vt dixerit Vlpianus, vrbana prædia esse omnia ædificia, quæ non in oppidis & vrbibus fiunt tantùm, sed & in vicis & villis ac pagis, vt stabula, vel alia meritoria: vel quæ voluptatis ergò dominus fabricari curauit: vt prætoria. Nam non locus, sed materia sumptuosior, quàm qua consuetum est vti in rusticis ædificiis, vrbanum prædium facit. A
3 STABVLA. Dicitur stabulum à stando, quasi statio. Sic ea omnia loca in quæ recipiuntur peregrè proficiscentes, de via fessi, vt interim sese quietè reficiant, stabula appellantur, id est, hospitia & diuersoria, τὰ καταλύματα, πανδοχεῖα: vt apud diuum Lucam διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Luc. 2. Erasmus sequutus vulgarem tralationem, vertit in diuersorio. Aliàs ipse diuus Lucas alibi dixit πανδοχεῖον· ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον. Vulgaris tralatio habet, in stabulum: quod etiam vertit Erasmus Diuersorium. Nam Græca vox dicta est, inquit, quòd accipiat quoslibet: quod Latini vocant, diuersorium meritorium. Nec interpres dum scilicet πανδοχεῖον vertit stabulum, sensit de stabulo iumentorũ, sed de loco, in quo statur. Vnde & stabulari dicuntur, qui locum habent alicubi. Hæc ille Erasm: tabularij inde dicuntur hospites meritorij. Sic ab Vlpiano, Caupones stabularij pro eodem significato accipiuntur. Apuleius, & Petrus Arbiter in Satyris, frequenter pro hospitio & diuersorio meritorio, stabulum vsurpant. Hinc factum est, vt locum quo greges atque armenta noctu circumcluduntur, stabulum generali vocabulo appellauerimus. Quandoquidem speciatim Ouile dicimus, vbi oues stabulantur: Equile, vbi equi: Bubile, vbi boues: & Haram, vbi

Luc. 10.
Equile.
Bubile.
Ouile.
Hara.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vbi ſues. Columel.libro primo rei ruſt. Pecudibus fient ſtabula,quæ ne-
Cap.vj. que calore, neque frigore infeſtentur. Domitis armentis, duplicia bu-
bilia ſint: hyberna atque æſtiua.Cæteris autem pecoribus quæ intra vil-
lam eſſe conuenit,ex parte tecta loca,ex parte ſub dio parietibus alti,cir-
cumſepta, vt illic per hyemem,hîe per æſtatem ſine violentia ferarum
conquieſcant. Sed omnia ſtabula ſic ordinentur,ne quis humor influere
poſsit:& vt quiſque, qui ibi conceptus fuerit,quàm celerrimè dilabatur:
vt nec fundamenta parietum corrumpantur,nec vngulæ pecudum. Var-
ro libro primo,capitulo vigeſimoprimo.Si prata ſunt in fundo,neque pe 1
cus dominus habet,danda opera,vt pabulo vendito,alienum pecus in ſuo
fundo paſcat,& ſtabulet. Stabulari de feris etiam dicitur, id eſt, verſa-
ri, & locum capere, Budæo teſte. Vnde ferarum luſtra, & ſtabulationes, 7
id eſt, latibula,quibus ſolent ſe ſe condere &recipere interdiu, καὶ φολιαμ,
quæ & ſtabula quoque dicuntur. Virgilius libro primo Aeneid.

Itur in antiquam ſyluam, ſtabula alta ferarum.

Valerius Flaccus libro ſexto:

Stabulis qualis leo ſauit opimis.

Dixit etiam Varro ſtabulari,de auibus.Is libro tertio,ca.iij.ſic ſcribit. 8
Contra,nunc auiaria ſunt nomine mutato, quòd vocantur Ornithones,
quæ palatum ſuaue domini parauit,vt tecta maiora habeant,quàm tum
habebant totæ villæ,in quibus ſtabulentur Turdi ac Pauones,id eſt, tectæ
& circumſeptæ ſeruentur. Noſtrates igitur ſatis aptè pro equili, *Eſtable*,
ſermone vernaculo dixerunt:quod videntur à latino ſtabulo mutuati. Po
teſt enim Stabulum dici equorum, ſicut aliorum animalium. Leo Bapt.
Albertus lib.ix.rei ædificatoriæ cap.ix.tradit apud Appianum Alex.ſcri- 9
ptum eſſe,ſtabula fuiſſe Elephantorũ trecenta apud Carthaginẽ,&ſtabu-
la item equorũ quadringenta.Caius tit.nautæ,caup.ſtab.ff.l.v. Nauta,in-
quit,& Caupo,& ſtabularius mercedem accipiunt,non pro cuſtodia: ſed
nauta,vt traiiciat vectores:caupo,vt viatores in caupona manere patiatur.
Stabularius,vt permittat apud eum iumenta ſtabulari:& tamen cuſtodię
nomine ex locato tenentur.Stabulari dixit,id eſt, hoſpitari & in ſtabulo 10
manere:vt rectè coniectauit Accuſ.Virgil.libro ſexto Aeneid.

Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæque biformes.

Stabulant pro ſtabulantur(vtrũque enim dicitur,) id eſt, hoſpitantur,
καὶ καταλύουσι, & (vt Seruius interpretatur)habitant. Qua ratione dixit hoc
loco Vlpianus ſtabula,& ſi in villis extructa ſint,tamen vrbana eſſe ædifi-
cia,ſi modò habitandi gratiâ,non ruſtrium rerũ habeantur.Nam ædi- 11
ficia ab ædibus faciendis dicta videntur. Aedes autem (inquit Connan.)
ſiue ab aditu,ſiue quòd ædito loco poneretur,dicta ſit,ſignificat quicquid
habitabile eſt. Vnde Deorum ædem vocarunt, quam ipſi Dij quaſi inha-
bitabant:Sic ædificia,quæ homines habitarent,ædes dixerunt. Aedificare
autem,teſte Laurentio Vallenſi lib.iij.Eleg.lati.cap.vij.magis ad hominũ
domos ſpectat, quàm Deorum: nec ad domos tantùm, verùmetiam ad
ſed naues

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

naues. Ideo omnia ædificia, siue ea in oppidis & villis, vt stabula, vel prætoria, siue in vrbibus sint, vrbana dicuntur: vt cubicula, triclinia, balneæ, cæteráque eiusmodi, & quæ easdem habent vsus rationes. At quæ fructibus rusticis seruiunt, qualia sunt, horrea, fœnilia, farraria, pistrina, granaria, cæteráque quæ ad fructus seruandos magis quàm ad elegantiæ decorem possunt esse, rustica ædificia prædiáque dici debent. Præterea & cellam oleariam, torcularia, cellam vinariam, defrutoriam, apothecas, bubilia, ouilia, caprilia, stabula rustica dicimus. Nam etiam Stabula dicuntur septa tectáque, quibus armenta noctu concluduntur. Virgilius libro primo Georgicorum.

Ædificia

- Quid sæpe videntes
Agricolæ propius stabulis armenta tenerent.

Sed hæc etiam (vt supra diximus) & equorum & iumentorum sunt, quæ nomine proprio Equilia dicuntur. Vitruuius lib. vj. Architect. cap. ix. Cùm enim iumenta proximè ignem stabulantur, horrida fiunt.

PRAETORIA. Columella libro primo rei rusticæ, capit. sexto, villam tripertito diuidit: in vrbanam scilicet, rusticam, & fructuariam. Vrbana quidem villa est, quam Vitruuius libro sexto, cap. viij. Pseudourbanam videtur appellare, quòd ea instar ædificiorum vrbis, domos haberet, & vrbis domos veluti ementiretur. Nam ea villæ pars est, quam paterfamiliâs habitãdam sibi reseruauit: quæ etiam prætorium dicitur Palladio lib. j. cap. viij. Martiali, statio, libro primo Syluar. & Iurisconf. Neratio. in l. ij. ff. de seruit. rust. præd. Rusticorum, inquit, prædiorum seruitutes sunt, licere altius tollere, & officere prædio vicini: vel cloacam habere licere per vicini domum, vel prætorium: vel protectũ habere licere. De qua re quoque diximus in commẽtariis nostris ad statuta seu consuetud. Præfecturæ Turonen. ad titulum generalem in verb. *ville*. Quo loco ex Budæo annotauimus prętorium esse ædificium quod in villa dominus voluptatis ergò extruxit, vulgari nostro idiomate appellatum, *Maison de plaisance*. Cur autẽ ea villæ pars vocetur prætorium, nulli adhuc (vt cum Connanno loquar) quod meminerim, tradiderunt: aut quia ipsi inuenire & excogitare non potuerunt, aut verò neglexerunt quærere tanquam indignum cognitu. Eius autem rei rationem ipse Connannus adduxit, libr. iiij. Commentariorum, in hæc propemodũ verba scribens. Prætor quidẽ (inquit) olim dicebatur omnis magistratus, quasi qui præiret, vt in castris is quẽ vulgò Locum tenẽtem Regis vocamus, cui totus paret exercitus: & eius tabernaculum, prætoriũ: & porta qua exibat, prætoria nominabatur. Posteà quum rerum summa vni cesit principi, eius domum, prætorium nuncuparũt, quod nos hospitiũ principis: & cohors prætoria, eorũ militũ scilicet, qui semper apparẽt principi. Itaq; in vrbe, solius principis domus, Prætorium appellabatur: reliquorũ ciuium domus, non itẽ, ne vel hac vna re, principis dignitate participarent. At in villis rusticis, in quibus ferè quisq; tantũ habet dominium in suos, quantũ princeps in suos sub[illegible]

Prætorij nomen quàm multas significationes habeat.

Prætor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Prætorium dixerunt, vbi scilicet quasi Rex villæ & princeps, habitaret, certè is qui toti familiæ suæ rusticæ præiret. Prætorium igitur hoc, vrba- 17
num prædium est, quia voluptati, habitationique domini deseruit solùm, non etiam villaticæ familiæ, aut cætero omni rustico instrumento. Quod si etiam his quoque sit opportunum, quod eius vsum dominus colono suo, & rusticis operis communicatum voluit, erit tum rusticum prædium, quia rustici reditus causâ habetur.

HORTOS. Qui etiam horti, voluptatis deliciarúmque gratiâ 18
iuxta prætoria, domósque vrbanas parati sunt, vrbanorum prædiorum numero habentur. Quocirca, Seruitus, *Ne altius tollas*, ædeis tuas, ne luminibus meis officias, quia vrbana est, debetur illis hortis, vt quia sit tanquam alicuius vrbani habitatoris, & ad ædium commodum tantùm, non ad fructuum ac redituum conseruandorũ rationem pertineat. Si verò horti olitorij sunt, & olitoribus locati, qui inde prouentum vberem domino præstent quotannis, inter rustica prædia cellocandi erunt.
Sunt autem Olera, à quibus & Olitores, & Olitorij horti dicti, hærbæ 19
fructúsque in agris sati, & nati, qui vsui cibario hominibus esse solent, vt Brassicæ, Bliti, Iutubum, Aphaca, Andryala, Porcellia, Senecio, & quæ traduntur à Theophrasto libro septimo de historia plantarum, capitulo septimo. Olera ab olla dicta tradit Marc. Varro, quòd cruda in olla coquantur: alioqui ab alendo nonnulli existimant.

IDEM LIB. VIII.

LEX CXCIX.

ABsentem accipere debemus eum, qui non est in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare absentem desideramus, sed si fortè extra continentia vrbis est, abest. Cæterùm vsque ad continentia non abesse videtur, si non latitet. Abesse non videbitur, qui ab hostibus captus est: sed qui à latronibus detinetur.

SVMMARIVM.

1 Absentiarum quinque genera.
2 Absentes quinam dicantur ex iusta & probabili causa: & qualiter eis subueniatur.
3 Abesse reipublicæ causa, qui, & quot modis dicantur.
4 Absentiarum distinctiones.
5 Aduocati officium nobile.
6 Præsentes aduersus absenteis qualiter & quando restituantur.
7 Absentia fraudulenta autorem suum nihil iuuat.
8 Absentia longa morti æquiparatur: & mors habetur pro iusta necessariáque absentia.

BSENTEM. Multùm sanè refert quis absens sit, an verò præsens, tum in obeundis iudiciis, tum etiam in tractandis negotiis, præterea & in possessionibus rerum perdendis aut acquirendis vsucapione vsurpationéve, vt aduersus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 aduersus eu restitutio concedatur. Quot modis autem absons quis dicatur, tradidit Accurs. in l. præsens. ff. de procurat. & in l. final. verb. appellare. ff. de restitut. in integr. mino. Quo loco quinque absentiarum genera enumerat atque recenset. Et Iason in §. rursus Institut. de actio. Ecce enim qui Reipubl. causa absunt, cæteroſque omneis, qui eadem in causa
2 habentur, videlicet, qui iustâ & probabili ac necessaria causa absunt, & si per procuratores suos defensi sunt, hactenus per in integrum restitutionem iuuari oportere, vt appellare quidem his liceat, Macer censuit in l. inter minores. §. eis verò. dicto titul. de restitut. in integr. Reipublicæ autem causa abesse eos solos intelligit Vlpian. in l. Reipubl. ff. quib. ex caus. maio. qui non sui commodi causâ, sed qui coacti absunt. Nam
3 quod alterius grandis commodi captandi gratiâ id egerit aliquis vt Reipublicæ causâ abesse diceretur, Callistratus negauit restitutionis priuilegium ei concedi oportere. Item qui datâ operâ etiam sine lucro hoc adfectauerit, vel qui maturius profectus est, vel litis aut vitandæ (vt Accursio visum est) aut etiam ineundæ gratia, cœpit reipubl. causâ abesse. Quod Callistratus in l. item hi. & Vlpianus in l. & qui data. & Alphenus l. non verè. dicto titul. ex quib. caus. maio. censuerunt. Itaque oportet dolum malum procul esse, vt censeri possit iusta aliqua atque probabilis causa absentiæ, quæ prodesse debeat absenti. Ecce enim, si quis in castris militat ea tantùm gratiâ, vt reipublicæ causa abesse videatur, hócque
2 prætextu, militiæ priuilegium vsurpare contendat, audiendus non est: quamuis Vlpianus senserit milites planè qui Romæ militant, pro Reipublicæ causa absentibus haberi: tamen quibus à signis sine periculo, & iniussu Imperatoris de statione licet discedere, Reipub. causa abesse minimè intelliguntur. l. pen. d. titu. ex quib. caus. maio. Sed & eum qui reipublicæ causâ abest, si aliqua in re læsus est, in quæ damnum quoque passurus erat si reipubl. causâ non abfuisset, minimè restituendum Paulus respondit in l. is qui. d. titu. Hæc enim Reipub. causa, eatenus excusat, quatenus
4 omnino ad publicam non ad priuatam vtilitatem spectat. Hac itaque in re distingui oportet. Aut enim qui absunt, probabili & necessaria causa absunt, vt milites, & qui ob morbi vehementiam adesse non possunt. l. sed & si per Prætorem. d. titu. ex quib. caus. l. quæsitum. & l. contumacia. §. pœnam. ff. de re iud. Bar. in d. l. vltim. Aut ex probabili tantum causa absunt, vbi qui ad capiendum ingenij cultum procul concesserunt: arg. l. Aduocatos. C. de aduoc. diuers. iudicio. l. necnon. d. tit. Ex quib. caus. & ibidem
7 Bald. l. Seiæ. §. Pamphilæ. & Bart. in eundem locum. ff. de fundo instructo, & instrum. leg. tametsi hi rectè possint dici ex necessaria & probabili causa simul, quemadmodum & milites abesse. Est namque militiæ quædam species ac veluti simulachrum, studium & professio litterarum bona-
5 rúmque disciplinarum: tum etiam aduocationis forensis munus. Qua ratione non immerito Aduocati officium nobile dixerunt Imperatores in l. prouidendum. C. de postul. & iurisperitis, in consilium Principum af-

Abesse Reipubl. causa qui & quomodo dicantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sumptis, quoniam circaliaus conum agudt, honorem deferri oportere, Papinianus respondit in Liuio peritos & excusat. tum. A hij vt necessaria tantùm causa absunt, vt deportati. Præterea & qui testimonij causa sunt vocati ex qualibet prouincia, vel in vrbe, vel ad principem similiter & qui cognitionis gratia, vel appellationis peregrinati sunt. Et generatim quocunque quis ex necessitate, non ex voluntate abfuit. d. sed & si per Prætorem §. fin. Illa siquidem, cùm vel iudicio abfuisset, damnari non poterit: quinimò nullo eundem negotio restituendum iura passim conclamant, & iustam legitimamq; absentiæ causam posse omnino præterere. Quippe traditum est à T. Liuio lib. iij. Decad. quintæ, consularem virum absentem indicta causa damnari iniurium esse, cùm is reipublicæ causa abesset. At qui sponte & ex causa voluntaria absunt, cuiusmodi sunt mercatores ac reliqui id. genus homines, qui mercium conquirendarum & commerciorum gratia, velut [illegible], perpetuò suis sedibus vagantur, his restitutionis beneficium non competit. Hæc itaque habēda erit ratio absentiæ in restituendis absentibus, aduersus præsentium iniuriam improbè capiantur absentiam probabilem & legitimam, vt si vel legitima & probabili tantùm, vel probabili & necessaria simul, vel necessaria tantū quis absens fuerit, is rectè restituatur: quod planè ab Accursio & Bartolo in dicta l. vltimam ff. de restitut. in integr. traditum est. At verò in præsentes qui aduersus absentem restitutionē in integrum postulat, ratio & causa huiusmodi nisi hinc è considerari debet, sed quæri oportet tantùm num is qui præsens fuit, vsurpationem intercipere ac interrumpere præscriptionem per alterius absentiam potuerit: nam alioqui inter præsentes aduersus vsurpationem rescissoria ne quicquam desideratur. l. ab hostibus §. si damni. dicto titul. ex quibus causis, cum alienare videatur is qui patitur vsucapiū. alienationis verbum supra hoc titulo. Habetur item ratio vtilis qui quamuis præsens esset, non habuit tamen quem posset conuenire ob absentiam. Sic igitur cùm eiusmodi absens copiam sui non fecisset, nihil refert, ex qua causa abfuerit, quin aduersus eum restituatur præsens: vt testantur Iason, Angelus, & Nicol. de Neapolitanis in dicto §. rursus. Institution. de actione, cuius quidem rei eam rationem ipse Iason profert, quod si rescissoria rectè concedatur aduersus eum, qui ex iusta causa abfuit, vt dicto §. rursus, quantò magis dabitur aduersus eum, qui ex causa non iusta absens fuerit? Quare si latitet quis, ne vel posset conueniri, vel vt actionem protrahat in tempus diuturnum quo pereat aduersario, nihil sanè profuerit huiusmodi fraudulenta absentia, vt constitutum est in l. cùm proponas. C. de bon. authorit. iudic. posid. De qua re videto Speculat. titul. de primo & secundo decret. §. nunc dicamus. versicul. Illud autem, vsque ad sequen. §. Quid autem si pupillus curatorem habens tandiu abfuerit, vt in eadem absentia progressu ætatis tandem maior

vigintiq

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vingenti quinque annis factus sit, an tutoris seu Curatoris munus desinat, & cogi ac compelli possit ipse Curator, qui bona pupilli restituat matri, aut fratri? Et Nicol. Boërius in decis. lxxxviij. compellendum ad-
8 firmat: maximè si longa diuturnáque absentia fuerit absens, quæ quidem morti adæquari solet. Quod videtur sentire Innocen. in cap. ad abolendam. extrà de hæret. Vnde mortem pro iusta & necessaria absentia haberi, Bartol. & Bald. tradiderunt in l. ea, quæ. sub fin. C. de temp. in integr. restitut. peti. Vide quæ de absentia scripsimus in commentariis nostris ad Consuetud. Turonens. præfecturæ. Titul. *Comment Hommage se doit offrir à son Seigneur*. articul. ij. Cæterùm præsentem eum haberi, & qui in hortis sit, & qui in vrbe, & qui in foro, & qui in continentibus ædificiis, Vlpianus & Paulus tradiderunt in l. præsens. & l. sequen. ff. de procurat. Vnde præsentem hodie dicere possumus qui, & si in ciuitate Turonùm minimè inueniatur, in qua habitat, tamen in aliquam Comopolem Turonensis præfecturæ concesserit. Non enim abesse censetur qui in sua prouincia, in qua requirendus est, agit.

IVLIANVS. LIB. II. DIGEST.

LEX CC.

HAec Stipulatio, NOXIS SOLVTVM PRAESTARI, non existimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam executionem, & coercitionem capitalem habent.

SVMMARIVM.

1. Actionem noxalem non habere locum in publicis iudiciis. Et qualiter ex publicis iudiciis oriri dicatur. numero 2.



HAEC STIPVLATIO. Qui seruum vendidit, eundem præstare debet furtis noxisque solutum. Quid si posteà reus publici criminis deprehendatur, & quod publica animaduersione & capitali sanciri oporteat, an præstare debeat venditor? Et Iulianus hoc responso huiuscemodi seruũ præstari oportere, noxalémque actionem prorsus negauit: quoniam in publicis criminibus noxali actioni locus nõ esset. Iam verò, cùm ex publicis criminibus etiam ciuilis oriatur actio, sicuti videtur Paulo in l. ne quicquam. ff. pro socio. Quare ædilitia actio, cùm ciuilis sit, noxaliter intendi non posit? Sanè quoniam publica iudicia, ad publicam, non etiam ad priuatorũ vtilitatem pertinent: quod censuit Bald. in l. si prædium. C. de ædilit. actio. Sed ex publicis iudiciis actionem ciuilem tum demum oriri accipiendum est, cum actione in factum pœnali & ad id quod interest, experiri licet. Vlpi. in l. qui nomine. ff. ad leg. Cornel. de fals. At qualiter & quando actio criminosa, quando etiam ciuilis & priuata censeri debeat, eleganter te doxebit Io ann. Gilletus Brienens. amicus & famliaris meus, in ea tractatione, quam Isagogen in iuris ciuilis sanctionem inscripsit. cap. j. & deinceps.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IVsta interpretatione recipiendum est, vt appellatione filii, sicut filiam familiâs contineri sæpe respondimus, ita & Nepos videatur compræhendi: & patris nomine, Auus quoque demonstrari intelligitur. 8

SVMMARIVM.

1 Filij appellatione nepotem compræhendi: & id qualiter & numero.
2 Interpretatio iusta, quid.
3 Iustum, quid significet.
4 Diæta, quid.
5 Dies iusti, qui dicantur.
7 Auus, compræhenditur patris appellatione.

IVSTA. Quoniam passim apud nostros Iureconsultos, liberorum, natorum, & filiorum appellatio variari solet significatione, aliquando pro eodem significato συνωνύμως vsurpari nonnunquam etiam καταχρηστικῶς, & ex improprio alterum pro altero poni, Iurisconsul. Vlpian. hoc capite nos admonet, filij appellatione (quæ filiam quoque complectitur) nepotem, iustâ interpretatione, id est, legitima, compræhendi. Iustam autem interpretationem dixit propriam & exactiorem, qua in legibus interpretandis vti oportet, si vel ratio, vel testatoris aut legislatoris voluntas aliud non suadeat. Nam cum leges sint quidam veluti ἐπιτομαὶ permulta verborum compendio continentes, oportet in eis explicandis ac interpretandis propriam vim naturámque verborum obseruare magis, quàm vulgarem vsum & consuetudinem loquendi. Iustam itaque interpretationem intelligit Iustanus hoc loci prò vera & idonea, ac etiam plena & propria. Iustum enim significat id quod est numeris omnibus plenum absolutúmque, seu perfectum: quod Græci τέλειον dicunt, Budæo teste in annotationibus ad l. iij. ff. pro socio. quo loco plurima de vocis huius interpretatione commemorat. Sic ab Hippocrate libro primo Aphorismorum ἀκριβὲς δίαιτα, victus exquisitus, perfectus & accuratus, dicitur iustus, id est, definiens, status, circunscriptus qualitate, quantitate, tempore, modo. Quemadmodum iustam corporis habitudinem Galen. & ipse Hippocrat. δίαιτον dixerunt: & iustam iudicationem morbi, id est, perfectam atque integram. κρίσιν τὴν κεκριμένην ἀρτίως, (ait ipse Hippoc.) id est, ἀκριβῆ, κατεστρωμένας, ἡσυχίας, ἀνωλυσίας, τελείας, ἀστάσιας, quæ plenè, perfectè, & integrè iudicata sunt, vt Gallenus & Philotheus interpretantur. Eo modo dicunt Iureconsulti fideicommissarium non esse iustum hæredem, id est, plenum & planè hæredem, seu perfectum & integrum. Iustos etiam dies dicere possumus, ait ipse Budæus, qui de rigore (vt dicimus) dantur, & quibus pauciores dari non possunt. Simili quoque ratione intellexit Iulianus filiorum appellatione nepotes neptésque iusta inter

Aphoris. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſta interpretatione compræhendi, id eſt, ὑφ' ἀκριβείας, exactiore propriáque iuris interpretatione: quod licet colligere ex Iuliano in l. filium habeo. ff. ad Senatuſconſ. Macedon. & Caius in l. ſenatuſconſulto. ff. de ritu nuptiarum. tradit Senatuſcoſulto, quo cautum eſt ne tutor pupillam vel filio ſuo, vel ſibi nuptui collocaret, nepotem quoque ſignificari. Quæ etiam videtur eſſe ſententia Calliſtrati in l. libertum. §. ſenatuſconſulti. dicto titulo. vbi putat Senatuſconſulti, quo tutores & filij eorum, pupillas ſuas ſibi vxores accipere prohibentur, ſententiâ tutoris quoque hæredes extraneos compræhendi. Sic in ſacris litteris, filij dicuntur omnes poſteri, vt annotauit Eraſmus in caput primum Diui Matthæi, quo loco vocat ipſe Diuus Matthæus dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, filium Dauid: qui tamen multis ante eum ſæculis ſuperfuerat. βίβλος (inquit) γενέσεως, Ἰησοῦ χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ, &c. Quod etiam nos ſuprà annotauimus. Sanè an appellatione filiorum contineantur nepotes, diu certatum eſt inter noſtros iuris interpretes, & quidem in tam ancipite pugna variatum eſt ſententiis. Bartolus in l. liberorum. hoc titulo. infrà contendit voce filiorum nepotes contineri, ea ratione quòd nepotes æquè vt filios, vel etiam magis diligamus: ego his addo, quia filiorum loco nobis habentur. Vnde Calliſtratus in dicta l. liberorum. §. finali. tradidit naturam nos quoque docere, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione, omneis qui ex nobis deſcendunt, continere: neque enim dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros, quàm filij appellare. Etenim idcirco filios filiáſve concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum earúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. Ioannes Faber in §. ſi quis filiabus. Inſtitution. Qui teſtamento tutores dari poſſunt. negat nepotes & vlteriores filiorum appellatione, propria ſignificatione vocabuli contineri, ſecundum Imperatoris doctrinam in dicto §. ſi quis filiabus. vbi aliter filios, aliter nepotes vocari cenſuit. Idem quoque ſcripſit Vlpianus in l. quod ſi nepotes. ff. de teſtament. tutel. Alciatus in l. Herennius ait. ſuprà hoc titulo, exiſtimauit nepotes ad filiorum nomen pertinere: cum tamen ipſe aliter ſenſerit libro tertio Paradoxorum, capitulo decimoquarto, translatitia videlicet interpretatione, ſeu, vt dicunt, per extenſionem, & ſimilitudine iuris. Qua in re mihi ſanè probatior videtur ſententia Bartoli in dicta l. liberorum, dum explicat l. ſecundam. §. non ſolùm. ff. de excuſatione tutorum, in his verbis, Appellatio autem hæc, ad nepotes extenditur, vt intelligi oporteat idipſum, extenditur ſecundum propriam ſui ſignificationem: & ſic per ſe, non per interpretationem ab alio factam. Quæ quidem verba ſunt eiuſdem Bartoli, quibus nos docet, nepotes appellatione filiorum, ex propria ſignificatione, non translatitia contineri: hócque modo diſſoluit argumenta eorum, qui Herennij autho-

6

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ritatem in dicta l. secunda §. non solum. expiscati frustra contendunt nepotes per extensionem, filios esse appellandos. Sed omnes leges (ait idem ipse Bartolus) quæ dicunt nepotes non contineri, intelligunt secundum communem vsum loquendi. Quod quidem videtur Iulianus hoc capite sensisse, cum sæpe respondisse se ait, iusta interpretatione recipiendum, vt filij appellatione nepos contineatur: sic itaque patris nomine, auum quoque demonstrari: idque διὰ τῶν ἀκολουθιῶν. Nam si nepos censetur filius auo, oportet auum patrem esse nepoti, per relationem ad aliquid: cùm filius de aliquo patre dicatur, & pater de filio, vt merito videantur ἀντιστρόφως, ac reciprocari: quemadmodum seruus, domini seruus nominatur: sublato namque domino, seruus nullus erit. Eo modo, sublato filio, pater nullus erit, nullus erit igitur auus, qui filio & nepote prior est & naturâ, & ordine. Veluti, si Seio Caij filio nulli nati sint filij, certè nulli Caio sunt nepotes: quoniam nisi de auo nepos dici potest, nec auus nisi de nepote. Vnde si Caius Seium filium non habuerit, nec auus quidem, nec pater dicendus erit. Hac igitur ratione patet auum patris nomine rectè demonstrari, cum etiam filij nomen ad nepotem iusta & propria significatione accommodari posit: esseque τὰ ἀκόλουθα. Eadem enim solet aliorum esse ratio quæ sunt eiusdem generis, teste Aristotele in Categoriis. 7

ALPHENVS VARVS LIB. II. DIGEST.

LEX CCII.

CVm in testamento scriptum esset, vt hæredes in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumerent, non licet minus consumere: si amplius vellent, licet. Neque ob eam rem contra testamentum facere videntur.

SVMMARIVM.

1 Testatoris voluntas diligentet, exactè & ad vnguem obseruanda.
2 Curatores, idem & filij compellendi sunt, ad implendam defuncti voluntatem.
3 Testatorum vltimæ voluntates qualiter & quatenus debeant adimpleri.
4 Funeris pompæ & cerimoniæ apud antiquos.
5 Næniæ quid: & vnde dictæ.
6 Pollinctores qui. Quid item pollincere.
7 Libitinarij qui, & vnde dicti.
8 Libitina dea.
9 Sandapilarij & Vespiloneſ, quinam dicantur.
10 Codonophori qui.
11 Præcones ferales, qui.
12 Funeris efferendi ratio apud antiquos.
13 Silicernium quid.
14 Funeris pompa sublata, & sumptus hodie imminuti.
15 Sepulturæ genus antiquum.

Sacerd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

16 Sacerdotes pro ſepultura nihil omnino exigere debent.
17 Præceptis iniuſtis non eſſe parendum.
18 Funus quid. Quid exequiæ. Quid reliquiæ. Quid item buſtum.
19 Τύμβος quid.
20 Monumentum quid: & vnde dictum.
21 Monumentum quid differat à Sepulchro.
22 Sepulchrum quid.
23 Monimentorum inſcriptiones, & tituli quales apud antiquos.
24 Cenotaphium quid.
25 Sepulchrum quid: & vnde dictum.

1 CVM IN TESTAMENTO. Cùm in gerendis negotiis mandati fines diligenter cuſtodiendi ſint, tum vel maximè in exequendis ſupremis voluntatibus & mandatis, ſi quicquam moriens mandauerit, idipſum ab hæredibus, aut legatariis, aut teſtamentorum curatoribus præſtari ſedulò oportet. Nihil enim eſt (ait Imperator Conſtantinus Auguſtus ad populum ſub l. prima. C. de ſacroſanctis eccleſiis.) quod magis debeatur hominibus, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquàm iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtilus. Immò verò pro lege haberi debet mandatum ſupremum morientis, vt traditum eſt in Nouellis Conſtitutionibus, ſub titulo περὶ διαφορουμένων De nuptias iterantibus. Conſtitut. vigeſima ſecunda, his verbis. Ἐὰν μὲν οὖν τοῦτο παραγγείλῃ τοῦ νόμου. διάτεταται δὲ οὕτω, ὅστις ἅπασα ὑπάρξει, ἃ τῶν ἐν ἡμέρᾳ ὁ διαθέμενος διατάξῃ περὶ τῆς οὐσίας, εἴτε ἄνδρ, εἴτε γυνή κληρονόμοις, ταῦτα κεράσῃ. τοιαῦτα μὲν γὰρ ὅσα τοῦ κοινοῦ τοῖς ἰδιωτικοῖς ἐκείνα. καὶ ἔγω νόμος ἡ τοῦτον βουλή, κἄν ἄνδρ ὁ παλαιότατος ἡμῖν τῶν νόμων καὶ πρῶτος ὀχθῇ τῶν πολιτείας ῥαψῳδοὺς διαλύσας φυσῶν (φασὶν δὲ διαφωνεῖν) τὴν τῶν ἀρχαίων καὶ πάτριον γλῶσσαν οὕτωσί πως λέγων. VTI LEGAS SIT QVISQVE DE RE SVA ITA IVS ESTO. ὁποῖος διωρισμένος παρὰ τῶν ἐκείνῳ γεγενῆσθαι, οὐδ' ἐν ἄλλῳ τρόπῳ, οὐδ' ἐν ὁ τι θέλῃ, ἐπιθῇ τι παραδιατυποῦν γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις. Quod ſignificat quodcunque teſtator, ſeu virile ſit, ſeu mulier mandauerit, id ius ratúmque eſſe oportere, ac eiuſdem voluntatem pro lege habendam. Hæc ſunt in vetere tralatione Authenticorum, ſub titulo de nuptiis §. diſponat. Qui Græcum non capit, is ad Haloandri verſionem confugiat. In eandem quoque ſententiam ſcripſit Beatus Gregorius in canon. vltima. decimatertia cauſſa, quæſtione ſecunda. Vltima (inquit) voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet. Sed & compellendi ſunt hære-
2 des, ac ſupremorum mandatorum curatores, qui morientis iuſſa penitus exoluant. capitulo ſi hæredes. & capitulo tua nobis. extra de teſtamentis. At verò id accipiendum quidem erit, ſi modò teſtator nihil indignum religione & pietate, aut quòd ſacroſanctæ legi aliquatenus aduerſatur, mandauerit. Vt ſi quis teſtamento ſuo hæredem ſcripſerit ſub hac conditione, Si reliquias eius in mare abiiciat, Reſpondit Modeſtinus eum ipſum inſtitutum hæredem, qui conditioni non paruiſſet, expellendum hæreditate non eſſe: imò verò laudandum
3 magis quàm accuſandum, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum eius voluntatem abiecit, ſed in memoriam humanæ conditionis ſepulturæ tradidit. Eſt hoc in l. quidam. ff. de condit. inſtitut. Sic etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

si testator legatis & donationibus immensis totam hæreditatem exhaustam voluerit, ita vt filij propemodum exhæredati iaceant, puto eam voluntatem, vt quæ impia sit, minimè probandam esse; sed & spernendam potius; & ipso quidem supremo mandato valere iusso, hæredibus legitimam restituendam: quoniam immensæ hæ donationes aduersus naturalem patris in liberos pietatem tota ratione pugnent. Enecare etenim liberos pater is censetur, qui legitimam illis quidem naturæ iure debitam, & quæ alimentorum loco habetur, indignè nullóque merito subtrahit. Sic, cum testator scripsit vt hæredes in funere aut in monumento centum aureos consumerent, & tota quidem eius testatoris hæreditas centum & viginti aureos tantùm pendeat, supremo illi mandato parendum non erit. Nam, vt ait Vlpianus in l. si quis sepulchrum §. sumptus. ff. de religiosis & sumptibus funerum. arbitrari debent sumptus funeris & æstimari pro facultatibus & dignitate defuncti. Magna quondam fuit apud veteres funerandorum hominum religio, magna cura: & circa hæc multum æris impendi solebat, cum in pompa funeris, tum verò in monumentis extruendis, ac etiam in ceremoniis. Iudicabatur funus per præconem si quid ludorum esset, dominúsque funeris vtebatur accenso & lictoribus qui spectantis turbæ insolentiam coercerent. Erant autem Accensi ministri magistratuum, qui populum vocabant ad concionem, & præsto erant dicto magistratus. Tum honoratorum virorum laudes in concione memorabantur (quod & adhuc his nostris temporibus factum vidimus) eásque etiam ad tibicinem cantus prosequebatur, cui nomen Næniæ, quo vocabulo etiam Graccho (ait Cicero) cantus lugubres nominantur. Carmen autem quo defuncti canebantur & recensebantur laudes, dicebatur Græcis θρῆνοι. Dicuntur siquidem Næniæ à dictione græca νάιειν, authore Festo, id est extremum, vel quòd νέατον & νάτον sit chordarum vltima soni acutioris. Ad hæc maiorum imagines ducebantur, quæ comitarentur gentilitia funera, vt scribit Plinius libro trigesimo quinto capitulo secundo. Cicero pro Milone. Nec verò non eadem ira deorum hanc eius Satellitibus iniecit amentiam, vt sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, ambureretur etiam obiectus: non fuisse, credo, fas clarissimorum virorum formas illi teterrimo parricidæ aliquid adferre. &c. Iam verò quòd ab antiquis funera ad tubas & tubicines cantúsque efferrentur, id quidem factum aliqui crediderunt, quia anima à multis harmonia existimata esset, quorum princeps Herophilus fuit: tametsi Aristo. libro j. de anima, & Themistius in eundem librum capit. xxiij. diuersum senserint. Macrobius libro secundo in somnium, Scipionis capit. iij. aliam

4

5

6

Arist. lib. j. de Anima Cap. iiij.

eiusce

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eiusce rei rationem profert: Mortuos quoque (inquit) ad sepulturam prosequi oportere cùm cantu, plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt persuasione hac, qua post corpus, animæ ad originem dulcedinis musicæ, id est ad cælum redire credantur. Ouid. libro sexto Fastorum, *Cantabat mæstis tibia funeribus*. Principium autem funerandi hominis
6 hoc fuit, vt simulatque excessisset è vita, Pollinctores mortuum & exangue corpus lauarent vngerentque, etiam si pyra esset cremandum. Vnde
7 Pollincere dixerunt pro eo quod est, curare funus. Erant & Libitinarij pe-
8 nes quos funerandi cura versabatur, à Libitina funeris sepulchrorúmque dea: in cuius templo quæcunque ad sepeliendos homines pertinebant, solebant vendi. Hi à Græcis νεκροφόροι καὶ νεκροθάπται, teste Vlpiano dicuntur, quasi
9 defunctiferi, qui Sandapilarij & Vespilones dicuntur, non multum dis-
10 similes his vulturiis codonophoris, id est tintinabula gestantibus, quos
11 Anteambulones atratos latinè appellare possumus, & ferales præcones, authore magno Budæo, à Græcis etiam κηρύκες. Cæterùm lex erat funeris, vt antecedente pompa funebri, viuentes sequerentur, quasi morituri confestim essent. Neque verò interdiu funus efferri licebat secundum antiquo-
12 rum morem: quinimo noctu & obscura luce: vnde faces ardentes adhiberentur. Scribit Plinius libro decimo sexto naturalis historiæ, capitulo trigesimo septimo, sirporum candelas funeribus seruire. Nec in fruticum (inquit) nec in veprium cauliúmve, neque in herbarum aut alio vllo quàm suo genere numerentur iure sirpi fragiles palustréque: è quibus detracto cortice candellæ luminibus & funeribus seruiunt. Tum demum circumpotationes fiebant, seu funebre conuiuium, quod Græci περιδέπνον καὶ κάρον dicebant: & Latini Silicernium. Permulta equidem alia fiebant in
13 parentationibus, & iustis funebribus persoluendis, quæ à Cicerone libro secundo de legibus, & libro primo Tusculanarum quæstio. à Leone Baptista Alberto libro octauo rei ædificatione capitulo secundo, à filio Gregorio in tractatu, quem de vario sepeliendi ritu edidit, atque etiam ab Alexandro Neapolitano libro tertio genialium dierum, capitulo septimo, diffusè tradita sunt. Sed hanc tandem sepulchrorum ac funeris
magnificentiam leges sustulerunt, & sumptus minui voluerunt, sepul-
14 chrorúmque modum quendam adhiberi. Postea quàm (inquit Cicero libro secundo de legibus, vt scribit Phalereus) sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt: quam legem eisdem propè verbis nostri Decemuiri in decimam tabulam coniecerunt. Nam de tribus Ricinijs, & pleraque illa Solonis sunt: de lamentis verò expressa verbis sunt mulieres genas ne radunto, néve lessum funeris ergo habento. Nos igitur qui Christianismum professi, spem in Resurrectione mortuorum omnino collocauimus, impij alioqui, quantò magis sepulchra illa magnificentissima, quæ saltem summos tantùm reges decent, odisse debuimus? Audiamus Beatum Ioannem Chrysostomum in vigesimo capitulo Ioannis, Homilia octuagesima quarta. Tu autem (inquit)

cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cum audieris nudum Dominum resurrexisse, cessa quæso, ab infana funeris impensa. Quid, quæso, sibi vult superfluum illud atque adeò inutile dispendium, nisi quod detrimenti plurimum his qui idipsum faciunt, adferat: mortuis verò nihil adiumenti omnino? & quæ sequuntur ibidem. Laudanda est tamen ea, quam nos inire solemus nunc, sepelendorum Christianorum ratio, si modò arrogantia, & fastus omnis abiit: cum humo corpus, & vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribuitur. Nam quanuis Romanis antiquis mos esset, vt corpora igni mandarentur, & vsti cineres vrnæ cadóque ab amicis colligerentur, prius tamen iniecta gleba humari solebant: & tum sepulchrum vocabatur, deinde denique multa religiosa iura complectebatur. Quod ipse Cicero loco supra commemorato, de legibus ex Xenophonte tradidit. At mihi quidem (inquit) antiquissimum sepulturæ genus illud fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur: eodémque ritu in eo sepulchro, quod ad fontis aras regem nostrum Numam conditum accepimus: gentémque Corneliam vsque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse vsam. Moriens autem Cyrus (vt est apud ipsum Xenophontem libro octauo pædiæ Cyri) præcepit filiis, vt dum vita defunctum corpus esset, illud neque in auro, neque in argento, neque alio quouis loculo conderent, sed quamprimùm terræ redderent. Quid enim, ait, beatius; quid idem præstantius quàm terræ permisceri, quæ omnia quidem pulchra, omnia bonat, gignit & educat? Sic Xenophon. Τὸ δ' ἡμῶν σῶμα ὅ τι ἂν τελευτήσῃ, μήτε ἐν χρυσῷ, μήτ' ἐν ἀργυρῷ, μήθ' ἄλλῳ μηδενὶ θέτε, ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα κατάθετε. Τί γὰρ τούτου μακαριώτερον τοῦ τῇ γῇ μιχθῆναι, ἣ τάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τὰγαθὰ φύει τε, καὶ τρέφει. Ante quidem fas fuit cuique in ædibus propriis ac priuatis sepeliri. Tum demum lege duodecim tabular. à Solone desumpta, vetitum fuit in vrbe sepeliri. In vrbe ne sepelito néve vrito: ne facito rogum: ascia ne polito, quod quidem ad sumptuosam sepulturam pertinebat. Nunc verò & in sacris vrbium templis ac cœmeteriis sepeliri, & monumenta egregia passim extruere omnibus Christianis fidelibus est concessum: sed ne id quidem (proh dolor) sine grandi pecunia, quam Curiales à mortui hæredibus aut testamenti curatoribus solent, laudabilis consuetudinis prætextu (vt aiunt) obstinatissimè exigere: cum tamen interea Sanctorum Patrum decreta prorsus prohibeant: nisi fortasse quis, dum superstes esset, aliquid bonorum suorum, mortuo se, in templi refectionem, aut eleemosynæ nomine, iusserit erogari: vt canon. Quæsta est. & deinceps. iij. canon, seq. decimatertia causa, quæst. secunda. Et Alexand. iij. in capit. non satis. §. pro sepultura. extra de simonia. Pro sepultura (inquit) & chrismatis & olei receptione, nulla cuiusquam precij exactio arteneturs: nec ob tentu cuiusquam consuetudinis reatum suum quis tueatur. Quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget. Ergo (vt ad rem propositam redeamus) si testamento suo defunctus

plus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

plus quàm pro modo facultatum fuerit in funus fuisse impendi, cum etiam sumptuosa illa sanè ratio defuncto neque quam profuerit, ac detrimento maximo potius futura sit; potest testatori illi ambitiosè obsequendum minimè esse. Nam iniustis præceptis parere nephas est, neque mirandum erit, qui de iniquentis dicto audiens fuerit: vt capitulo ad aures de temporibus dir. Vnde pro regula haberi solet, ius honesti ab omni superioris præcepto semper excipiendum suppo nendumque, vt censuit Baldus in l. quod ex liberta. C. de operis libertor. iuxta l. retractare. C. ne fisous rem quam vendit eum. Si tamen pro modo facultatum testator ecclesiæ quicquam legauerit, & in salutem animæ impendi voluerit, id ipsum ab hærede statim oportet præstari, censuris pontificiis ac diuis proscriptionibus aliàs illi hæredi interminatis, canon. clerici. & canon. Qui oblationes. decima tertia causa quæstio secunda. Nam contra testamentum iustum & ritè factum, videretur hæres facere. Quòd circa id defuncto conditionis implendæ gratiâ bonæ fidei possessor monumentum fecerit, potest dici, quia defuncti voluntas vel in hoc seruanda est, atque si probabilem modum faciendi monumenti sumptus, vel quantum iusserit testator non excedat, eum, cui aufertur hæreditas, impensas dolli exceptione, aut retenturum, aut actione negotiorum gestorum repetiturum, veluti hæreditario negotio gesto. Quanuis enim stricto iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tamen principali vel pontificali authoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis. Quod quidem responsum est Papiniani in l. hæreditas. §. Si defuncto. ff. de petitione hæreditatis. Cui conuenit Innocentius in capitulo nos quidem. extra de testamentis. Speculator titulo de iudiciis. §. primo versicu. Item imploratur contra hæredem. Sed hæc nihilominus priori nostræ sententiæ neuquam aduersantur. Accipienda sunt enim, si (vt diximus) quæ impensa sunt, vel à testatore iubentur impendi in funus, facultatum rationem longè non excedant: tunc testatoris iussa, vt expoquatur hæres, non erit compellendus. Esset enim hoc ipsum testatori concedere, hæredem nulla omnino causa, & obliquo modo exhæredare, quod tamen directo, prohibente lege, alioqui non potuit. Sed si testamenti curator voluntatem defuncti testamento scriptam, quantumlibet iniquam, ante quàm prohiberet hæres, compleuerit, aliud dicendum esset: illum videlicet ab hæredibus repetiturum actione negotiorum gestorum, tanquam hæreditario negotio gesto, quod impendisset. Neque id tamen pontificali authoritate, vt respondit ipse Papinianus: sed prophani iuridici: vt quia hæc actio ad religionem non pertineat: & regia Francisci primi constitutio omnino refragatur. Ait verò obsequium supremæ voluntatis, si religionem spectat, partes etiam iurisdictionis pontificiæ. l. nulli. §. quod si testator. versiculo, quod si in vico. & §. sequenti. C. de episcopis & clericis. Qui igitur funeri ad hominis curam onusque sponte subiit; non vltra quàm par est, in funus impendia facere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Vlpianus in l. iat si quis §. hæc actio. d. titu. de religios. & sumpt. funer.
Accuratum autem (inquit) accipitur, ex dignitate eius qui funeratus est ex causa, ex tempore, ex bona fide: vt neque plus imputetur sumptus nomine quàm factum est, si iuxta modicè factum est. Debet enim haberi ratio facultatum eius in quem factum est, & ipsius rei quæ vltra modum sine caussa consumitur. Quid ergo, si ex voluntate quidem testatoris quid impensum est? Sciendum est, nec voluntatem testatoris sequendam, si res egrediatur iustam sumptuum rationem: pro modo autem facultatum sumptus debere fieri. Idem quoque dicendum erit de eo qui pupillo alimenta decernit; & in curatore alimenta pupillo ministrante, vt præter patrimonij modum ac facultates nulla id ratione fieri debeat. At dare operam curatorem oportet, vt in tractandis pupilli rebus, aliquid ex reditu superfoli. ij. & iiij. ff. vbi pupil. educa. debet.

2 INFVNERE. Propria significatione dicitur funus, cùm iam incensum est, & cadauer, & ardet. Exequiæ, dum funus ipsum effertur. Cum verò iam crematum est, reliquiæ, & bustum, quasi τῦμβος: quod à Græcis Cicero appellari putat τύμβον, τύμβος ἢ λίθος, παρὰ τὸ τύφειν, quod vri significat. Apud Seruium in lib. xj. Aeneid. Pyra est lignorum congeries, Virgil. lib. iiij. Aeneid.

Conscenditque pyram: dixitque noui ssima verba.

Rogus, cum arderè cœperit. Bustum verò, quod iam exustum est. Tamen accipitur pro eo loco quo conditi sunt defuncti cineres. Lucretius libro tertio.

At nos horrifico cinefactum te propè busto
Insatiabiliter deflebimus, &c.

3 IN MONVMENTO. Nihil refert monumenta an verò monimenta scribas; vtrunque enim rectè dicitur. Monumenta (inquit Valla lib. quarto elegan. cap. lxxv.) i. mutata in u, sepulchra, statuæ, tituli, libri, cæteráque quæ nos alicuius præteritæ rei moueant; vixque monumenta dixerim, nisi literæ, aut alij tituli appareant; quæ si desint, magis sepulchrum, quàm monumentum erit. Hæc ille. Certè monimentum dicitur quicquid mortui gratiâ factum erit, etiam si conditus eo loco non sit. Cicero videtur velle idem esse, sepulchrum, bustum, & monimentum. Is lib. ij. de legib. sic ait: De sepulchris autem, nihil est apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat, néve alienum inferat, pœnáque est, si quis bustum (nam id puto appellari τύμβον) aut monimentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. Plinius lib. octauo epist. in epistola ad Montanum. Cognouisse (inquit) iam ex epistola mea debes, adnotasse me nuper monimentum Palantis sub hac inscriptione: huic Senatus obsidem, pietatémque erga patronos ornamenta prætoria decreuit, & sestertiûm centies quinquagies, cuius honore contentus fuit. Siquidem monumenta propriè dicuntur statuæ, imagines, columnæ, pyramides & bases extructæ in honorem memoriámque viri alicuius præclarissimi ob virt

τύμβος quid & vnde.

Pyra, Rogus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

virtutis & rerum gestarum excellentiam, & bene de Repub. meritum. Ob id superponebatur titulus παράγραμμα & inscriptio seu honorifica, quæ viatores commonefaceret, à Græcis ἐπιτάφιος λόγος. Vnde à monendo monimēta dicta Varro lib. de lingua latina tradidit. Monere, inquit, ab eadem memoria, quòd is qui monet proinde sit, ac memoria: sic monimenta quę in sepulchris. Et ideò secundū viam, quò prætereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales. Ab eo quæ scripta ac facta memorię causa, monimenta dicta. Sic Græci μνημεῖον quod nos monimentū, ac si dicas memoriale, ἀπὸ τῆς μνήμης. Nam & ipsi eleganter dicunt ἀπὸ μνήμης ἀπῶν quod Cicero à memoria exponere, dixit: hac voce in euangelio D. Marcus est vsus cap. xvj. καὶ λίαν πρωὶ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς, τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου. Et summo diluculo diei primi sabbatorum veniunt ad monumētum exorto sole, dicebántque inter se se. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Et Ioan. xj. cap. ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. ἦν δὲ ἐκεῖ σπήλαιον καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis ei impositus. Quo tamē loco docemur D. Ioannē τὸ μνημεῖον, id est, monumentum dixisse pro sepulchro & humatione ipsa, nō autem pro cenotaphio & honorario tumulo, memoriæ causa condito: quod monimenti dictio significat. Nam τὸ μνημεῖον erat spelunca (ait) cui superpositus erat lapis, vbi situs & conditus ac humatus erat Lazarus. Sic igitur differt sepulchrum à monimento, quòd sepulchrum sit locus quo mortui plures religionis gratiā condi & humari solent, sicut de cœmeterio, quod Catullus sepulchretū appellat, diximus. Sepulchri appellatione, vt testis est Vlpianus in l. ij. ff. de sepulch. viol. omnem sepulturæ locum contineri existimandum est. Videtur quoque Venuleius discrimen facere inter sepulchrum & monumentum, dum in l. fi. §. si quis. ff. Quod vi aut clam, in hæc verba scribit. Si quis proiectum aut stillicidium in sepulchrum miserit, etiam si ipsum monumentum non tangeret, rectè cum eo agi quod in sepulchro vi aut clam factum sit: quia sepulchrum sit nō solùm is locus qui recipiat humationem, sed omne etiam supra id cœlum: eóque nomine sepulchri violati agi posse. Hic autem iureconf. vult QVOD VI AVT CLAM Interdictum esse, si quis stillicidum aut proiectum in sepulchrū immiserit, quanuis monumentum non contingat. Nam cum sepulchrum ipsum sit basis & fundamentum quo monimentum extructum est, & corrupto fundamento periculum est ne tandē labatur in pręceps ędificium, & funditus corruat, si quid vicinus immittat in fundamentum, etiam si superficiem non attingat, perinde QVOD VI AVT CLAM Interdictū dabitur, ac si in ipsam superficiem immisisset. Itaque si quid in sepulchrū clam immittatur, quoniam ipsum est monumenti fundamentum, & monumētum sepulchro adiectum, sepulchri nomine ea propter censeri debeat, sepulchri violati actio erit. Sed id puto διὰ τοῦ χρήματος, aut si mauis per Sinechdochen, non ex proprio: vt quia sepulchrum contineat super-

Sepulchrū.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

additum monimentum:cum tamen monimentũ posit extra sepulchrum esse,& sine sepulchro:quod quidem (vt diximus) memoriæ fortissimorum virorum & eorumdem gloriæ sempiternæ ædificari solet. Cicero Philipp.xiiij.Duo certè non præteribo quæ maximæ occurrunt: quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam:alteram,ad leniẽdum mœrorem & luctum proximorum. Placet igitur mihi P.C.legionis Martiæ militibus,& eis qui vnà pugnantes occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimum.&c.Quare monumentum, non sepulchrum modò dicitur,sed quicquid memoriã alicuius repræsentat, vt annotauit Francis. Connanus libr. ix. capitul. primo. Florentinus.l. Monumentum. ff. de religios.& sumpt.funer. Monumentum, inquit, generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita : in quam si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrũ:si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφια appellant: 23
Itaque in antiquis monimentis, solent hæc priore loco verba inscribi. OB HONOREM,vel MEMORIE.&c. At verò sepulchrorũ is fuit titu.D.M. Id est,dijs mãnibus. Propterea crederentur vt plurimùm mãnes esse frequẽtes,vbi humata mortuorũ corpora iacebant.Eiusmodi sepulchra monimentis ornata adhuc hodie visuntur Romæ:& passim in nostra Gallia summorum Regũ & Magnatum,qualia potissimùm sunt in templo Clericæo ad Genabum : & in æde B. Dyonisio sacra, ad Luthetiam : vbi inter alia videas monimentum marmoreum Ludouico xij. dicatum,miro & eleganti artificio factum in præclarissima ciuitate nostra Turonensi à Ioanne Iusto, Statuario elegantissimo. Scatet enim celebris hæc ipsa nostra Turo omni artificum excellentissimorum genere. Inter 24
statuarios & plastas, extitit Michaêl Columbus, homo nostras, & qui cœlebs totam vitam egit: quo certe alter non fuit præstantior. Inter pictores, Ioannes Foucquettus atque eiusdem filij, Lodoicus, & Franciscus. Quorum temporibus fuit & Ioannes Poyettus, Foucquettijs ipsis longè sublimior optices & picturæ scientia. Hos demũ sequuti sunt Ioannes Ambasius, Bernardus, & Ioannes deposæus. Cæterùm nostris temporibus supra reliquos omneis claruit Ioannes Duuallius, qui polymitorum ac peripetasmatum licijs texendorum arte cæteros eiusdem artificij peritos longo interuallo reliquit. Illum ego mirificè dilexi & colui, cum ob artis elegantiam, tum verò ob probitatem ingenuam, & morum vitæque integritatem. Iam sanè totum triennium effluxit ex quo efflauit animam. At reliquit post se liberos indolis ingenuæ, quos ipse quidẽ diligenter artem edocuit suam, sic vt non tantùm patri artis texendorum πολυμιτῶν peritia iam æquales facti sint, sed & etiam ipsum superent:præterea pingendi quoque arte peritissimi euaserunt studio ac labore indefesso. Mirum mehercule est quàm affabrè, quàm prudenter, quàm eleganter, in texendis aulæis, varios ac veluti certantes lanarum colores commiscere atque accommodare nouerint,

Turonica vrbis laus ab artificũ excellentia, quipluimi ibidẽ & varij generis sunt.

Credas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Credas ſane potius pictas penicillo tabellas, quàm ductam licijs lanam ſericúmve. Ex maſculis quidem, ſunt, Stephanus marcus,& Hector: ex fœminis, Anna, mulier quippe honeſta, & acu pingendi induſtria clariſsima. Porrò, commemorarem ſerici auríque texendi innumeros opifices, Aſiaticis, Attalicis, & Babilonicis longè præſtantiores: ſed hoc nunc non eſt inſtitutum, & quidem iuſto in eam rem volumine eſſet opus. Quare redeamus oportet eò vnde digreſsi ſumus. Monimenta illa lineamentis conſtructa exquiſitiſsimis, & columnarum ſuperductæ ornamentis, in quibus ſplendent incruſtationes, nitent ſtatuæ, & ſignaq; & tabulæ, ſpectantur ducti ære aut marmore viui ſepultorum vultus, non aliò verſum quàm in perenné nominis,& meritorum memoriam facta videntur. Cicero in oratione pro domo ſua ad Pontif. eius non longè Tanagris ſimulachrum è marmore in ſepulchro poſitum fuit. Et paulò poſt, eodem loco. Hanc deam quiſquam violare audeat? & imaginem meretricis, ornamentum ſepulchri, à fure ſublatam, & ſacrilego collocatam? Hæc me domo mea pellet? Hæc vltrix adflictæ ciuitatis, reipub. ſpolijs ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod poſitum eſt, vt eſſet iudicium oppreſsi ſenatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis? Vnde ipſe etiam Cicero in eadem oratio. Vt annales (inquit) populi Romani, & monumenta vetuſtatis loquuntur, id eſt, quæ à veteribus memoriæ tradita ſunt. His itaque ſupradictis & traditis, patet monumenti vocem à ſepulchro differre: cum monimentum ſit quod Græci κενοτάφιον dicunt, id eſt, inane ſepulchrũ, & quod ſine corpore ſit: quod Sueto. Trãquillus in Claud. honorarium tumulum vocat, vt Budęus in l. in tantum. ff. de rerum diuiſion. adnotauit. At ſepulchrum locus eſt religioſus, propter mortuum, quem in eum ipſum locum intulimus: eſtque ius ſepulchrorum longè potius ac idem permanentius. Maiores noſtri, ait Cicero libro ſecundo legum, ſtatuas multis decreuerunt: ſepulchra, paucis. Sed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate. Sepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quòd nulla vi deleri neque moueri poteſt. Atque vt cætera extinguntur, ſic ſepulchra fiunt ſanctiora vetuſtate. Dicitur à ſepeliendis corporibus: quanuis Seruius dixerit quaſi ſeorſum à pulchro: & Donatus, ſine re pulchra. Græcis dicitur τάφος παρὰ τὸ θάπτειν, quod deſodio ſignificat & ſepelio, mutando π, & θ, in φ, vt ait Etimologicus author, à θάπτω fit τάφος, quod verbum ſignificat ſtuporem, ſepulchrum, cœnam in exequijs, θάμβος, id eſt, pauorem. Dicitur etiam τάφος παρὰ τὸ θίπτω, id eſt, ſtupere, vel παρὰ τὸ πλήττομαι percutior, ſecundum eundem Etimolog. Qua ratione ſignificat etiam τάφος, πλῆξιν. In eum fere ſenſum interpres Græcus Pſalmo v. τάφῳ poſuit, & in eum credo ſenſum Dauid intellexit in hebręo, τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιόυσαν Sepulchrum patens fauces eorum, linguis ſuis dolos admoliebantur. Quibus verbis (vt ſcribit An. flaminius vir eloquentiſsimus) ſignificat ex iſtorum ore prodire verba mortifera, vt de ſalute illius actum ſit,

24 Cenotaphiũ quid.

25

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qui eorum malitiosas blanditias non cauet : Dauidem imitatus Hieremias, pharetras hostium, nominat sepulchrum patens, quòd illorum, sagittæ certam perniciem ictibus adferant.

IDEM LIB. VIII.

LEX CCIII.

IN lege cēsoria portus Sicilię ita scriptum erat, Seruos quos domum quis duceret vsu suo, pro his portorium ne dato. Quærebatur, si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruendi causa, vtrùm pro his hominibus portorium dare debet nécne? Respondi, duas esse in hac scriptura quæstiones. Prima, quid esset domum ducere. Altera, quid esset suo vsu ducere. Igitur quæri solet, vtrum, vbi quisque habitaret siue in Prouincia, siue in Italia, an dumtaxat in sua cuiusque patria domus esse rectè diceretur? Sed de ea re rectè constitutum est, eam domum vnicuique debere existimari, vbi quisque sedes & tabulas haberet, suarúmque rerum constitutionem fecisset. Quid autem esset, vsu suo, magnam esse dubitationem. Et magis placet, quod victus sui causa paratum est, tantùm contineri. Itémque de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent. Vtrùm dispensatores, insularii, villici, atrienses, textores, & operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa habentur, ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret: omnes denique seruos quos quisque emisset, vt ipse haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideò emisset vt venderet. Et sibi videri eos demum vlus sui causa patremfamilias habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi, destinatique essent; quo in genere, vectores cubicularii, coqui, administratores, atque alii qui ad eiusmodi vsum parati essent, numerarentur.

SVMMARIVM.

3 Censores quot Romæ primùm creati.
1 Vsus, variè multifariámque accipitur. Et quid de verbo, vti. nu. 3.
4 Vsus, quid, quatenus, & quantum differat à fructu.

IN LE

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IN LEGE CENSORIA. Tradictum est à T. Liuio libr. quarto ab vrbe cond.decad. primæ, Magistratus duos
1 primùm Romæ censui agendo populum suffragijs præfecisse, Censores ab ea re appellatos. Cum (inquit) à primoribus ciuitatis spretus honor esset, Papyrium Sempronium que, quorum de consulatu dubitabatur, vt eo magistratu parum solidum Consulatum explerent, censui agendo populus suffragijs præfecit. Censores ab re appellati sunt. Quod etiam L. Fenestella, transsumptis propemodum Liuij verbis scripsit in tracta. De magistratibus Romanorum. cap. xvj. Cum igitur his tabularum cura & arbitrium formulæ censendi subijceretur, meritò Alphenus dixit legem Censoriam, id est, quæ de habendo déque pensitando in portu Siciliæ censu, à Censoribus scripta latáque esset. Quare mihi videtur Accursius rectè intellexisse hæc verba, In lege censoria, id est, quæ de censu erat lata.

QVAEREBATVR. In permultis huius nostræ Galliæ primoribus ciuitatibus, maximè in ciuitate nostra Turonēsi, lege priuilegioq; municipali cautū est, vt si quicquā municipes ex villis & agris suis in vsum proprium & domesticū, seu curru, seu clitellario equo, ac quouis alio vecturæ genere vrbi in domū suā asportari fecerint, nihil eo nomine vectigalibus & Publicanis pensitare teneantur, & lege censoria & portorij sint planè soluti. Cum igitur dubitatum esset, quid in vsum proprium, quid in domum suam, significaretur, poterat hoc Alpheni responsum rectè accommodari. Et variè quidem vsus accipitur. Nam primùm vsus,
2 non est ius, sed quædam vtendi facultas, si modò vsum propriâ & familiari significatione accipias. Qua ratione si veri rerum nostrarum æstimatores esse volumus, ait Connannus libro quarto Commen. nihil in bonis nostris habemus, præter vsumfructum, imò verò, solum vsum: quæ tandiu & eatenus nostra sunt, quandiu & quatenus vtimur. Post mortem restituimus ea hęredibus nostris. Lubet hîc transscribere elegans ipsius Connanni epigramma, quod in eam rem ex Græco lusisse se ait.

Quî fit vt indigeas semper, cum semper abundes?
Non præstat veras arca, sed vsus opes.
Cum frueris, tua sunt: cum parcis auare, tuorum,
Cui nimium sua res propria, non propria est.

Vnde ea omnia nostra bona, quibus quia totam vitam frui tantùm licet, ab vsu, Græci vnico vocabulo χρῆμα nominarūt, vt iam supra satis admonuimus. Vtimur itaque rebus eatenus quatenus ijsdem satis erit vti: vt neque videlicet egeamus, neque etiam abundemus: at secundum necessitatis ac commoditatis rationem & vitæ honestatem. Vnde Latini vsum esse dicunt, pro opus esse, apud Virgilium lib. octauo Aeneid.

Arma acri faciunda viro, nunc viribus vsus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Præcipitate moras.

Id est, nunc est opus viribus, & rapidis manibus. Cicero libro primo Officior. Esse autem magni animi & fuisse multos, etiam in vita ociosa, qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam, seséque suarum rerum finibus continerent, aut interiecti inter Philosophos, & eos qui Rempub. ministrarent, delectarentur re sua familiari, non eam quidem omnino sine ratione exaggerentes, neque ab eius vsu suos excludentes, potiúsque & amicis impartientes & Reipublicæ, si quando vsus esset: id est, si opus esset, & id necessitas aliquando postularet. Sic Aul. Gallus lib. primo noct. Attica. cap. xiiij. Propterea (inquit) pecuniam, qua nihil sibi esset vsus, ab his quibus sciret eam vsui esse, non accipere. Vsurpatur quoque vsus pro ἰκειότητι, consuetudine, familiaritate, & conuersatione, vt annotauit Valla ex Quintiliano. Cicero libro secundo, de Oratore ad. Q. frat. Qui cum inter se, vt ipsorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent: id est, vt consuetudo & familiaritas ferebat. Quòd autem hoc responso Alphenus ait dubitatum, quid esset, *vsu suo*: ac id esse quod victus sui causa tantùm esset paratum, non satis ille quidem mihi videtur hanc iuris ambigui quæstionem enodasse: quanuis enim verbum victus, contineat generatim quæcunque esui potuique, cultuúque corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt, vt tradidit Vlpia. suprà. l. Verbo victus, tamen vsus multa alia complectitur: quæ tamen oportet stato & limitato modo circumscribi. Nam qui vsum habet, fructum non habet: & fructui vsus inest, vsui fructus deest: fructus autem sine vsu esse non potest: vsus, sine fructu potest, vt ait Vlpia. in l. Per seruum. §. Si vsufructus. ff. de vsu & habita. Quemobrẽ, si vsus à domino proprietatis pluribus legatus sit, fructus autem alijs, quibus fructus legatus est, ad eos quidem commodum atque emolumentum rei pertinet: quibus autem vsus tantùm debetur, vniuersè & solidus debetur omnibus, idque citra emolumentum aliud, quàm pro necessitate. Vt si mihi agrum tuum ad viæ aut itineris vsum tantùm concesseris, alij verò fructum agri eiusdem legaueris seu vendideris, cui concessus est in ipso agro itineris vsus, is eò vsque constrictus est, & lege vtendi tenetur, vt ne quidem illi liceat pro arbitrio nec pro voluptate ipso agro vti, at pro necessitate solùm. Vnde dicimus, fructum eum non habere, qui vsum tantùm habet. Quod tamen aliter sentire videtur M. Curtius in epistola ad Ciceronem. Sum enim (inquit) χρήσιμος tuus, κλίσιν δὲ Attici nostri. Ergo fructus est tuus: mancipium, illius. Quo loco mancipium rei seu dominium à fructu separauit: & fructum ad vsum accommodauit: dominium, ad possessionem. Quid enim profuerit pecuniæ, aut rei alius eiusmodi vsum legatum esse, nisi pecunia ipsa cum vteris, fructum ex vsu aliquem etiam accipias & consequaris? Nam & qui tibi pecuniæ vsum legauit, idem quoque censetur concessisse tibi, vt eandem fœnori dares

Valla lib. 5. cap. 5.

Cicer. lib. 8. episto. fami.

4

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ri dares,& fœnus ipsum consequerere: cum in hac specie legati, vsus appellatione, etiam fructum contineri magis dicendum sit, vt ab Vlpiano responsum est in l. quoniam.ff.de vsufruct.earum rerum,quæ vsu consum. At in pecoris vsu id tantum accipi oportet, vt eo ad stercorandum tantùm vti liceat: ex quo quidem neque lanam,neque lac,neque agnos, quoniam hæc magis in fructu sint, percipere vsuarius possit. Sed si boum armenti vsus relinquatur, omnem vsum habebit,& ad arandum, & ad cætera, ad quæ boues apti sunt.Vlpia. in l.plenum.§.sed si pecoris. ff.de vsu & habitat.Sed vix est sanè, vt ex vsu rei alicuius concesso, & si nudum vsum habeas, fructum tamen aliquem non percipias,qui ad victum iuuandum quodammodo non pertineat. Qua quidem ratione Alphenus respondit *Vsu suo* ducere, id esse quodcunque ad victum spectaret. Hinc verbum vti,pro viuere à Latinis vsurpatum.

Terentius in Adelph.

Siquidem porrò Mitio

Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu

Dederis, vnde vtatur: reddet tibi citò, &c.

Dixit Terentius, vnde vtatur, pro vnde viuat, sicuti Donatus hunc locum interpretatur. Cæterùm,quid sit domum ducere,quid item domus & domicilium latissimè tradidimus in Commentariis nostris ad consuetudines scriptas Turonensis præfecturæ. At qui sint dispensatores, insularij, villici, & reliqui serui dictum est à nobis suprà.

Vti pro viuere.

PAVLVS LIB. II. EPITOM.

LEX CCIIII.

PVeri appellatio, tres significationes habet. Vnam, cum omneis seruos pueros appellamus. Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ diceremus. Tertiam, cum ætatem puerilem demonstraremus.

SVMMARIVM.

1 Puer, quàm variè accipiatur, & vnde dicatur.
2 Puer, accipitur pro turpiter amato.
3 Παῖς, quid Græcis.
4 Ætatis quatuor discrimina Galeno.
5 Προβλῆτες qui dicantur Hippocrati.
6 Pubertas quando incipiat, & quando finiatur.
7 Ætas tertia.
8 Ætas constans quæ dicatur. Quæ idem virilis.
9 Γέρων, qui, & vnde dicti Græcis.
10 Puer, quis dicatur.
11 Puer nec impubes iuramentum subire coguntur: nec matrimonium contrahere possunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PVERI. De pueri significatione, diximus in l.illa verba.§.pueri appellatio.suprà hoc titulo.Quo etiam loco scripsit Alciatus puerum à puritate dictum, quosdam existimare. Qua ratione possemus etiam verbi huius etymologiam à puritate aëris ducere, vt sit puer,quasi purus aër. Sed quàm vera sit etymologia, expendant docti. Triplicem autem huius vocis significationem hîc Paulus tradidit. Vnam quidem, quæ seruos significet. Alteram, quæ puellam: quamuis genere masculino enunciata sit. Tertiam verò, quæ puerilem ætatem indicet. Iam verò, quòd pueri appellatio, primo loco, seruos complectatur, patet ex Cicerone in Oratione pro Milone,Milo, inquit, qui nunquam, tamen casu pueros symphoniacos vxoris ducebat & ancillarum greges, &c. Et vigesimosecundo capitulo Genes. Abraham quoque loquens ad pueros suos, ait, &c. Id est, ad seruos,vt notat.in canon. Si quælibet.§.Abraham.vigesimasecunda causa,quæstione secunda,& rursus in canon.Cum pastoris. secunda caus.quæst.vij.Sic igitur tum Græcis, tum Latinis serui appellantur, hócque verbo, pueri, omnes seruos domesticos significant,præsertim tabellarios.Credo (inquit lib.x.Connannus) quòd non nisi pueris & in iuuenili ætate constitutis qui pedibus valerent, vti poterant ad eam rem. Ideo apud Ciceronem sæpissimè legitur: Pueri tui mihi à te literas reddiderunt.Sic in Actis Apostolorum legimus τὴν παιδίσκην, id est, puellam,pro ancilla & pedissequa. ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος, ἀπαντῆσαι ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαντευομένη. Euenit autem euntibus nobis ad orationem,vt ancilla quædam,Pythonis habens spiritum, obuiaret nobis, quæ dominis suis quæstum vberem ex diuinatione præstabat. Hunc locum Roterodamus enarrans, παιδίσκην, id est,puellam,ancillam significare censuit:eo quòd mox fiat mentio dominorum, vt intelligamus conditionem explicatam,non ætatem mulieris. Accipitur etiam puer pro turpiter amato iuuene.Cicero Epistolarum ad Atticum lib.j.Redeo ad altercationē,surgit pulchellus puer:obiicit mihi me ad Baias fuisse,&c.Est quoque vsu receptum, vt pueri significatio ad filij nomen protendatur.Terentius in Andria : *Puerum autem ne rescisscat mihi esse ab illa, cautio est.*Et Virgil.libro secundo Aeneid.

Non prius aspicies vbi fessum ætate parentem
Liqueris Achisen ? superet coniúxve Creusa,
Ascaniúsque puer? Et alio in loco:
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo.

Et in sacris literis, loco supra dicto Genes. capitulo vigesimosecundo.Surrexit itaque Abraham diluculo,& tulit panem, ac vrcæum aquæ : dedítque Hagar imponens humero eius, puerum quoque ei dedit. Et paulò pòst : Ne extendas manum in puerum : ne facias illi quicquam. Quo loco Latinus interpres puerum pro filio posuit, vt planè videre est : cùm de Isaac filio Abrahami intelligatur.

Pueri pro seruis.

Cap.xvj.

Puer pro filio.

Græci

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

3 Græci παῖδα communi voce puerum dicunt, tum pro seruo, tum etiam pro filio: præterea & ad ætatem referunt. Quando in matris vtero fœtus adhuc concluditur, παῖδες καὶ κόρα dicuntur Græcis: quos etiam vnico verbo pueros Latini vocant. Plato in Axiocho περὶ θανάτου, appellat eum statim ab ipso ortu puerum ἀπὸ τῶν πρώτων γενέσεως, τὸ νήπιον. Hæc autem pueritiæ ætas quæ ἐκ γενετῆς, & vbi primùm infans matris vterum egreditur, incipit, desinit in decimumquintum annum: quo toto tempore puer dicitur, & pueritia. At Seruius Tullius Rex popul. Romani, vt est apud Aulum Gellium libro decimo noctium Atticarum capitulo vigesimooctauo, cum illas quinque classes Iuniorum census faciendi gratiâ instrueret, pueros esse existimauit, qui minores essent annis septemdecim. Atque inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos iam esse Reipubl. arbitraretur, milites scripsit: eósque ad annum quadragesimum sextum, Iuniores: supráque eum annum, seniores appellauit. Sic inter pueritiam, iuuentam, & senectutem discrimina fecit. Galenus in librum tertium Aphorismorum Hippocratis, Aphorism. xxvij, tradit pueros πρὸς τὸν ἥβην accedere & pubescere à decimoquarto anno. Idque fit tum cum hircissare deprehenduntur, vt scribit ex Alexandro Rhodoginus libro decimonono lectio. antiqu. ob vocis asperitatem, raucam ab hircis

Aetates hominis sex.

Prima pueritia.

Pubertas quando primùm incipit.

Cap. xxj.

4 ita vocem efferentibus, producta verbi ratione. Quatuor ætatis discrimina commemorat Claudius Galenus in eo libro, cui titulum fecit ὁρισματικοί. Primam quidem ætatem τὴν νήπιον, id est, iuuenum, quorum qui primum septemnium ἐκ τῆς γενέσεως, atque ipsi quidem natiuitati proximum, excessit, grandior dicitur: ab Hippocrate πρεσβύτερος. γέρων δὲ ἐστὶ

Lib. iij. Aphor. Aphor. 27.

5 (inquit) πρεσβυτέρῳ καὶ πρὸς τὸν ἥβην πρεσβύτερον, &c. id est, Grandioribus autem, & iam ad pubertatem accedentibus. Hoc autem toto primi septemnij tempore, παῖδιον, id est paruulus, vocatur ipsi Hippocratis. Cùm verò statim natus est, βρέφος, quem nos infantem dicimus. Quando autem ætatis progressu puer decimum annum attigit, ab ipsis Græcis μειράκιον vocatur. Tota siquidem impuberum ætas, ἄνηβα, παῖδα dicitur, à nobis pueritia vsque ad decimumquartum annum. Quo toto tempore pueri sunt ἄνηβα καὶ ἀπόβρεκες. In sacro Euangelio à Beato Luca, dominus noster Iesus dicitur puer, qui adhuc esset annorum duodecim. τὸ δὲ παιδίον ἠύξανε, &c. puer autem succrescebat, & paulò pòst: καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα. Et diuus Matthæus capitulo secundo, vocat eundem dominum Iesum, puerum, nuper natum: ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. Erasmus & alij interpretes, τὸ παιδίον, vertunt puerum. Exacta itaque puerili ætate, pubertas à decimoquarto anno advigesimumquintum extenditur, & desinit: quod probat ex Hippocrate Galenus in librum quintum Aphorismorum. Et hæc quidem secunda

Μειράκιον

Luc. 2.

Aphoris. 7.

7 ætas. Tertia verò, est τὴν μειρακίου, id est, adolescentulorum, quæ decimoquarto incipit, & in vigesimumquintum annum protrahitur.

Quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Adolescentia. Iuuentus. Aphor. 9. Quæ autem ab hinc vsque ad trigesimum quintum, Iuniorum νεότητα, est: & hæc ætas, quæ quarto loco numerari solet, Iuuenta dicitur ipsi Galeno in libr. quintum Aphorismorum Hippocratis. Quinta ætas inter iuuentutem & senectutem est posita, à Cicerone in libro de senectute vocatur Constans & media: à Græcis, maximè ab Hippocrate & Galeno, καθεστώσα dicta. Vnde qui ætatem constantem, id est, declinantem à trigesimoquinto anno, ad quinquagesimum habent, Hippocrati dicuntur οἱ καθεστῶτες, τῇ ἡλ. ἐν παρακμῇ ὄντες Philotheo teste. Nam qui florente ætate vigent, cuiusmodi diximus esse iuuenes, ἀκμάζοντες nominantur. Thicydides appellat τοὺς ἐν τῇ καθεστώσῃ ἡλικίᾳ, ætate vigentes. Ea est ἀνδρεία virilis ætas, quæ ἐν ᾧ μεσοῦντι τῇ ἡλικίᾳ, in ætatum medio est constituta. At cùm declinans sit, παρακμὴ vocatur. Vltima ætatum est γηρότατον, id est, senum; qui quòd honore & premiis adfici debeant, à Græcis ipsis γέροντες, παρὰ τὸ γηράσαι dicuntur. Hanc quidem tripartitò diuidit Galenus libro quinto de tuenda sanitate. Primam autem dicit esse eorum, qui ἡμιγέροντες dicuntur, viridi senectute præditi: ob idque ciuilia negotia obire potentes, quique consilio valent. Hæc senectutis prima pars ab anno quinquagesimo, ad sexaxesimum perducitur. Secunda exordium facit à sexagesimo, & in septuagesimum extenditur. Tertia, quod reliquum ætatis conficit, atque eorum est qui πάμπαλαι dicuntur, παρὰ τὸ ἐκπεμπόμενοι τῶν ἐς ᾅδου δυλικότι πομπῶν, quasi eorum funebris pompa iam Orco dimittenda sit. Sed vt redeamus ad rem propositam, Puer dicitur qui annorum quatuordecim, si ad marem referas, est minor: si ad fœminam, duodecim. Quod adnotauit Accursius in l. sancimus. C. de infantib. expos. Hæc ætas, quoniam coëundi impos existimatur, vt traditum est capit. quod sedem. extrà de frigid. & malefic. prohibetur matrimonium capessere. Quòd si quando pueri nupserint, nullum matrimonium censebitur, dicto capitulo quod sedem. Verum tamen (quod miraculo simile est) scriptum reliquit Diuus Hieronymùs in epistola quadam ad Vitalem presbyterum, puerum decem tantùm annorum, mulierem fecisse grauidam. Eius verba sunt hæc: Audiui (domino teste, non mentior) quædam muliercula, cùm expositum nutriret infantem, & stillaret cibos, & nutricis officio fungeretur, cubarétque cum ea paruulus qui vsque ad decimum iam peruenerat annum, accidit, vt plusquam pudicitia patitur, se mero ingurgitaret; accensaque libidine, obscœnis motibus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis & cæterarum deinceps fecit consuetudinem. Nec dum duo menses voluti, & ecce fœminæ vterus intumuit. Quid plura? dispensatione Dei factum est, vt quæ contra naturam simplicitate paruuli, in contemptum Dei abutebatur, à naturæ domino proderetur. Sed & Hostiens. titulo de pœnit. & remiss. tradit ex Gregorio quendam puerum annorum nouem matrem suam impregnasse. Quod superest, eius ætatis puer iusiurandum subire compelli nequit: nec si ipse

Senectus. Senectutis partes tres. Puerum decem annorum mulierem impregnasse. Hostiens. de pœnit. §. cui. ver. cui puerij.

8 9 10 11

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ipse forsan iurauerit, validum ratúmque erit iuramentum.canon.Pueri. vigesimasecunda causa,quæstione quinta. Sic nec eiusdem testimonium tum vel maximè in causa criminosa,ac cùm de capite & fortunis agitur, admittendum fuerit: nec satis est ad tormenta: multò minus igitur ad mortem. Callistratus in l.testium.§.lege Iulia.ff.de testib.capit. si testes. tertia causa,quæstio,iiij.§. lege Iulia.Nam quodcunque viderit impubes, ignorat, nec eius animi certum est iudicium. l.j.§. impubes. C. de falsmonet.Qua ratione suspectum censebitur ipsius testimonium. Quæ sententia est Baldi,in l.testium.C.de testib.Quia ad dicendum pro testimonio nemo nisi iuratus,& cum iurisiurandi relligione admittitur, l.solam. C.de testibus,capit.nuper.& capit.tuis.extrà de iureiur. Atqui nullius est momenti impuberis iusiurandum.dicto capit.pueri.& cap.paruuli.xxij. causa quæstio.v. Non enim sciens fallere videtur.l.qui iurasse.ff.eodem. Vlpianus in l.videamus.ff.de in litem iurand.

IDEM LIB. IIII. EPITOM. ALPHENI

LEX CCV.

QVi fundum vendidit, pomum excepit: nuces & ficus, & vuas duntaxat duracinas, & purpureas,& quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, & Græci βοτρύων appellant, recepta videri.

SVMMARIVM.

1 Alciati locus restituitur.
2 Vua quando dicatur βοτρυώδης.
3 Recipere, quid.
4 Actio receptitia.

QVI FVNDVM. Cùm pomorum appellatio complectatur omne genus fructus,qui esui sit potissimùm destinatus, quæsitum fuit, an is, qui fundum vendiderat ea lege, vt poma fundo liceret excerpere,censeretur vuas vini causâ paratas simul etiam excepisse? Et responsum est,nuces & ficus, & duracinas vuas duntaxat, quàs non vini causa haberemus, exceptas videri. Quæ autem ad vinum paratæ essent vuæ, venditas esse. Sic vua duracina dicitur, vt ficus duricoria, authore Budæo in hunc locum. Dicitur autem vua duracina à duritiæ acini, quasi durus acinus vt traditum est à Plinio libro decimoquarto naturalis historiæ, capitulo primo. Ea siquidem est βότρυος, id est, edulis & cibaria escariáque, eodem Budæo interprete. In Commentario Alciati,vbi legitur βότρυα βοτρυώδεις, censeo legendum, βότρυα vel βοτρύνα. Vbi βοτρυώδεις. forsan egendum fuit βοτρυώδεις, id est, nondum ruffesceonte, vel

Pomum quid.

Duracina.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vel nondum ruffum colorem trahente. Tum enim dicitur vna ὠδρωδέσαι, 2
cùm incipit nigrescere, & ex rubore verti in nigredinem.

RECEPTA. Recipere, idem est, quod Cauere. Sic accipitur 3
àb Vlpiano in l. emptorem. §. qui autem. ff. de action. empt. & vend. Nisi
forte (inquit) si quis omnes istas suprascripras conuentiones recipiat: «
quemadmodum recipitur, vt venditor nummos accipiat, quamuis merx «
ad emptorem non peruenìat, ricipitur, id est, cauetur, Budæo in fo- «
rensib. interpprete. Inde fit (inquit) vt recipere, pro excipere vsurpetur.
Quare hoc loco dixit Paulus recepta, id est, cauta & excepta, & reseruata. Hinc receptitia actio, id est, quæ alicui (vt vulgò loquimur) reseruari 4
solet.

IDEM LIB. VI. EX MINVTIO.

LEX CCVI.

VInaria vasa, propriè torcularia esse placet. Dolia autem & Serias, tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent. Cum sine vino esse cœperint, desinere in eo numero esse; quoniam ad alium vsum transferri possunt: veluti si frumentum in his addatur. Eandem causàm amphorarum esse, vt cùm vinum habeant, tunc in vasis vinariis: cùm inanes sint, tunc extra numerum vinariorum sunt: quia aliud in his condi possit.

SVMMARIVM.

1 Vinaria vasa quæ dicantur.
2 Dolia nulla certa mensura constabant antiquitus.
3 Seria, quid.
4 Amphora, quid: & vnde dicta.

VINARIA. Testator, qui vasa vinaria legauit, ea tantùm legasse intelligitur, quæ non possunt in alium transferri vsum quàm vini: vt torcularia. Nam cùm dolia, Seriæ, & 1
amphoræ, tametsi vinaria vasa sint, quia tamen alij rei, quàm condendo vino seruire quandoque possunt, cùm sine vino esse cœperint, vinariorum vasorum numero ea haberi non oportet.

Dolia. DOLIA. Sunt dolia, teste Nouio Marcello, vasa grandia quibus vinum reconditur. Certam mensuram dolia non habebant: sed quædam olim fieri capacissima ex Columella intelligimus, qui de picandis 2
doliis loquens, ita inquit: Sunt autem sesquiculeribus doliis picis duræ pondo vicena quina satis. Sesquiculeare dolium, ait Budæus libro quinto de asse, Columella triginta amphorarum dolium appellat, quam iustam mensuram & vsitatā fuisse, ex eius verbis coniicere aliquis possit.

Seria

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

3 SERIA. Erant (inquit Budæus libro suprà citato) Seriæ, grandia vasa, vt dolia, vnde vinum ad vetustatem seruandum in vasa minora diffundebatur. Vas etiam Seria erat variæ capacitatis ad multos vsus accommodatum, eodem Budæo teste. Columella libro duodecimo, rei rusticæ, capitulo decimo octa. Dolia quoque (ait) & seriæ, cæteráque vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt. Sunt qui putent esse Seriam vas fictile. Persius Satyra secunda, ad principium.

-Ô si
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule.

AMPHORARVM. Budæus, supradicto libro quinto de Asse, tradit Amphoram esse octauam partem modij Parisiensis: & centenas amphoras, esse duodenos modios nostros & semodium. Horatius lib.
4 Epod. ode. ij. *Aut* (inquit) *pressa puris mella condit Amphoris.* Quo lóco videtur ille posuisse Amphoram, pro vase eiusmodi, quod nunc quartam dolij partem aut vulgò Baricam, aut Cacam vocamus, quo depressa mella commodè & aptè condas, & serues. Sic M. Cato in lib. de re rustica, capitulo decimo, Amphoras olearias dixit, alioqui Amphora παρὰ τὸ ἀμφὶ καὶ φορεῖν τὸ φέρω, quòd vtraque ansa circunferatur. Amphoræ formam in ceruicem gracilescere solitam, ex Catone intelligimus, cum inquit, Amphoram defracto collo puram, impleto aquæ puræ: quæ Budæi ipsius est coniectura. De vasis vinariis multa videbis apud Andræam Alciatum libro primo prætermissorum.

AFRICANVS LIB. IIII. QVAESTIONVM.

LEX CCVII.

MErcis appellatione homines non contineri, Mella ait: & ob eam rem Mangones non mercatores, sed venalitiarios appellari ait: & rectè.

SVMMARIVM.

1 Mango, quis.
2 Interpolatores, qui.

MERCIS. Mango dicitur, qui ideo homines mercatur vt
2 vendat, commodare etiam abutendos pretio solet, sicut tradit Valla lib. iiij. elegant. capit. cx. Dicti autem videntur Mangones, quasi manu agentes. Hi seruos, pueros scilicet & puellas emebant, quos tum colore ementito excolebant poliebántque, fuco ac verum robur inani sagina mentientes, vt charius eos postea diuenderent. Vnde Plinius natur. historiæ lib. xxxvij. ad finem operis, Mangones gemmarum appellat eos, qui has ipsas gemmas expoliunt. Interpo- *Cap. xiij.*
2 latores etiam Latinè vocari possunt, quos vulgus nostrum regraterios no-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

minat. Quapropter Mango ad omnia venalia pertinet, & omnis generis mercimonia. Venalitiarij autem sunt qui seruos vendunt, & seruorum mangones, à Græcis ἀνδραποδοπώλαι dicti. Cætera doctè explicat in hunc locum Alciatus.

Venalitiarij

IDEM LIB. IIII. QVAESTIONVM.

LEX CCVIII.

BOnorum appellatio, sicut hæreditatis, vniuersitatem quandam, ac ius successionis, non singulas res demonstrat.

SVMMARIVM.

1 Bonorum appellatio, aut ciuilis aut naturalis.

BONORVM. Sanè appellatio bonorum, aut ciuilis est, aut naturalis. Nam cum naturâ dicantur bona quæ beant & beatos faciunt, vt suprà adnotauimus, aliter tamen bonorum appellatio accipi quandoque consueuit: videlicet, pro vniuersitatis cuiusque successione, qua in ius mortui succeditur, suscipitúrque eius rei commodum & incommodum. Nam siue soluendo bona sint, siue non sint, siue damnum habeant, siue lucrum; siue in corporibus sint, siue in actionibus, in hoc loco propriè bona appellari, Vlpianus testis est in l.iij.ff.de bon.poss. Aliôqui verò, bona dicimus, ex quibus omnino commodum lucrúmque consequimur, damnum item nullum: vt l.propriè.& l.subsignatum.§.bona.& l.bonorũ appellatio.suprà hoc titu. Quibus locis latissimè de ea re disseruimus. Hîc itaque Aphricanus bonorum appellationẽ reponit in actionibus, quibus ius ipsum hæreditatis persequimur: vúltque eandem esse bonorum appellationem quam hæreditatis. Martianus in l.si legatarius.§.si quis.ff. ad Trebel. Si quis (inquit) bona sua, vel omnia sua rogatus fuerit restituere, fideicommissariam restitutionem esse intelligendum est. Nos etiam Galli vulgari nostro idiomate solemus hanc bonorum appellationem sub eadem significatione efferre. Vt cùm dicimus aliquem bona sua Ecclesiæ vel alicui alij dedisse, intelligimus vniuersam hæreditatem.

Bona pro vniuersalitate hæreditate aliquando accipi.

FLOR. LIB. X. INSTITVTIONVM.

LEX CCIX.

COram Titio aliquid facere iussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat. Itaque, si furiosus aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse. Scire autem, non etiam velle is debet: nam etiam inuito eo rectè fit quod iussum est.

SVMMARIVM.

1 Coram, qualiter accipiendum.
2 Factum aut dictum coram testibus, quando quid dicatur.
3 Memoria vnde nascatur.

Aures

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

4 Aures, vnde dicantur.
5 Præsens quis propriè.

1 CORAM TITIO. Dictio hæc, Coram, ad personarum præsentiam propriè debet transferri. Nam cùm dicimus, Coram quicquam factum dictúmve, id intelligi oportet in præsentia factum aut dictum. Sic frequenter Cicero in epistolis, Ego (inquit) coram latiùs, id est, in præsentia tua, & dum persona tua frui licebit. Hoc sæpe Platoni & Demostheni dici solet ἐν τῷ παρόντι, quod nos in præsentiarum: sed magis ad tempus refertur.
2 Cùm igitur contendimus esse aliquid factum aut dictum coram testibus, id est, in præsentia testium, admittendum quidem idipsum erit, si modò testes ipsi & viderint, & audierint, & omnino intellexerint. Si enim in tabulis scripserit notarius, actum contractúmque testibus præsentibus, & hi re vera adfuerint, veruntamen, si minimè id intellexisse se profiteantur, arguenda erit notarij perscriptio. Est namque aliud corpore aliud animo præsentem esse, cum intellectus in animo tantùm sit, non in corpore, quod omnino sensus est expers, & solùm tabernaculum & carcer, vt Platoni videtur, quo animus ipse continetur & concluditur. Nam sensus omnis, id est, audiendi, & videndi, & odoradi ministræ membra, vt ait Lactantius, in capite, sunt locata: vnde neruorum origo omnis, qui quidem per omneis corporis parteis sensum vim circunferunt: & hi sensus sunt veluti mentis satellites & internuncij: mens verò ipsa sensuum fons est, atque etiam ipsa sensus est (Cicerone teste libro quarto, Academic. quæstionum) naturalem vim habens, quam intendit ad ea quibus mouetur. Itaque alia visa sic arripit, vt his statim vtatur: aliqua sic recondit, è quibus memoria oritur. Cætera autem similitudinibus construit, ex quibus efficiuntur notitiæ rerum, quas Græci ἐννοίας, tum προλήψεις vocant. Ideóque, cum intenti ad cogitandum sumus, & mens occupata in altum se abdiderit, neque audire quæ circunsonant, neque videre quæ obstent, solemus. Quippe ipsi oculi corporei, non sunt quibus videmus: nec aures, quibus audimus: sed mens per ipsos oculos, tanquam per specularem quendam lapidem, videt: & per aures, sonos vocis haurit: vnde ab hauriendis vocibus aures dictas Lactantius existimauit. Quare Virgilius dixit.

De opificio Dei. cap. 16.

4 *-Vocémque his auribus hausi.*

Quandocunque igitur sensus ille cœlestis, qui mens vel animus nuncupatur, corporeis vinculis irretitus, & corporea mole obtunditur, atque expugnatur, tum quidem falluntur sensus, & hebetescunt. Inde furor & insania, quam Græci tum μανίαν, tum μελαγχολίαν vocant, cum videlicet ater ille humor, atque exusta & torrefacta bilis, animi mentísque sedem peruasit: inde etiam surditas, & cæcitas. Meo autem iudicio, vt ait Cicero loco suprà commemorato, ita est maxima in sensibus veritas, si sani sunt & valentes, & omnia remouentur quæ obstant & impediunt. Itaque

Sensus qualiter fallis solent, & quæ causa. Insania vnde contrahi solet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& lumen mutari sæpe volumus, & situs earum rerum quas intuemur, & interualla, aut contrahimus, aut diducimus, multáque facimus vsque eò, dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicij. Quod idem fit in vocibus, in odore, in sapore, vt nemo sit nostrûm qui non in sensibus suis cuiusque generis iudicium requirat acrius. Qua ratione cùm visus oculorum, & auditus aurium intentione animi constent, non autem corporis facultatibus, quæ nullæ sunt, perperam in tabulis & syngrapha scripserit notarius aliquid esse actum testibus præsentibus, nisi illi quoque & exaudierint, animíque intellectu comprehenderint id quod actum est: nec aliôqui adfuisse præsenteis dicendum erit. Eadem quoque est ratio in his qui animi iudicio carent, cuiusmodi sunt infantes. Vlpianus in l. diem proferre. §. coram. ff. de recept. arbitr. Coram autem (inquit) « dicere sententiam videntur, qui eam coram sapientibus dicit. Cæterùm, coram furioso vel demente non videtur dici. Item coram pupillo non videri sententiam dictam, nisi tutor præsens fuerit. Et ita de his omnibus Iulianus libro quarto Digestor. scribit. Coram sapientibus, Accursius hoc loci interpretatur, coram habentibus plenum animi iudicium. Et in l. j. C. de erro. aduoca. Idem ipse Accursius præsentes, pro his qui intelligunt, accipi vult. Quo loco tradit Imperator Aurelius, ea quæ ab aduocatis dicuntur præsentibus his, quorum aguntur causæ, rata esse oportere, perindéque habenda, ac si ab ipsis litium dominis proferrentur. Quod ego equidem procedere existimauerim, si modò ipse litigator aduocati sui orationem exaudierit & intellexerit. Aliôqui si quantumlibet præsens aduocati sui idioma non capiat, vt si Latinè aduocatus loqueretur, esset autem litigator omnino latinitatis expers, præsens censeri non debet. Sed & si quis corpore absens fuerit, videlicet longè semotus ab his qui vel contrahunt, vel quid aliud agunt quod testium præsentiam requirat, eorum tamen vocem exaudire possit, præsens nihilominus habendus erit, vt censet Felynus in capitulo quaniam frequenter. Vt lite non contestat. Et doctores cum Gloss. in §. item verborum. Institut. de inutilibus stipulat. Quid si quis præsens sit, nec tamen consentiat? Baldus in l. finali. §. necessitatem. C. de bonis quæ liberis, asserit eum habendum perinde, ac si absens esset. At hoc loco Floria. tradit satis esse, si sciuerit & intellexerit, non etiam si noluerit. Sed intellige, si iussu legis aliquid actum est. Tunc enim inuito eo rectè fit quod iussum est. Quòd si corpus malè habeat, mens tamen sana sit & sui compos, præsentem eum rectè dixeris, qui sit eiusmodi: nec si transactionem cum alio inierit, posse restitui valetudinis corporis aduersæ velamento: vt in l. Sanum. C. de transf.

Interpretatio. l. j. C. de erro. aduoc.

Mart.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

MARTIA. LIB. VII. INSTITVT.

LEX CCX.

IS qui natus est ex mancipiis vrbanis, & missus est in villam nutriendus, in vrbanis seruis constituetur.

SVMMARIVM.

1 Seruum vrbanum censeri eum, qui ex vrbanorum seruorum familia natus est, etiamsi dimissus fuerit in villam, vt ibidem nutriretur.
2 Destinata alicui rei, gratiâ perpetui vsus, ea censeri debent ad rem eandem pertinere.

1 IS QVI NATVS. Qui ex vrbanorum seruorum familia natus est, tametsi dimissus in villam fuerit vt ibidem nutriretur, est tamen ille vrbanorum, non rusticorum seruorum numero censendus. Quid si seruus vrbanus in villam dimissus sit, eo quidem proposito, vt semper ibidem permaneret, & villatico operi destinaretur, an in rusticis seruis habendus sit? Et habendum
2 puto. Nam quæ perpetui vsus gratiâ rei alicui destinata sunt, eadem censeri debent ad rem eandem pertinere, vt ex Labeone scripsit Vlpianus in l. fundi. §. Labeo generaliter. ff. de action. empt. & vend.

FLOREN. LIB. VIII. INSTITVT.

LEX CCXI.

FVndi appellatione, omne ædificium, & omnis ager continetur: sed in vsu, vrbana ædificia, ædes rustica, villæ dicuntur. Locus verò sine ædificio, in vrbe, area: in rure autem, ager appellatur: idémque ager cum ædificio, fundus dicitur.

1 FVNDI APPELLATIONE. Videto lector, quæ scripsimus suprà in l. quæstio est. & in l. locus. Quibus locis satis multa, quæ ad hanc rem pertinent, tradidimus.

VLPIANVS LIB. I. DE ADVLTER.

LEX CCXII.

PRæuaricatores eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. A varicando enim præuaricatores dicti sunt.

SVMMARIVM.

1 Varix quid, & vnde proueniat.
2 Præuaricatores qui: & vnde dicti. Quid item præuaricari. nume. 3. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PRAEVARICATORES. Varices, qui ab Hippocrate ἱδρῶν vocantur, sunt venæ in cruribus & coxis tumidiores & laxiores, teste Galeno in lib. sextum Aphorismorum Hippocratis: quod ex crasso humore & melancholico contrahi solet. Id genus morbo adfecti, pedibus introrsum distortis coguntur incedere: eiusmodi autem, Vari dicuntur, quos tamen Vlpianus in l. idem Offilius ait. §. quæsitum. ff. de ædil. edict. Inter sanos connumerat. Quo loco ineptè Accursius existimat Varos à varietate sermonis dictos, quia infinita (inquit) effundunt verba. Qui quàm peruersus interpres sit, expendat lector naris emunctæ. Horatius lib. j. Sermonum, Satyr. tertia. 1

Aphor. 21.

- vt abortiuus fuit olim
Sisyphus, hunc varum distortis cruribus, illum
Balbutit scaurum prauis fultum malè talis.

Tradit Plinius lib. xj. historiæ natur. cap. xlv. varices in cruribus viro tantùm oboriri: mulieri, raro. Quia igitur vari & qui varicibus affecti sunt, incurtis cruribus atque obtortis, nec rectè quidem incedunt, à varicando. Præuaricatores dictos, scripsit Vlpian. Est autem varicare, atque etiam diuaricare à recto deflectere: idque propriè, cùm quis rectis pedibus stare nequit, sed diductis, & variè discretis. Vnde diuaricata tigna architecturæ professores dicunt, id est refracta, quæ nos vulgò vocamus *Cheurons brisez*. Sic qui litigantium vtranuis in partem inclinant, & cum aduersariis colludunt, Præuaricatores nominantur. Vlpianus in l. j. ff. de præuaricat. Præuaricator (inquit) est quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. Quod nomen Labeo à variatione tractum ait Nam qui præuaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimò ex altera Marcellus in l. j. §. calumniari. ff. ad Senatusc Turpill. Præuaricari (ait) est vera crimina abscondere. Et paulò pòst, ibidem: Præuaricatorem eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & translatiuè munere accusandi defungitur, eò quòd proprias quidē probationes dissimularet, falsas verò excusationes admitteret. Cicero in Orat. pro Aulo Cluent. Quî enim poterat tum in gratiā redire cum Oppianico Cluentius? qui cum matre habebat simultates, hærebat in tabulis publicis reus & accusator: condemnati erant Fabritij, nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumnię relinquere accusationē Cluētius: an vt præuaricaretur? Iam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet. Idem de Auruspicum respōsis. Post, exercitu L. Luculi sollicitato per nephandum scelus fugit illinc, Romæq; recenti aduentu suo cum propinquis suis decidit, ne reos faceret: à Catilina pecuniam accepit vt turpissimè præuaricaretur. Quibus Ciceronis locis intelligimus prēuaricatores fuisse eos accusatores, qui pecunia corrupti, in reos se dicere paratos dissimulant, sed quæ maximè dicenda sunt, quæ accusationem adiuuent, & reum peractum de gradu deiiciant, aut reticent omnino, aut leuiter, & veluti in transcursu attingunt, ne ad condemnationem pateat accusatio: aut dicuntur 2 3 4

Varicare Diuaricare quid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cuntur hi, qui dum causam alicuius defendendam suscipiunt, causam ipsam produnt, dum τὰ δικανικὰ ῥήματα, & quæ ad causam pertinent, dicendo prætereant, at potiùs, quæ causam lædant, proponunt. Plinius lib. primo epistol. in epistola ad Cornel. Tacitum: Frequens mihi disputatio est cum quodam docto homine & perito, cui nihil æquè in causis agendis vt breuitas placet. Quam ego custodiendam esse confiteor, si causa permittat: alioqui præuaricatio est transire dicenda, præuaricatio etiam, cursim & breuiter attingere quæ sint inculcanda, infigenda, repetenda. In summa, est præuaricator qui (vt nostrum vulgus loquitur) habet intelligentiam cum parte aduersa, & cum aduersario colludit. Et vnde opponere sibi præuaricatorem dicebant olim (Budæo teste) pro eo, quod dicimus curauit se per tertium adiournandum, vt colluderet, scilicet. Vnde Cicero Philipp. ij. Iam vereor P. C. ne, quod turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solùm meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis. Idem in Vatinium. Quem præuaricatorem ab initio iudicasses, ei te, quos rogasset, ad accusandum libros dixeris dedisse. Videto insuper de ea re Laur. Vallam lib. sexto Eleg. cap. 50. quo loco explicat quid sit præuaricari, tergiuersari, & calumniari.

IDEM LIB. I. DE REGVL.

LEX CCXIII.

CEdere diem, significat incipere deberi pecuniam. Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus sit, & cessit & venit dies, vbi in diem cessit dies, sed nondum venit. Vbi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione.

Aes alienum, est quod nos aliis debemus: Aes suum, est quod alii nobis debent. Lata culpa est nimia negligentia: id est, non intelligere quod omnes intelligunt.

SVMMARIVM.

1 Actionis exercitium quando concedatur in stipulatione pura.
2 Tempus vbi incertum est, relinquitur arbitrio iudicis.
3 Tempus non obstat præscriptioni, in contractibus, quibus vel in diem, vel sub conditione aliquid debetur.
4 In quibus stipulationibus obligatio simul & actio statim nascatur: & qualiter.
5 Obligationis dies quando propriè cedere dicatur.
6 Dies certa quæ dicatur.
7 Conditio vera quæ dicatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EDERE DIEM. Docemur à Iustiniano in §. omnis stipulatio, Institu. ciuilib. titulo, de verbo. obligat. omnem stipulationem aut purè concipi, aut in diem, aut sub conditione. In pura siquidem stipulatione statim nata est & obligatio & actio: ipsius tamen actionis exercitium aliquo tempore retrahitur, & protelatur. Nam quod in pura stipulatione dicimus, eum qui sic purè obligatus est, debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis idipsum intelligendum esse Paulus censuit: nec cum sacco creditorem adire oportere suum debitorem. l. Quod dicimus. ff. de solutio. & libera, argumento cau. institutum. xxvij. caus. quæst. secunda. At quæras, quantum temporis expectandum sit ipsi creditori post conceptam purè stipulationem? Paulus in l. Promissor. §. j. ff. de constitu. pecu. Si sine die (inquit) constituas, potest quidem dici non teneri, licet verba edicti latè pateant: alioqui confestim agi tecum poterit, si statim vt constituisti, non soluas. Sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, vt exactio celebretur. Hoc tamen videtur iudicis relictum arbitrio: argu. l. j. ff. de iur. deliber. quo loco Bartolus censet iudicem arbitrari oportere spatium temporis, vbi statum non est, nec præscriptum ac præstitutum à lege. Idem Bartolus in explicatione gloss. l. ita stipulatus. ff. de verbo. obligatio. Sic à iudicatis quadrimestre tempus ad soluendum concessum fuit, ne videlicet intereà currant vsuræ, vt in l. j. & vlti. C. de vsur. rei iudica. Sic dotis in rebus mobilibus, vel se mouentibus & in incorporalibus, quæ quidem nomina sunt consistentis exigendæ tempus, est annuum, non annuæ bimæ, trimæ diei. l. vnic. §. exactio. C. de rei vxo. act. multum autem referre Bartolus in d. l. ita stipulatus, existimauit, inesset obligationi tempus, an verò miserationis causa solutioni tantùm adiectũ esset, quod compensationem non impedit. Aliud enim est, diẽ obligationis non venisse, aliud humanitatis gratiâ tempus indulgeri solutionis, ait Papinianus in l. si cum milite. §. cùm intrà. ff. de cõpensa. Nam quod in diem debetur (ait Vlpia.) non compensabitur ante quàm dies veniat, quanquàm dari oporteat. l. Quod in diem. d. titu. At verò in tempore iudicatis, quanuis intra dies constitutos iudicati agi non possit, tamen multis modis iudicatum liberari posse Caius scripsit in l. intra dies. ff. de re iud. Quia constitutorum dierum spatium, pro iudicato, non contra iudicatum per legem cõstitutum est. Sed si actor ante diem tẽpúsue pactionis aut obligationis litem ausus sit intendere, Zenoniana constitutio voluit, vt inducias quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit, in duplum habeant hi qui talem iniuriam passi sunt: & post eas finitas, non aliter litem suscipiant, nisi omnes litis impensas acceperint: vt actores tali pena perterriti, tempora litium doceantur obseruare. Hoc est in §. hodie. institutio. de exceptio. Quinetiam licet in cõtractibus, quibus vel in diem

vel sub

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vel sub conditione ad aliquid debetur, præscriptio simul atque dies, vel
3 conditio euenerit, iam currere incipiat, vt constitutum est in l. Cum notissimi. §. illud autem. C. de præscript. xxx. vel xl. ann. iuncta l. in rebus. §. Volumus. C. de iure doct. tamen huiusmodi tempus præscriptioni obstare nequit. Iam verò in his quæ in diem conceptæ sunt, statim quidem & obligatio & actio simul nata est, tametsi in tempus procrastinata sit petitio, vt ne ipso quidem die, quo differri solutionem oportet, petitio sit intendenda. d. §. hodie. & §. Præterea. Institu. de except. & § Plus au-
4 tem. titu. de actio. Quæ etiam huius responsi Vlpia. sententia est. Cuius rei hæc ratio profertur, quòd cum obligationis substantia, adiectione temporis non soleat immutari, nec ad tempus constitui magis quàm legatum, vt censuit Paulus in l. Obligationum ferè. §. Placet. ff. de actio. & obliga. certè non debet mirum videri, si adiecta dies quæ solutionem tantùm, ceu obligationis executionem respicit, obligationem nasci simul & actionem minimè impediat. At agenti obstabit exceptio, quæ diei euentu tollitur, secundum Bartolum in d. l. Ita stipulatus. in princip. quæst. de verborum obligation. in quam rem citat hanc l. edere diem. & l. j. Quando dies vsusfruct. leg. ced. §. fin. Sed hæc quidem non semper neque passim locum habent, at quibusdam casibus circunscribuntur. Ei nanque cui in diem vsusfructus relictus est, neque obligatio acquisita erit neque actio: cùm ante aditam hæreditatem dies cedere non censeatur, neque petitio ad hæredem transeat. Frustrà igitur est, si ante quis diem eius cedere dixerit, ait Vlpianus in l. j. & ij. ff. Quando dies lega. vel fideicom. ced. Etenim obligationis dies non dicitur cedere potius, quàm certum sit hanc ipsam diem extituram.
5 Vt si stipulatus sum decem Calend. Ianuarijs, sanè quia iam certum est Calendas ianuarias venturas, quibus ipsa obligatio effectum sortiri, & posit & debeat, statim dies cedere dicitur. Diem autem appellat (inquit Connannus libro quarto) quum perfectè quasi nata est, ita vt suo fungi posit munere, intendere, agere, & cogere vt sibi quod debetur soluatur: vt fœtum, quanquam conceptum, & viuum nondum natum dicimus, antè quàm lucis vsura fruatur. & quantum fert eius natura, vitæ commoditates tum querere, tum petere aut percipere queat. Intellige ergo, lector beneuole, quòd quandocunq; dies certa in stipulatione adiecta est, id est, quam planè constat extituram, tunc incipit deberi quod in sti-
6 pulationem deductum est, & actio obligatióque simul natæ sunt, quod ipsum, cedere diem dicimus. Sed peti prius non potest, quàm dies ipse venerit, id est, quando omnino cessit, & ipsum diem prorsus attigimus. Si verò dies incerta sit, quam conditionis instar esse Papinianus scripsit in l. dies incertus. ff. de condit. & demonstra. veluti, Cùm pubes erit, cùm in familia nupserit, cùm magistratum inierit, cùm aliquid demum quod scribenti cōprehendere sit cōmodū, fecerit, nisi temporis conditio obtigerit, neque res pertinere, neque dies legati cedere potest. Quod Paulus quo

Dies incerta pro conditione haberi solet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ius quoque tradidit in l. Si dies. ff. Quando dies lega. vel fideicom. ced. Nam in his conditionibus, propterea quòd dùm expectantur, dubio & propemodum incerto earumdẽ euentu, tota suspenditur obligatio, diem cessisse, aut venisse nulla ratione dicere possumus. Quare & ante hunc diem incertum nihil omninò debetur, neque solui potest: solutum autem per errorem, ius est repetere, vt sentit Pomponius. l. sub conditione, ff. de condict. indeb. Neque verò quicquam refert, conditio expressa sit, an verò tacita. Semper enim obligationis natiuitas impeditur: vt in stipulatione dotis, quæ malè ante diem nuptiarum petitur: tamet si expressa in stipulatione non fuerit nuptiarum conditio, sed perinde ac si expressa fuisset: & nuptijs non sequutis euanescit stipulatio, sicut traditum est à Paulo in l. Item quia. §. huius rei. ff. de pact. hæc autem obseruanda erunt, si modò vera sit conditio: quam videlicet incertum sit omnino extituram. Conditiones enim quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, propriè conditiones censeri non debent, vt quia ex futuro euentu non dependeant. Veluti, si rex Parthorum viuit, centum dare spondes? Itaque tunc potestatem conditionis obtinet, cùm in futurum confertur. Quod Papinianus censuit in l. Cùm ad præsens. & l. ita qs. ff. si cert. pet. Idem erit & si in præteritum conditio confertur. Vt si Franciscus Valesius xxx. annos regnauit, quinquaginta dare spondes? Respiciendum est etenim (ait Scæuola) an, quantum in natura hominum sit, possit sciri eam debitum iri. Nam quod in rerum natura sciri potest, pro certo haberi, Alciatus in eundem Scæuolæ locum tradidit ex l. Cùm quidam. §. Iuum. ff. de acquir. hæred. Cæterùm, quando dies omnino certa sit, & quando ante diem nascatur obligatio simul & actio, & permulta alia in hanc rem tradidit Baldus in l. vnic. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. incip. Item etiam quando intelligas, quando dies vel terminus est appositus causa differendæ, vel cauta limitandæ obligationis, videbis apud Zasium in l. eum qui. §. qui ita. ff. de verbor. obliga. Ad hanc rem faciunt quæ scripsi suprà in l. Conditionales creditores: videto lector si tibi videbitur.

Conditione quæ dicatur.

7

MARCELLVS LIB. I. PVBLI. IVD.

LEX CCXIIII.

MVnus proprpriè est quod necessariò subimus, lege, more, imperióve eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris, officióve, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla repræhensio est: & si præstentur, plerunque laus inest. Sed in hoc ventum est, vt non quodcunque munus, idem donum accipiatur: At quod donum fuerit, id munus rectè dicatur,

SVMMA

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SVMMARIVM.

1 Munus & donum, quid differant.

MVNVS. Non parum certè refert scire qualiter muneris & doni significationem accipias: ex proprio videlicet, an autem κατάχρησιν & per abusionem. Si enim ex abusu & secundum vulgarem loquendi vsum munus vsurpaueris, refertur etiam ad quascunque donationes & quæ causam habeant, & quæ nulla quoque causa esse possunt, sed à mera donantis liberalitate profectæ. Nam quæ donationes ob causam fiunt, donationes propriè censeri non debent. At si sermonis proprietatem obseruaueris, munus propriè ad onera pertinet: donum verò ad largitiones. Vide in hunc locum quæ scripsit Francis. Connannus libro quinto Comment. de donationib. & quæ nos etiam superà in l. munus tribus. & l. inter donum. hoc titul. videto etiam Alciatum lib. tertio dispunctionum. cap. xiij. Cap.

PAVLVS LIB. SINGVL. AD LEG. PVSIAM CANINIAM,

LEX CCXV.

POtestatis verbo plura significantur. In persona magistratuum, imperium: in persona liberorum, patria potestas: in persona serui, dominium. At cùm agimus de noxæ deditione, cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam facultatémque significamus. In lege Attinia, in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, si eius vindicandæ potestatem habuerit, Sabinius & Cassius aiunt.

SVMMARIVM.

1 Potestas quid, quot modis dicatur & accipiatur. Et nu. 3.
2 In potestate esse quid.
3 Potestas magistratus, est eius iurisdictio.
4 Δύναμις, & Ἐξουσία quid differant.

POTESTATIS VERBO. In iure nostro, verbum potestatis vna atque altera significatione assumitur. Primùm enim dicitur potestas tum eius qui habet: tum etiam eius rei cuius potentes sumus, & eiusdem sit penes nos dominium. Nam cùm de re quauis statuendi libera nobis potestas conceditur, intelligimur rei eiusdem dominium habere, eiusdem quoque exhibendæ facultatem. Quòd si seruus in fuga sit, vel peregrè, non videbitur in potestate domini esse, ait Vlpianus in l. quoties §. Prætor ait. ff. de noxalib. actio. Et in l. Celsus §. Item si quis. ff. ad exhiben. Si quis (ait) facultatem restituendi non habeat, licet possideat, tamen ad exhibendum non tenebitur: vt puta, si in fuga seruus sit. Ad hoc planè tenebitur solùm, vt caueat se exhibiturum, si in potestatem eius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eius peruenerit. Dicitur itaque in potestate quis esse, qui paret & obse- 2
quitur voluntati eius in cuius potestate est. Vnde si is, in cuius potestate
esse dicetur, negauerit se in sua potestate seruum habere, vel iubebit Prætor actorem (si volet) iurare in potestate sua non esse, neque se dolo malo fecisse quominus esset: vel iudicium sine noxæ deditione dabit. d.§. Prætor ait. Est potestatis verbum communiter accipiendum, inquit idem Vlpia. l. j §. Potestatis. ff. de pecul. tam in filio, quàm in seruo. Nec magis dominium seruorum esse spectandum, quàm facultatem habendi eos. Quanuis enim iure seruum possideam, si tamen ille aufugerit, ita vt habere eum nõ possim, in potestate mea non dicetur esse, nec vt exhibeam, potero compelli: igitur potestatis verbum, ait idem Vlpia. l. j §. potestatis. 3
ff. de tribut. actio. ad omnem sexum, item ad omnes qui sunt alieno iuri ,,
subiecti, porrigendum erit. Non solùm ad seruos pertinebit tributoria ,,
actio, verùm ad eos quoque qui nobis bona fide seruiunt: siue liberi, siue ,,
serui alieni sunt: vel in quibus vsumfructum habemus. Quòd si res mihi ,,
furto ablata sit, ampliùs in potestate mea dici non potest: nec ad eã exhibendam tenebor. At si eiusdem rei vindicandæ potestas mihi fuerit, quoniam qui actionem habet ad rem, ipsam rem habere videtur, tunc in potestate mea censebitur esse, & in potestatem meam redijsse. Quandoque tamen redijt res in possessionem domini, quæ nihilominus in potestatem redijsse non videtur: quandoque etiam in potestatem, nõ in possessionem. Vt si res peculiaris serui mei ignorante me surrepta sit, deinde eam nactus sit, videri in potestatem meam redijsse Labeo existimauit. Commodius dicitur, inquit Paulus, etiam si sciero, redijsse eam in meam potestatem. Idem Labeo ait, si rem, quam apud te deposueram, lucri faciendi causa vendideris, deinde ex pœnitentia redemeris, & eodem statu habeas, ,,
siue ignorante me siue sciente hæc gesta sint, videri in potestatem meam ,,
redijsse secundum Proculi sententiam, quæ vera est. l. Sequitur. §. Labeo. ,,
& §. idem Labeo. ff. de vsucap. ,,

IN PERSONA MAGISTRA. Aliam profert Paulus potestatis significationem, videlicet, cum de magistratus potestate loquimur, 4
intelligimus de ea, quam habet, iurisdictione. Vt cum Vlpianus dixit merum imperium esse habere gladij potestatem, quod & potestas appellatur. l. imperium. ff. de iurisdict. om. iud. Et Iureconsultus in l. ij. de orig. iur. dixit, maioris potestatis magistratum creatum, nempe Dictatorem, quod maior esset illi & iuris dicundi, & exequendæ sententiæ facultas iniussu populi, quàm Consulibus, vt est etiam apud T. Liuium. Hanc autem potestatem Græci ἐξουσίαν appellant. D. Ioannes Apocalis. cap. xiij. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἐξουσίαν μεγάλην. Et paulò pòst: καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ λαόν &c. hic τὴν ἐξουσίαν posuit pro summa facultate & virtute. Dixit tamen, καὶ τὴν δύναμιν, simul & τὴν ἐξουσίαν, cùm sit inter δύναμιν & ἐξουσίαν longa differentia. Est enim δύναμις simpliciter facultas & virtus: vt cùm herbarum, aut simplicium alimentorum facultates dicunt medici: & ipse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ipse Hippocrates & Galenus iubent ægrotanti cibum subtrahi, ἵν' ἐκπτῇ τῶν ἐκμῶ si vires corporis sufficiant, vtuntur voce δυνάμεως. & σύμπτωμα ἐκλυτικὸν δυνάμεως, quod vires & facultates corporis deijcit ac dissoluit. Cæterùm ἐξουσία, id est, potestas, ius & authoritatem significat: vt apud d. Matthæum ca. xxj. δώσω ὑμῖν λόγον ὑμῖν, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ, neque vobis dico qua ego potestate & authoritate hæc ipsa faciam. Vide quæ de huius dictionis significatione latissimè scripsimus in Commentarijs ad consuetudines scriptas Turonensis præfecturæ: vbi de iurisdictione & imperio permulta tradita sunt à nobis aduersus multorum sententiam.

VLPIANVS LIB. I. AD LEG. AELIAM SENTIAM.

LEX CCXVI.

VErum est eum, qui carcere clauditur, non videri neque vinctum, neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

SVMMARIVM.

1 Lex AElia sentia, quæ, & à quibus lata.
2 Ἔργα, verb. significatio & etymon. Et qui dicantur Ergastularij.
3 Vinculorum duplex genus.
4 Carcere clausus, non dicitur esse in vinculis, neque vinctus.

ERVM EST. Hoc ipsum Vlpiani responsum excerptum quidem dicitur esse ex eiusdem Vlpiani libro primo ad legem Aeliam sentiam, quam videlicet Consules duo Aelius & Sentius de seruorum manumissionibus tulerunt: quod ad eiusdem responsi intelligentiam scire refert. Nam eorum seruorum qui manumittebantur, quidam erant naturales, id est, ex natiuitate serui: alij verò addicti, nonnulli dedititij, ita dicti quòd cum aduersus Po. Roman. arma sumpsissent, deinde victi, & φιλάνθρωπος se dedidissent, vincti adducebantur, sicque vendebantur, vita illis tantùm concessa. Erant autem vincula, tormenta, stigmata, signa seruitutis perpetuæ, quanuis cùm manumitterentur, vincula se illis soluerentur: atque ita manumissi, Libertini dedititij vocati sunt lege Aelia sentia lata, de manumissionibus. Theophilus lib. primo institu. titu. de libertinis, ἐάν τις (inquit) ἐν τῷ καιρῷ τῆς δουλείας ὑπενόησεν ἐπὶ τῇ πονηρίᾳ τῶν ἐπ' αὐτῷ λεγομένων, οἷον ἐὰν δίκε τι πλάσσῃ κλέψῃ στίγματα κτῇ ἢ φόνον, ἢ ποιῶν ἐμβολὴν ἐν δημοσίᾳ ἀγορᾷ, ἢ καὶ δίκε τι πλάσσῃ τυπτόμενος δημοσιόσε τὸ πλάσσμα, καὶ μὴ μόνον ἀλλὰ ὅσους γονέας τοῦ δεσπότου ἐπολέμησεν, ἐγένετο δεδιτίτιος ἀπελεύθερος. Si quis seruitutis tempore horum vitiorum ac delictorum quæ ab ipsa lege Aelia sentia adinuenta sunt & enumerata, alicui obnoxius fuerit: vt si propter aliquod crimen nota stigmatis fronti eius inusta ac impressa sit, vel in publica vincula conjectus fuerit, seu ob aliquod delictum verberatus, delictum ipsum sit fassus, & posthæc gratia cum domino inita, ab eodem domino manumissus, dedititius libertinus fiet, ἐν δημοσίᾳ ἀγορᾷ dixit Theophilus,

O

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quod nos sententiam Connanni sequuti, in publica vincula, vertimus, non in publicos carceres, vt perperam putauit Angel. Politianus Miscellan. capitu. lxxxiiij. quanuis ἐργαστὴς & carcerem simul & vincula significet, ἐπεὶ τὸ ἔργον τὸ κοινὸν τοῦ ἔργου. Significat autem ἔργον in carcerem conijcio, quasi ἴργω: id est, contineo, & vincio. Vnde vincti & ergastularij serui dicuntur (Budæo teste in Comment. ling. Græcæ) ἐργαζόμενοι καὶ ἐργόδετοι, qui etiam ergastula appellantur, vt custodia ἐν ἐν τῇ φυλακῇ καὶ ἐν φυλακίτοις, qui carceribus continentur. Itaque ergastularij qui vincti in opus publicum ob crimen aliquod admissum damnati erant, dicebantur in vincula publica coniecti, cùm tamen carceribus occlusi non essent. Et cum dominis suis reddebantur, vincti reddebantur. Alexander imper. l. seruus. C. de pœnis. Seruus sub pœna vinculorum sine temporis præfinitione domino reddi iussus sententiâ Præsidis prouinciæ, perpetuò vinctus esse debet. Publica igitur & priuata vincula erant. Priuata quidem, tum cùm domini seruos vinctos haberent, quos vinculis manumittendo soluebant. Quod legis Aeliæ sentiæ inuetum fuit, vt suprà dictum est. Quare Vlpia. lib. primo ad legem Aeliam sen. dixit, Verum esse eum qui carcere clauditur, non videri neque vinctum, neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita. Nam fit aliquando, vt qui in carceribus sit, nullis ille vinculis contineatur. Vincula enim pœnæ loco habentur. Atqui carcer (ait Vlpianus. l. aut damnum. ff. de pœnis) ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. Neque etiam qui vinctus & in vinculis est, semper carcere continetur, Vt qui crimini obnoxij ea propter iudicis sententiâ in vincula coniecti sunt: & quos domini seruos vinctos possident, vt suprà dictum est. Seruos (ait Vlpia. l. suprà citata) in metallum vel in opus metalli, item in ludum venatorium dari solere, nulla dubitatio est: & si fuerint dati, serui pœnæ efficiuntur: nec ad eum pertinebunt, cuius fuerint antequàm damnarentur. Denique cum quidam seruus in metallum damnatus, beneficio principis esset iam pœna liberatus, Imper. Anton. rectissimè rescripsit, Quia semel domini desierat esse, pœnę seruus factus, non esse eum in potestatem domini posteà reddendum. Sed siue in perpetua vincula damnatus seruus, siue in tẽporaria eius remanet, cujus fuit antequàm damnaretur. Idem Vlpia. l. si hominẽ. ff. depos. commemorat hominem vinctum depositum apud sequestrem, vt de eo quæstio haberetur. Non est igitur dicendus vinctus neque in vinculis, qui carcere clauditur. Sola nanque mancipia in vincula conijci solita erant, non etiam liberi homines. Tamen liberi homines perinde atque serui in carceres detrudebantur. Propriè ergò non dicetur esse in vinculis, qui in carceribus est, nisi & is quoque vinctus sit, & vinculis præpeditus. Ratio itaq; huius responsi est, teste Connãno lib. ij. quòd carcer nihil habet alienũ ab homine libero, vincula habent. Verumtamen vincula aliquando, sed id quidem καταχρηστικῶς, pro carceribus vsurpantur: & qui in carceribus est, in vinculis esse dicitur.

Ergastula Custodia.

2

3

4

IABOL

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IABOL. LIB. I. EX POSTERIORIB. LABEONIS.

LEX CCXVII.

INter illam conditionem, *cum fari potuerit, & postquam fari potuerit,* multum interest. Nam posteriorem scripturam, vberiorem esse constat: cum fari potuerit, arctiorem: & id tantummodò significat tempus quo primùm fari possit. Ita data conditione, Illud facito *in diebus*, si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

SVMMARIVM.

1 Cum, & Postquam, dictiones, quid importent. & nu. 4.
2 Infans quando fari incipiat.
3 Legatum factum sub his verbis, Postquam fari poterit, quando incipiat deberi.

1 INTER ILLAM. Hæc verba in legatoi, *cùm fari poterit, & postquam fari poterit*, longè inter se differunt. Nam si testator ita scribat: lego Iacobo centum, postquàm fari poterit, protrahetur hæc conditio in tempus longius quàm si scribatur, cùm fari poterit, quæ posterior conditio & angustioris est tem poris & exactioris, vt videlicet, quo primùm tempore fari incipiet legata
2 rius, illi debeatur legatum, & conditio extitisse cēsetur. Tunc autem fari incipit infans, cùm iam poscit papare minutum, vt ait Persius, & voces ali quot qualescunque efformat lingua. At verò si legatum sit sub his ver-
3 bis, *postquàm fari poterit*, certè non debebitur priusquàm ἀφίεσθαι ac planè loquens sit, & (vt ait Connannus lib. tertio) per se iam omnia ferè verba pronuntiet, ac distinctè, quantum illa ætate licet, eloquatur. Sanè, cùm, est aduerbium temporis: & sua ipsius natura atque origine tempus præcipuè significat: in causa verò habet conditionem. Ista (inquit Zasius in l. Cen tesimis. §. fi. de verb. oblig.) dicuntur habere tempus in capite, conditionem in cauda: tempus principaliter, per consequentiam, conditionem: & cùm dicimus, dabis si volueris, & cùm volueris, variā esse distinctionem. Quandoquidem aliter obseruatur in vltimis voluntatibus, aliter in contractibus, aliter in voluntate aperta, aliter in voluntate tecta, aliter in vo-
4 lūtate consensiua, aliter in voluntate electiua: quæ omnia latè ipse Zasius exequitur loco antè citato, & rursus in l. Si quis arbitratu. eod. titu. & in l. Si decem, quo loco tradit quam vim habeant hęc verba, cùm petiero. Sed quid? An dictio hæc, *postquàm*, conditionem contineat, an verò modum, Videto Bartolum in l. quibus. §. fin. ff. de condit. & demonstra.

PAPINIA. LIB. XXXVII. QVAESTIONVM.

LEX CCXVIII.

VErbum *facere*, omnem omnino faciendi causam complectitur: dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

VERBVM FACERE. Huius vocis & verbi significationem satis tractauimus suprà in l.faciendi verbo. & alijs locis. Et hunc locum Alciatus noster amplissimè enarrauit.

IDEN. LIB. II. RESPONSORVM.
LEX CCXIX.

IN conuentionibus contrahentium voluntatem magis quàm verba spectari placuit. Cùm igitur fundum vectigalem ea lege municipes locauerint, vt ad heredem eius, qui susceperit, pertineret, ius hæredum ad legatarium quoque transferri potuit.

SVMMARIVM.

Contrahentium mentem magis quàm verba spectari oportere, in conuentionibus.

IN CONVENTIONIBVS. Hanc ego responsi huius rationem esse arbitror, quòd non solent pacta & contractus aliter quàm voluntate & consensu contrahentiũ iniri. Vnde in conuentionibus (inquit Papinianus) contrahentium voluntatem magis quàm verba spectari oportet, & quod inter contrahentes conuenit. Sæpe enim verba, aut ambigua sunt & significationis ancipitis, aut eiusmodi, quæ legentes, aut potius ipsos contrahentes fallant. At mens, consensus, & voluntas est semper eadem, nec fallit vsquam. Naturæ igitur contractuum verba seruiunt magis, quàm natura verbis ipsis: quod suprà tradidimus in rubricam huius operis. Qualiter autem sensa captúmque animi contrahentium deprehendas, scitè in hunc locum Alciatus admonet. Cęterùm Bartolus, & post eũ Alexander hîc mirè disputant, An emphyteusis concessa emphyteutæ suisque successoribus, legari possit, Illos intereà legito, & meditare.

CALLISTRATVS LIB. II. QVAESTIONVM.
LEX CCXX.

LIberorum appellatione, nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his descendunt, continẽtur. Hos enim omneis liberorum appellatione lex xii. Tabul. comprehendit. Toties enim leges necessariũ ducunt, cognationum singularum nominibus vti, veluti filii nepotis, pronepotis, cæterorúmque, qui ex his descendunt, quoties nõ omnibus, qui post eos sunt, præstitũ voluerint: sed solis his succurrerent, quos nominatim enumerarent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus, qui ex eodem genere orti sunt, Liberorum appellatione comprehenduntur. Sed & Papirius Fronto lib. iiii. Responsorum, ait, Prædio cum villico & conturbenali eius, & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri, nisi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ri, nisi voluntas testatoris aliter se se habeat: filii enim appellatione, sæpe & nepotes accipi, multifariàm placere. Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum hæredē reliquit. Præter hæc omnia, natura nos quoque docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione, omneis qui ex nobis descendunt, continere. Neq; enim dulciori nomine possumus nepotes nostros, quā filii, appellare. Etenim idcirco filios, filiāsue cōcipimus, atq; edimus vt ex prole eorū earúmue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

SVMMARIVM.

1 Liberorum appellatio, ad inferiores & descendentes etiam vtriusq; sexus in infinitū extenditur.

1 LIBERORVM. Quemadmodū nomen Parentis ad superiores vtriusque sexus, & in infinitum extendi solet, ita & liberorum appellatio ad inferiores ac descendentes etiam sexus vtriusq; in infinitum: vt ad maiores videlicet, nomen parentes, ad posteros, liberorū appellatio referatur, nisi aliud nominatim sit cautū. Quā rem latè suprà satis discussimus: Et Fran. Connānus li. decimo Cōmentariorū iuris ciuil. ca. j. Alex. Neapo. li. j. Gen. dierū. ca. xv. Crinitus li. xv. de honest. cap. viij. permulta & amplissima de hac re tradiderunt.

PAVLVS LIB. X. RESPONSORVM.

LEX CCXXI.

PAulus respondet, Falsum tutorem eum verè dici, qui tutor non est, siue habenti tutorē datus est, siue non: sicut falsum testamentum, quod testamentū nō est: & modius iniquus qui modius nō est.

SVMMARIVM.

1 Tutor falsus quis dicatur. Quis item falsus procurator.

PAVLVS RESPONDET. Ne, dum falsus tutor adhibetur, decipiantur cōtrahentes, proposuit Prætor ex æquitate edictum, quo restituatur is qui falso tutore authore aliquid gessit, ac cōtraxit, si modò eum falsum tutorem esse, ignorasset. Est autem falsus tutor, qui vel tutorē habenti datus est; vel si furiosus datus est, & ob eam rem authoritatē præstare nō posit: vel si ad aliam regionem sit datus. Eiusmodi tutor perinde habetur ac si tutor non esset, vt traditum est ab Vlpia. in l. j. ff. Quod falsi tuto. author. gest. esse dicit. Sic falsus procurator, id est, qui mandatum omnino non habuit, aut si reuocatum fuit mandatum, procurator non est: ac quod cum eo gestum erit, ratum non habebitur. Dici quoq; potest falsus procurator, si est furiosus, & minor xxv. annis, vt quia huiusmodi defendere non possunt, atque ipsis, eorúmque fideiussoribus, per in integrum restitutionem succurritur, vt testis est Vlpia. in l. minor. ff. de procur. At quod diximus falsum procu-

Falsus procurator quis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ratorem eum quidem esse si re uocatum fuerit mandatum, ratúmque non futurum quod cum eo gestum erit, id accipiendum censeo, si vel iudici, vel aduersario obscura, nec comperta fuerit istiusmodi mandati re uocatio. cap. mandato, extra de procurat. & Accursius in l. si procuratorem. in verb. mutata. ff. eod. tít. hãc rem diffuse tradit. Aliôqui falsus procurator, videlicet qui nullum vsquam accepit mandatum, depositum recipiendo, vel æs alienum exigendo citra domini voluntatem, furtum facit: ac præter rei restitutionem, actione dupli nec manifesti furti conuenitur. Quod Imperatores Maximinia. & Dioclet. rescripserũt. l. falsus. C. de furtis. Cæterum Alciatus doctissimè, vt solet, & dilucidè hoc responsum Pauli enarrat.

HERMOGENIANVS LIB. II. IVRIS EPITOM.
LEX CCXXII.

PEcuniæ nomine, non solùm numerata pecunia, sed omnes res, tam soli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura cõtinentur.

SVMMARIVM.

1 Pecuniæ appellatione quid comprehendatur.
2 χρημάτων verbo, quid veniat.

PECVNIAE. Variam & generalẽ pecuniæ appellationem docet hîc Hermogenianus, videlicet, & numeratã pecuniã, & res mobiles simul & immobiles, & tam corpora, quàm iura continere, Cicero Act. iij. in Verrem, pecuniam pro heredi tate posuit, ac pro omnibus his rebus, quæ in hæreditate essent, tũ mobilibus, tum etiam immobilibus. Demosthenes πρὸς τὸν λακρ. pro mercibus διαγραφείσῃ τάλαντα χρήματα. Apud iurisconsultos quoque, χρήματων appellatione tàm mobilia, quàm immobilia veniunt: hôcque conueniunt Latini cum Græcis in voce & significatione harum duarum dictionum: tam enim patet eadẽ apud Græcos, quàm altera apud suos Latinos. Sũt autem χρήματα, βοσκήματα, βασιλήματα, census denique & facultates, opes, bona, & fortunæ: id est, τὰ παρόντα, τὰ ὄντα, παρὰ τὸ χρῆσιμα εἶναι, vt Xenophon in Oecono. docet, sub principium. Vide quæ in hanc rem scripsimus diffuse καὶ πᾶν δίκαιον supra in l. Pecuniæ, & in l. seq. & in l. rei appellatio.

PAVLVS LIB. III. SENTENTIARVM.
LEX CCXXIII.

LAtæ culpæ finis, est non intelligere, quod omnes intelligunt. Amicos appellare omneis debemus, non leui amicitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamiliâs honestis familiaritatis quæsita rationibus.

SVMMARIVM.

1 Culpa lata quid.
2 In testibus quid discutiendum & explorandum.
3 Amicitiæ nomen, an à testimonio quem reiiciat. Et nu. 5.
4 Amicitiæ duplex genus.

LATAE

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LATAE CVLPAE. Quia in deposito venit dolus: & huic proxima lata culpa vt l.j.& l.quod Nerua.ff.deposit. refert scire, quid sit lata culpa. Lata igitur culpa (inquit
1 Paulus)est,cùm quis id se non intelligere nec scire prætexit, quod quemuis rudem ac ignorantem latêre non debet. Quocirca dolo æquiparari dicitur.Eam tamen præstare quis non tenebitur,si ex ignauia aut negligentia tantùm,nõ si versutia, fraudéve contracta sit.§.Præterea. Institu.quib.mod.re cõtra.oblig.Iasi.in d.l.quod Nerua.Iam verò, quando lata culpa dolo sit proxima, eleganter hoc loco Alciatus exequitur. Vide quæ dicam infrà.l.Magna negligentia.

SAMICOS. In excutiẽda testium fide(ait Callistratus,l.iij. ff.de testib.)In persona eorum exploranda erunt hæc. Impri mis conditio cuiusque; vtrùm quis Decurio an plebeius sit:
2 & an honestæ & inculpatæ vitæ:an ei inimicus sit aduersus quem testimonium fert:vel amicus ei sit, pro quo testimoniũ dat. Baldus in l.eos. C.de testib.tradit nomen,amicitiæ non esse satisad expellendum
3 quem à ferẽdo testimonio.In quem locum scribens Cynus censet, amicitiam nõ in totum testem improbare: sed efficere,vt tanta eadem fides adhiberi non debeat.At sæpe inter Iurisconsultos est dubitatum,quę porrò amicitia dicẽda esset,ob quam testis amici fidem imminui oporteret.
4 Et quidem duplex amicitiæ genus potissimum tradũt Philosophi: vnum quod à naturæ fonte proficiscitur, quando ad aliquem animum appulimus cum quodam sensu amandi, cuiuscum moribus & natura congruamus.Est(inquit Cicero lib.primo Officio.)ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.Quare idem ipse in Lælio sic amicitiam diffiniuit,vt nihil aliud sit, quàm omnium diuinorum humanarúmque rerum cum beneuolentia &charitate summa consensio.Et hanc quidem amicitiam,quoniam ea virtutũ adiutrix à natura data est, non autem vitiorũ sit comes,neque ab amico fieri quicquã patiatur, quod & *Amicitia diffinitur.*
5 æquitati & honesto repugnet,existimo à testimoniis arceri nõ debere. At quæ ex vtilitate orta est amicitia, & vtilitatibus tantùm metiri solet, vt quia libidini,cupiditatibus,& vitiis patet, nulla ratione debet admitti ad dicendum pro testimonio.

VLPIAN. LIB. VIII. STIPVLAT.

LEX CCCXXIIII.

VInculorum appellatione,vel priuata, vel publica vincula significantur: custodiæ verò tantùm publica custodia.

VINCVLORVM. Quæ vincula publica, quæ item priuata dicantur,dictum est suprà à nobis in l.verum est.

IVLIANVS LIB. I. DISPVT.

LEX CCCXXV.

FVgitiuus est,non is qui solũ fugiendi consilium à domino susceperit,licet id se facturum iactauerit:sed qui ipso facto fugæ ini-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tium & mente deduxerit, nam & furem adulterum, alcatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset: vt etiam is, qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamiliâs corruperit, si modò eius mentis sit, vt occasione data id commissurus sit: tamen oportere eadem hæc crimina adsumpto actu intelligi, & ideo fugitiuum quoque & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

SVMMARIVM.

1 Seruus fugitiuus quis propriè dicatur.

FVGITIVVS. Propriè nõ dicitur seruus fugitiuus, qui fugam tantùm cogitauit, atque idipsum facere sevelle iactauerit: sed qui re ipsa à domino suo aufugerit: & qui huiusmodi seruũ vendiderit, ẹdilitij edicti pœna teneri non debet. Tum enim vitium animi dicẽdum erit, quando effectu aliquo patêre cœperit. Quis autem fugitiuus dicatur, amplissime tradit Vlpianus in l. quis sit. ff. de ædilit. edict. 1

PAVLVS LIB. I. MANVALIVM.
LEX CCXXVI.

MAgna negligentia, culpa est: magna culpa dolus est.

SVMMARIVM.

1 Negligentia magna, quæ & quid lata, quid item leuis culpa.
2 Peccatum non dicitur sine dolo.

MAGNA. Pulus hîc magnam negligentiam vocauit, quam aliôqui latam culpam dicimus: quæ quidẽ cõmittitur, quando in rerum alienarum cura non tam diligẽtes & soliciti sumus, quàm in nostris tractandis esse solemus. Vnde si negligentia nostra alicui damnum datum est, & quidem poteramus damnum illud anteuertere, & imminenti occurrere prudentes, tenemur ea negligentia, vt quæ dolo fraudique coniuncta sit. Quare ea ipsa negligẽtia, quę magna esse dicitur, culpa annumerari debet, quæ dolo adscribitur. At cùm nescientes, imprudẽtes & incauti peccamus, tum leuis culpa dici solet, quoniam à delicto & scelere sit remotior. Solum quippe dolum saucíri ac puniri oportet: non enim absquę dolo peccatũ dicitur. Vide in hãc rem Fran. Connannum lib. septimo, capite, de deposito. Et Vldr. Zasium intellect. singular. in l. quod Nerua. ff. deposi.

Lata culpa quæ.
Leuis culpa
Cap. iiij.

IDEM LIB. II. MANVAL.
LEX CCXXVII.

EX illa parte edicti, tum quem, ei hæredem esse oportet, hæredis hæredibus bonorum possessio non defertur. Item in substitutione his verbis, *Quisquis mihi hæres erit,* proximus hæres tantùm significatur. Imò non tantum proximus hæres, sed etiam scriptus

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IDEM LIB. SINGVLAR. DE COGNITIO.

LEX CCXXVIII.

MVnicipes intelligendi sunt & hi, qui in eodem municipio nati sunt.

MVNICIPES. Qui dicantur municipes, & quæ municipia, satis Aulus Gellius libro decimosexto noct. Atticarum, capitulo decimotertio, explicat: & Alciatus in hunc locum: & iterùm libro tertio dispunction. capitulo quinto.

IDEM LIB. SINGVL. DE TACIT. FIDEICOM.

LEX CCXXIX.

TRansacta finitáue intelligere debemus, non solùm quibus controuersia fuit, sed etiã quæ sine controuersia sint possessa.

IDEM LIB. SINGVL. SC. ORFICIANI.

LEX CCXXX.

VT sunt iudicio terminata, transactione composita longioris temporis silentio finita.

TRANSACTA. Hæc duo capita satis explicat Alciatus. Cæterùm vide Connann. lib. v. Commen. Iuris ciuilis, c. de transact. quo loco multa ad hanc rem pertinentia eleganter tradit. Capo.

IDEM LIB. SINGVL. AD SC. TERTYLIA.

LEX CCXXXI.

QVod dicimus eum, qui nasci speratur, pro superstite esse, tunc verum est, cùm de ipsius iure quæritur: aliis autem non prodest, nisi natus.

SVMMARIVM.

1 Eum, qui in vtero est, pro iam nato haberi, quomodo accipiendum.

QVOD DICIMVS. Hoc loco Paulus, ius, pro vtilitate vsurpauit. Quare cùm dicimus, eum qui in vtero est, pro iam nato haberi, tunc verum esse Paulus ipse asseruit, si modò quæstio est de eius iure, id est, de vtilitate. Vide quæ suprà in hanc rem diximus.

CAIVS LIB. I. DE VERBOR. OBLIG.

LEX CCXXXII.

HAec enuntiatio, Quæ fuit pluris aureorum xxx. simul & quantitatis, & æstimationis significatiua est.

HAEC ENVNCIATIO. Vide quæ in hanc rem diximus suprà in l. propemodum. & l. hæc adiectio.

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. TABVL.

LEX CCXXXIII.

SI calumnietur, & frustretur, & moretur: inde & calumniatores appellati sunt, quia per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus. Inde & cauillatio dicta est. Post Calendas Ianuarias

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur. Telum vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Ita ſequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur, dictúmque ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum, ἀπὸ τῆς τηλοῦ. Et hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi ΒΕΛΟΣ appellant, óque nomine vulgò quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur, ſed non minus omne ſignificatur, quod cum mittitur manu, ΑΠΟ ΤΟΥ ΒΑΛΛΕΣΘΑΙ. admonet nos ΞΕΝΟΦΩΝ, nam ita ſcribit. ΚΑΙ ΤΑ ΒΕΛΗ ΟΜΟΣΕ ΕΦΕΡΕ. ΤΟ ΑΟΓΧΑΙ, ΤΟΞΕΥΜΑΤΑ, ΣΦΕΝΔΟΝΑΙ: ΠΑΕΙΣΤΟΙ ΔΕ ΚΑΙ ΛΙΘΟΙ. Et id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine ΤΟΞΕΥΜΑ vocatur: apud nos autẽ cõmuni nomine telũ appellatur.

SI CALVMNIETVR. Hunc locum verè Alciatus explicat.

SVMMARIVM.

1 Telum quid. Et quotupliciter accipiatur.
2 Βέλος quid Græcis.
3 Telum, pro enſe & gladio vſurpari.

SI TELVM. Non ſolùm ſignificat Telum ſagittam, quæ arcu mittitur, ſed quodcunq; brachio vibrari ſolet, & in longinquũ emitti, ſed & omne armorũ genus quod nocẽdi cauſa habetur. Vnde ipſe Caius in l. ſi pignore. §. furem. ff. de furtis. Furem (inquit) interdiu deprehenſum nõ aliter occidere Lex xij. tab. permiſit, quàm ſi telo ſe defendat. Teli autẽ appellatione, & ferrum, & fũſtis, & lapis, & deniq; omne, quod nocẽdi cauſa habetur, ſignificatur. Huius meminit M. Cicer. in Orat. pro Mil. Quod ſi xij. tabulæ nocturnum furem quoquomodo, diurnum autẽ, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt, quis eſt qui quoquomodo interfectus ſit, puniendum putet? cum videat gladium nobis ad occidendum hominẽ ab ipſis porrigi legibus. Et idem paulò pòſt. Et ſi perſapienter, & quodãmodo tacitè dat ipſa lex poteſtatẽ defendẽdi, quæ nõ modò hominẽ occidi, ſed eſſe cũ telo hominis occidendi cauſa vetat, vt cũ cauſa nõ telum quæreretur, qui ſui defendendi cauſa telo eſſet vſus, nõ hominis occidendi cauſa telũ habuiſſe iudicaretur. Hîc Cicero telum vſurpauit pro enſe & gladio, aut eo armorum genere, quod offendendi cauſa haberetur. Virgilius libro nono Aeneid. In hoc ſignificatum videtur poſuiſſe his verbis.

Figite me, ſi qua eſt pietas, in me omnia tela
Coniicite, ô Rutuli, me primam abſumite ferro:
Aut tu magne pater diuùm miſerere: tuóque
Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. Idem paulò pòſt.
-Telorum effundere contrà Omne genus Teucri.

Et idem lib. viij. Aeneid. *De ſuper Alcides telis premit, omniáque arma*
Aduocat: & ramis vaſtiſque molaribus inſtat. Et idem libr. ij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ast alij subeunt, nec saxa nec vllum
Telorum intereà cessat genus. Et iterum:
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.

Omne genus telorum dixit, id est, quodcunque manu iaci & vibrari longè potest, ἀπὸ τῆς τηλοῦ, quod de longinquo significat: aut ἀπὸ τῆς τηλε. Hoc Græci vocant ἀκόντιον. Vnde Theophilus titulo de publicis iudic. dixit: τοξεύματα μὲν τὰ ἀκοντία, quod in Latinis institutionibus Iustiniani scriptũ est, qui cum telo ambulant. Ponitur enim telum aliquando pro sagitta; quæ à Græcis τὸ βέλος, παρὰ τὸ βάλλειν, quod arcu mittere significat. ἐξακόντισον τὰ βέλεσσι, καὶ συντάραξον αὐτούς. Emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Psalm: 143. Virgilius supradicto libro nono, tela pro sagittis dixit:

Intendunt acres arcus amentáque torquent,
Sternitur omne solum telis.

Sic Xenophon, quem noster Caius citat, τὰ βέλη, pro telis dixit: τὰ βέλη ἐμοῦ ἐγκείσθω τοῖς ἀγκῶσι τοξεύματα, &c. Quem locum Theophil. legit ἐμοῦ ἐφίστω, simul adferebantur. Et idem ipse Virgilius eodem libro nono, paulò sub locum proximè citatum, telum pro ense & gladio vsurpauit, his verbis:

At non hoc telum, mea quod vi dextera versat
Effugies, neque enim is teli nec vulneris author.
Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem.

Quem locum Seruius explicans, in hæc verba scribit: Telum hoc loco gladium dixit à longitudine. Vnde & mustella dicitur, quasi mus longus. Telum autem pro gladio posuisse illud significat, quod infert paulò pòst, *consurgit in ensem.* *Telum pro gladio.*

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. TABVL.
LEX CCXXXIIII.

QVos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionẽ indicantes eum quibus bellum esset. Locuples est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. Verbum viuere, quidam putant ad cibum pertinere: Sed Offilius ad Atticum ait: his verbis & vestimenta & stramenta contineri, sine his enim viuere neminem posse.

SVMMÁRIVM.

1 Hostis, quis dicatur. Quis perduellio. Et eius criminis pœna. & nuncupatio.

1 VOS NOS. Qui sint hostes, & de huius vocis significatione varia diximus suprà in l. hostes. Cæterùm Perduelles dicuntur, qui principis & reipubl. inimici habentur: sed & qui máiestatem Principis soluere & imminuere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Perduelles quare dicebantur hostes.

re sunt conati. Hos quia tanquam pop.Romanus hostes habebat, hostes postea perduelles appellati sunt à veteribus:qui peregrini quoque dicti sunt: quoniam seruos ac omnes extraneos,& qui filiorũ numero non essent,pro hostibus habebant. T.Liuius lib.ij.decad.v.Ea omnia cum cura facta,Haruspices in bonum versurum id prodigium,prolationémque finium,& interitum perduellium portendi responderunt:quod ex hostibus spolia fuissent ea rostra, quæ tempestas disiecisset.Et lib.ix.decad.iij. in quadam Scipionis concione:Saluos incolumésque victis perduellibus, victores spoliis decoratos, præda onustos, triumphantésque mecum domos reduces sistatis:inimicorum hostiũmque vlciscendorum copiam faxitis.Idem lib.v.decad.v.Inde,quod ad honorem deorum immortalium pertineret, decreuit Senatus,vt quoniam perduelles superati Perseus & Gentius reges cum Macedonia atque Illyrico in potestate pop.Rom.essent,&c.Olim perduellionis crimen inter scelera atrocissima reponi solebat. Vnde Horatius, ob sororem interfectam, huius nepharij criminis iudicium subire est iussus, & hostilitatis reus peractus est.Quod quidem iudicium exercuit Tullus Hostilius:& conuocato populo Duumuiros fecit,qui perduellionem Horatium iudicarent secundum legem: cuius legis carmen prodit Liuius.Duumuiri perduellionem iudicent:si à duumuiris prouocarit, prouocatione certato:si vincent, caput obnubito,infelici arbori reste suspendito:verberato vel intra pomœrium, vel extra pomœrium. Quæ lex horrendi carminis,grauitatem facinoris in perduellione, qui velut hostili manu(hoc ipsum perduellis nomine significante) perpetrarat, iudicabat. Cicero libro secundo Officio. Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset,is hostis vocaretur,lenitate verbi tristitiam mitigante. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur,quem nunc peregrinum dicimus.

Hostis peregrinus.

IDEM LIB. III.

LEX CCXXXV.

FErri propriè dicimus,quæ quis suo corpore baiulat: portari ea, quæ quis iumento secum ducit: agi ea,quæ animalia sunt.Fabros lignarios dicimus, non eos duntaxat, qui ligna dolarent,sed omnes, qui ædificarent.

SVMMARIVM.

1 Faber quis dicatur.
2 Τέκτων, quid Græcis,& vnde dicatur.

Cap.xliij.

FABROS. Laurentius Valensis libro quarto elegantiarum existimauit Fabros,& fabricam propriè de lignariis dici, vt aurificiná,de aurificis:in quo longè fallitur.Tam enim dicitur faber ferrarius, lapidarius, & aurarius, quàm lignarius. Fabrum autem Græci τέκτονα vocant, παρὰ τὸ τέχνη, quod Suidas docet vocabulum ad lapidarios simul & ad lignarios pertinere. Aliquando

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quando τέκτονα architectum etiam vertunt. Tritum est apud Latinos proüerbium. Quas struxit faber compedes ipse ferat. Cuius quoque meminit Ausonius, & Rhodoginus lib. xvij. lectionum antiq. Quod videtur fa-
3 bris ferrariis maximè conuenire. Fabros præterea cæmentarios, & ærarios dixit Vitruuius. Et fabricam ipse (à qua fabros nominamus) lib. j. definit esse continuatam ac tritam vsus meditationem, quę manibus perficitur è materia cuiuscunque generis. Quare faber est dictio media, quę secundum epitheta & adiecta significationem admittit. Itaque fabros tignarios dicimus (inquit Caius) omnes qui ædificarent. Nam cùm tignum dicatur quicquid ædificationi paratum ac destinatum est, sicut materia, à tigno faber tignarius denominatur: quemadmodum à materia, materiarius. Vide quæ diximus suprà in l. tigni appellatione.

Cap. viij. Vitru. lib. j. cap. ij.

Fabrica quid.

IDEM LIB. III. AD LEG. XII. TABVL.

LEX CCXXXVI.

QVi venenum dicit, adiicere debet vtrum malum, an bonum: nam medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum esset, mutat, cùm id, quod nos venenum appellamus, Græci ΦΑΡΜΑΚΟΝ dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur: vnde adiectione alterius, nomine distinctio fit, admonet nos sumimus apud eos poëtarum Homerus; nam sic ait; ΦΑΡΜΑΚΑ ΠΟΛΛΑ ΜΕΝ ΕΣΘΛΑ ΜΕΜΙΓΜΕΝΑ, ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΛΥΓΡΑ. Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iabolenus ait, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ΑΚΡΟΔΡΥΑ appellantur.

SVMMARIVM.

1 Venenum, quid: & vnde dictum.
2 Φάρμακον, quid Græcis.
3 Φαρμακία, quid.
4 Venenum, μέθη verb. est.



1 QVI VENENVM. Venenum dicitur, quod intrà venas eat. Vnde Poëtæ frequenter accipiunt venenum pro amore. Virgilius libro quarto Aeneidos:

Vulnus alit venis & cæco carpitur igni.

Et libro primo.

Occultum inspirans ignem, fallitque veneno.

Qui (inquit Caius) venenum dicit, adiicere debet, vtrùm bonum esset, an malum. Est enim venenum ἢ μέθη, & ex his quę ex coniuncti sunt epitheta: vt ferrum, ait Seruius, odor, facinus. Nam inutile ferrum dixit Virgilius: dicitur & odor bonus & malus, bonum facinus & malum facinus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sic bonum venenum, & malum venenum: cum medicamenta sæpe venena sint. Apolonius Tyanæus apud Philostratum lib. tertio, dicebat necessarium esse venenis vti ad permultas ægritudines: & qui medicamentis pernitiosissima venena miscuissent, non absque ratione & præcognitione quadam id fecisse, Ea ratione Græci φάρμακον dicunt συμμαχὸν pro medicamento adiuuante naturam aduersus morbos grassanteis, & pro nocente ac veneno. Quod hoc loco Caius ex Homeri Odyss. quarto comprobat. Quem quidem locum Budæus in Annotationibus posteriorib. latiùs repetit, & doctè interpretatur. Sæpius tamen φάρμακα ab illis accipiuntur pro medicamentis quæ aduersus morbos adhiberi solent: & quod medicari dicimus latinè, φαρμακεύειν dicunt illi: quod pro hac significatione familiare est Hippocrati. Is lib. primo Aphorismorũ. οἷσπερ φαρμακεύειν, καὶ κοπτέειν φαρμακεύειν. μὴ ὅμα &c. φαρμακεύειν, τὴν ἐξ, χρὴ δὲ φαρμάκῳ καθαίρειν: sic enim φαρμακεύειν Galenus in Hippocratem interpretatur. Et idem Hippocra. libro quarto aphoris. τὰς νούσους φαρμακεύειν ἢ ὀργᾶν &c. Vtero gerentes medicari oportet: id est, medicamento purgante vti. Inde φαρμακεία Galeno & Philothęo testibus idem est quod καθαρσις Hippocrati, qui medicamenta purgantia φάρμακα appellat. Et quemadmodum eam medicinę partem quę circa sectiones & vstiones versatur, χειρουργίαν, sic eam quæ medicamentorum est, φαρμακείαν dicunt illi. Herodoto colores sunt φάρμακα, sicut venenum Vergilio Ecglo. ij.

Cap. 18.

Medicari.

Aphor. 22.

Alba nec assyrio furatur lana veneno.

Nam re verà nec sine veneno purpureus color, & is quem hodie Scalattã & Cramesium vulgò vocant, non sine veneno solet confici. Quando igitur venenum dicimus, bonum vel malum adijcere debemus. Sic enim Vlpianus in l. Cæteræ. §. j. ff. famil. herciscun. dixit mala medicamenta, & venena in iudicium familiæ herciscundæ venire. Sed hæc significationis differentia omnino à nostris non obseruatur: & parum τῶν τὰ βλαβερὰ facit. §. Glandis. Vide quæ in hunc locum ipse Budæus scripsit elegante r, vbi latissimè interpretatur quæ ἀκριβεῖα propriè dicantur.

IDEM LIB. VI.

LEX CCXXXVII.

PLebs est, cæteri ciues sine Senatoribus. Detestatum &c. est detestatione denuntiatum. Pignus appellatum à pugno: quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur, Vnde etiam videri potest, verum esse, quidam putant pignus propriè rei mobilis constitui. Noxiæ appellatione, omnę delictum continetur.

SVMMARIVM.

Plebs quid: & quid à populo differat,

PLEBS

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 PLEBS. Plebem (inquit Gellius libro decimo) Capito in eadē diffinitione seorsum à Populo diuisit: quoniā in populo pars omnis ciuitatis, omnésque eius ordines contineantur. Plebs verò ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non insunt. Nam plebis appellatione, cæteri ciues sine patriciis & Senatoribus significantur. Populi autem generalius erat nomen, vt quod & vniuersos ciues connumeratis etiam patriciis & Senatoribus, complectatur. Quæ autem & quanta fuerit apud Romanos Patrum Senatorum, Patriciorum, populi plebísque differentia, amplissimè traditur apud Liuium, & in l. secunda, de origin. iuris. *Cap. 20.*

DETESTATVM. Diximus suprà in l. detestatio, de huius vocis significatione amplissimè: eò confuge. Vide etiam quæ de noxa & noxia suprà diximus.

IDEM LIB. IV. AD LEG. XII. TABVL.

L. LEX. CCXXXVIII.

DVobus negatiuis verbis quasi permittit lex magis quàm prohibuit, idque etiam Seruius animaduertit.

SVMMARIVM.

1 Negationes duæ quando vnam affirmatiuam faciant.
2 Negatio geminata frequens apud Atticos.
3 Verba negantia geminata magis permittunt apud iureconsultos, quàm prohibeant.

1 NOBVS. Ea est Latini sermonis lex, hæc vsu trita loquendi consuetudo, vt quotiens dictionum quædam insurgit in oratione contrarietas, negantibus duabus intertextis, adfirmatiua fiat oratio, nec alteram possis negationem tollere; vt nullus tibi non contradicit: nemo sanus hoc non cogitat.
2 Sic apud Atticos, Budæo teste, geminatur plerunque negatio elegantiæ & ornatus gratiā: vt apud Demosthe. οὐ μικρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνιζόμεθα· οὐδὲ τὰ τυχόντα ἡ τῶν ἐναντίων ἀπόφασις κινδυνεύει· ἀλλ' ἐν ᾧ δικαστηρίῳ κρίνεσθαι μέλλομεν, οὐδὲν ἔστιν οὐδὲ ἕν, ὃ μὴ δι' ἀμφοῖν τοῖν ἀρνήσεοιν ἀπῶμεν. Aliquando triplex negatio recte & elegantef ponitur. Vt non modò non absoluo hunc, sed ne leui quidem pœna cum eo transigendum esse puto. Quem loquendi modum ἀκριβῶς discutit Valla libro tertio elegan. Iureconsulti quoque cùm verba negantia geminant, volunt eiusmodi orationem permittere magis quàm prohibere, & adfirmare potiùs, quàm negare. Vlpianus in l. fluminum. ff. de damn. infect. Quis enim (inquit) dubitat neminem esse à quo stipuletur, cum nemine nihil faciente locus ipse publicus damnum inferat sui natura? Et hic redundat negatiua vox, nemine. Iulianus in l. qui pignoris. ff. de acquir. poss. Nam cùm creditoris possessio non impediat vsucapionem, longè minus precarij rogatio impedimento esse non debet: cum plus iuris in possessione habeat qui *Laur. Valla lib. iij. c. 27.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

precario rogauerit, quàm qui omnino non possidet. Duæ similiter hoc loci negationes, vnius vim tantùm habent. Sed hoc quidem neque passim neque semper valet. Nam si Rusticus, & qui omnino est literarum expers dicat, Nego me tibi hoc ipsum non debere, aut quiduis aliud eiusmodi, sane adfirmare voluisse minimè censebitur. Quæ sententia est Cyni, Saliceti, & Baldi in l. Qui se patris. C. vnde liberi. Idem Bald. in l. j. C. de ser. fugiti. Quo loco tradit quando plures dictiones negantes aut negant, aut adfirmant.

Limitatio huius l.

POMPON. LIB. SINGVL. ENCHIRIDII.
LEX CCXXXIX.

PVpillus est, qui cùm impubes est, desiit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione. Seruorum appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores nostri captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent. Incola est, qui aliqua regione domicilium suum contulit, quem Græci ΠΑΡΟΙΚΟΝ appellant. Nec tantùm hi qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam, qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum, se, quasi in aliquam sedem recipiant. Munus publicum est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos, vniuersosque ciues, rémque eorum imperio magistratus extraordinarium peruenit. Aduena est, quem Græci ΑΠΟΙΚΟΝ appellant. Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd initio cùm colonias deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi solita sit. Vrbs ab vrbo appellata est. Vrbare, est aratro definire: & Varus ait, vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet. Oppidum ab ope dicitur, quòd eius rei causa mœnia sint constituta. Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est, summouendi ius habet. Verbum Suum, ambiguum est, vtrum de toto, an de parte significat. Et ideo qui iurat suum non esse, adiicere debet, neque sibi communem esse.

PVPILLVS. De huius vocis significatione, satis multa diximus suprà. Vnde superfluum esset eadem hoc loco repetere.

SVMMARIVM.

1 Incola quis. & numer. 2.
3 Παροικος, qui.
4 Parochiæ & Parochiani ineptè appellantur à iuris Canonici doctoribus.
5 Nuptialis currus solemnitas apud Græcos.
6 Parochiæ publicæ.

Incola

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

1 INCOLA. Incola est quem aliôqui peregrinum dici mus, qui in alienam ciuitatem venit diu habitaturus: nec tamẽ ius ciuitatis habet, nec ciuiles capit honores, tributis pendendis obnoxius, quod tributũ μετοίκιον dicitur: nam illi inco-
2 læ dicuntur à Græcis μέτοικοι frequentiùs quàm πάροικοι. Rectè tamen incolam πάροικον vocari Pompo. tradidit. Vnde in sacro Euangelio Lucæ, καὶ ὦσιν πάροικοι καὶ παρεπίδημοι. Tu solus peregrinus es, aut peregrinaris, id est, aduena es, vt Erasmus Roterod. in eundem locum interpretatur. Nam & incola & aduena sunt eiusdem significationis. d. Lucas in Actis apostolo. τοὺς παρεπιδήμους καὶ ἐπιδημοῦντας aduenas dixisse videtur, cap. secundo: qui etiam πρόσοικοι Budæo teste. Aduena etiam ἐπήλυς apud Isocratem dicitur, vt ipse Budæus adnotauit, quem tamen ἔποικον Pomponius dici censet. Budæus legit ἔποικον, de qua re permulta in hunc locum eleganter scripsit. In Græca versione Psalmi cxix. παροικία pro incolatu ponitur. Οἰμοι ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη, κατῴκησα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ, πολλὰ παῴκησεν ἡ ψυχή μου. hic παῴκησεν vertunt Latini interpretes, peregrinata est, vel incola fuit. παροικία autem propriè
3 vicinia interpretatur: & πάροικοι vicini. Quam quidem ego significationem potiorem esse crediderim. Sic enim apud Græcos authores passim vsurpari vidimus. Quare, qui phanum aliquod accolunt, πάροικοι dicuntur, eiusdem scilicet phani consortes, Paroeci. Quod hodie Francia vernacula videtur vsurpare his vocibus, *Paroëce & Paroëciens*, sed per διέρεσιν. Quod propè accedit ad dictionem Paroeciam & Paroeci, si addas syllabam, *ens*, vulgò tamen, sed perperam & corruptè scribi-
4 tur, *Parroisse & Parroissiens*. Et nostri pontificiarum constitutionum professores, parrochias & parrochiam dicunt: quod à syncera Latinitate abhorret. Quod si Latinè (inquit Budæus) loqui magis placet Latinè scientibus Paroeciæ, Curiæ dici possunt. Vnde Curiones olim dicti: & πάροικοι ipsi, Curiales. Curio autem maximus est, cuius authoritate Curia, omnésque Curiones regebantur, authore Festo: inde Curionatus dici debet, quæ vulgò à nostris cura appellatur: & ædes ipsæ sacræ, Curiatæ, quæ sodalitia non habent, sed accolas suos vendicant. Ad hanc rem facit quod M. Varro dicit Curiam nuncupari, vbi cura sacrorum publica: vnde & Curiones, & Curiarum sacerdotes, & Flamines curiales appellati. Denique & Sacerdotes in sua quisque Curia sacra fecêre, feriásque obseruauêre. Quod & Zasius in suis intellectibus singularibus adnotauit. Qua ratione, qui Parochiæ vocabulo in hanc significationem vtuntur, abutuntur prorsus. Neque etiam Parochus potest dici propriè, quem Curatum vulgo appellamus. Parochum autem Suidas significare ait eum, qui, vt para-
5 nymphus in currum ascendat. In Græcia seruatum morem Pausanias scribit, vt in nuptiali curru tres modò sederent. Media, sponsa: à lateribus sponsus, & quem vocant Parochum, qui amicitiæ vel sanguinis nexu colligatus esset, cuique deferrent plurimùm. Eius rei

Luc. 24.

Paroecia. Paroeci.

Curia. Curiones. Curiales.

Curionatus

Flamines.

Parochus quis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Cap.15. etiam testes sunt Cælius Rhodogi. lectio. antiq. l ib.xxi. & Alciatus Prætermissorum li.primo Dicebantur etiam parochi qui salem & ligna peregrinis Reipub.causa peregrè proficiscentibus præbebant: quos Porphi-
Copiarii qui dicti. rius Copiarios à Latinis vocatos esse tradit. Parochi à Græcis παρόχοι, παρέχειν, quod significat contribuere & in commune aliquid conferre. Pa-
Epistola. 1. rochias publicas Cicero lib.xiij.Epistol. ad Atticum. His quidem exemplis patet, Parœcias non parochias dici oportere: neque parochianos, sed parœcos provicinijs iuxta phanum aliquod. Sic apud Eusebium lib.tertio ecclesiasticæ historiæ cap.xxviij.Dionysius Alexandrinæ parœciæ episcopatum tenuit: & ca.xxxj.Polycarpus Ephesianæ parœcię episcopus.
Cap.23. Et lib.quarto eiusdem operis. Dionysius Atheniensis parœcię episcopatum primus suscepit. Forsan equidem verbum nostrum vulgare, Parociani, à Græca voce παροικοῦσι est mutuatum. Sunt autem παροικοῦσι maritimi & qui iuxta Oceanum habitant.

LVGDVNI,

Excudebat Iacobus Faure.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

INDEX RERVM, VOCVM, ET SENTENTIARVM INSIGNIVM IN IOANNIS BRECHÆI COMMENTARIOS, ORDINE ALPHABETICO DIGESTVS.

Abesse, est ex humanis decessisse. numero 4. pagina 37
Abesse reipublicæ causa, quis, & quot modis dicantur. nume.3. 397
Abortiu præteritio in testamento idipsum non rumpit. nume.6. 281
Abortiu est qui viuus editus non est. nu.7. 282
Abortiu causa, & signa. 281
Abrogare legem, est eam omnino tollere. nu.2. 242
Absens extra territorij fines programmate publico citandus. nu.3. 37
Absens, cui denuntiatur, si vadimonium deserit, iudicémq; negligit. nu.3. 123
Absens non censetur, qui modico interstitio abest. nume.4. 230
Absentia fraudulenta autorem suum nihil iuuat. nume.7. 398
Absentia longa morti æquiparatur: & mori habetur pro iusta necessariaque absentia. nu.8. 399
Absentes quinam dicantur ex iusta & probabili causa: & qualiter eis subueniatur. nu.2. 397
Absentiarum distinctiones. nu.4. 397
Absentiarum quinque genera. nu.1. 397
Abusio est vbi nomen desuit, translatio, vbi aliud fuit. nu.11. 44
Abusio est vsurpatio nominis alieni. nu.10. 44
Accessiones rei petitæ, non actionis iure, sed iudicis officio præstari solent. nu.2. 109
Accusatores, infames & odio habiti. 392
In accusatione ingrati liberti, hæredis nomen propiori tantum competit, nec in infinitum extenditur. nu.2. 172
Acquirere qui potest nec acquirit, nec alienare, nec in fraudem creditorum id fuere censendus est. numu. 18. 91
Acta memoria publicatestata esse debet. nu.6. 60
Acta sunt Commentarij rerum memoratu dignissimarum. nu. 5. 60
Acta, & quid differant Acta, & Gesta. 61
Actio cum sit ius, differt ab his quæ facta sunt, & propterea ab officio iudicis, quod veluti in facto versatur. nu. 4. 107
Actio quæstionis, lis præscriptionis. 23
Actio multa iura continet. nu.8. 108
Actio persequendi ius dicitur, vt ab exceptione differat quæ ius est retinendi. nu.7. 108
Actio est causæ agitatio. nume.5. 110
Actio directa tutelæ infamiam irrogat. nu.6. 131
Actio in personam, petitio in rem dicitur. nu.9. 108
Actio, lis, & causa, res parum distinct. nu.1. 109
Actio in successorem singularem nõ transmittitur. nume.15. 72
Actio ininiuriarum quæ defuncto competebat, ad hæredes non peruenit, nisi contestata iste quatenus ex delicto defuncti ad hæredem peruenerit. nu.27. 74
Actio si denegatur statuti præscripto, non videtur exceptio denegari. nume.14. 24
Actio æris alieni fundum non sequitur, nec minuit. numero 11. 72
Actio nomen est generale. nu.1. 346
Actio proprie de personali dici solet, quod ex personali obligatione nata sit. nu.2. 346
Actio quæ oritur à cure quæ quis in re habet, realis est. nu.3. 346
Actio personalis quæ, & vnde. nu.2. 346
Actio realis quæ & vnde. nu.3. 346
Actio exceptitia. nu.4 420
Actio est ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur. nume.2. 107
Actionis exercitium quando concedatur in stipulatione pura. nu.1. 428
Actionis verbo exceptio non continetur. nu.9. 23
Actionis definitio cum suo definito conuertitur. nume.11. 108
Actionem nullam esse ipso iure, & actionem exceptione summouerì differunt. nu.8. 154
Actionē noxalē nõ habere locū in publicis iudicijs. Et qualiter ex publ. iudicij oriri dicatur. n. 1. et 2. 359
Actionem, causam, litem, iudicium, Græci vnico vocabulo dicunt appellant. nu.10 112
Actionem qui habet ad rem petendam, rem ipsam

*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

habere censetur.nu.3. 158
In actione iniuriarum condemnatio fit officio iudicis.nu.5. 107
In actione reuendicationis aut personalis actionis, partus ancillæ furtiuæ post litem contestatam editus à possessore restituì debet. Idem in pecore. numme.13. 85
Actor popularis etiam post litis contestationem creditor dici non potest, si lex aut magistratus nominatim verbis aliud suadeat.nu.4. 30
Actus omnis generaliter iudicium appellatur.numme.6. 108
Actus rerum. 60
Actus resoluitur in potentiam,nu.4. 372
Actus est genere alius verbum quàm contractus.numme.4. 60
Actus est quò possis vel equus, vel pedes tuò commeare.nu.2. 60
Actus agri spacium, in quo boues aguntur arantes vno impetu.nu.3. 60
Actus rerum summa, & cura,nu.7. 60
Actio à persecutione, vt species à genere.nu.1. 107
Adam quid significat. 315
Adespota in Cæsaris patrimonium recidunt.numme.24. 53
Adespota res,quid. 83
Adolescentia.nu.7. 418
Adulterium est coniugalis thori maculatio, & cum nupta coitio.nu.1. 132
Aduocati officium nobile.nu.5. 397
Aduocati Regij est mulctam dicere.nu.3. 288
Aduocati defensores accusatorum.nu.7. 392
Adulterium cur impiis causa esse debeat diuortij nu.6. 380
Adulterij vindicati exemplum Turon.nu.3. 379
Aerarium quid. 52
Aerarium est pecunia publica, & imperij, fiscus verò pecunia Imperatoris.nu.14. 51
Aerarium Romanum constabat vectigalibus & tributis.nu.36. 55
Aerarium Rom. in Saturni ade obtutum locum reponebatur.nu.22. 52
Aes quis signauit primus. Nota æris. 319
Assimatum nomina sunt octo. nu.1. 300
Aedificium vnde dictum.nu.11. 394
Aedificia apud veteres Romanos quibus rebus tecta erant. 353
Aeris, vt olim, sic hodie argenti nomine, cuiuscunque materiæ numisma signatum intelligitur.numme.1. 319
Aestimare litem capitis, est criminaliter intendere actionem non rei persecutoriam.nu.8. 244
Aetas tertia. nu.7. 417
Aetas constans quæ dicatur, Quæ virilis.nu.8. 418
Aetas media quæ. 528
Aetates hominis sex.nu.7. 417
Aetas prima pueritia. nu.3. 417
Aetatis quatuor discrimina Galeno.nu.4. 417
Αγειν τὸ ψηφοφορεῖν varia significationis verbum, in genere significat, quocunque modo quid facere.numme.1. 59
Agendi potestas. 23
Ager & res idem.nu.2. 86
Ager publicus & vectigalis.nu.3. 87
Ager pro territorio circa vrbem, tantum singulariter dicitur.nu.4. 87
Agri deriuatio tam Latina quàm Græca.nu.1. 86
Agni qui sint, & quando castrandi.nu.2. 292
Agnatio est plebeium, Gentilitas nobilis.nu.1. 149
Agnatio iuris ciuilis est, & quasi.nu.8. 388
Agni sunt minores ad niculis nondum castrati, exinde verueces. Ad-oues cum ad tonsuram veniunt.nu.2. 292
Alcjati locus restituitur.nu.1. 419
Alieno nomine omnis obligatur in solidum tenetur.nu.2. 254
Alienare est rem quæ nostra est dominium nostrum potestatémque ponere.nu.2. 89
Alienare non censetur velle, qui possessionem negligit.nu.7. 90
Alienatio est perfecta emptio, vbi venditor alienatæ à se rei pretium acceperit.nu.3. 90
Alienationis verbum, ad permutationem extenditur.nu.4. 168
Alienatur de euictione tenetur sicut venditor.numme.4. 90
Alienationis nomen hoc loco accipitur generaliter pro omni transitione in manus alterius.nu. 17. 92
Alienum bona fide asserturn, quasi meum censetur.nu.6. 216
Ex alienatione impropria (quæ fit non prohibendo rem suam vsu capi) obuentiones consulares non debentur.nu.6. 90
Alimenta simplici verbo legata, aut pupillo à iudice decreta, vestimenta & habitationem continent, nisi aliter testatorem, aut iudicem voluisse constet.nu.5. 135
Alimenta per fideicommissum relicta sine adiectione quantitatis, secundum solium moriem defuncti, aut aliorum legatariorum comparationem, aut denique defuncti facultates, ac fideicommissarij charitatem erunt modificanda.nu.10. 136
Alimentis legatis medicamenta legata etiam intelliguntur.nu.7. 136
Ambigua secundum communem vsum interpretanda.nu.10. 3
Amicitiæ duplex genus.nu.4. 439
Amicitia diffinitio.nu.4. 439
Amicitiæ nomen, an à testimonio quem reiicias.nu.3.& 5. 439
Amissum censetur quod in rerum natura desijt esse.nu.4. 41
Amittere est suum perdere inscio & nolenti animo.nu.1. 40
Amphora quid, & vnde dicta.nu.4. 421
Amphoteropius. Item, Terrestris, Menstrua, Centesima seu drachmalis. Semis, Unciaria.nu.5. 263
Amplius particula augendi, equandi, interdum minuendi, & confirmandi vim habet.nu.1. 190
Anagoge.nu.5. 350
Ancillæ furtiuæ, & apud emptorè bonæ fidei grauidæ factæ, aut puerperæ partu, non censetur furtiuus, quin vsucapi potest.nu.12. 85
Ἀνδρόλοι.nu.8. 418

Andrion

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Andrion quid.nu.7. 362
Androginus legitimus habetur eius sexus, qui in eo prævalere videtur.nu.10. 116
Androlepsia quid.nu.2. 374
ἀνχνεῖα est iuris legitima successionis.nu.2.3. 234
Angsportum angustia est, sine exitu viæ.nu.5. 160
ἀνὰρ *vnde.* 314
Animalis virtus.nu.2. 279
Animi vitium in seruo vel iumento, venditor præstare non tenetur, nisi id abesse asseuerauerit.nu.2. 233
Anniculus quid.nu.2. 292
Et nu.1. 297
Anniculus est qui ad vltimum anni sui diem, vel tantum in vltimum huius diem attigerit, superstes manerit.nu.2. 297
Annulus signatorius, non ornatus sed confirmationis gratia Romæ constituitur.nu.1. 175
Annulo Romani domi ferreo, foris aureo vtebantur, qui legatis ad exteras gentes proficiscis dabatur.nume.2. 176
Annulo an alio impresso testes signiẽ non refert.nume.2. 120
Annus cœptus pro completo habetur in fauorabilibus.nume.3. 225
Ante, Post.nu.2. 294
Ante, & ad Calendas eundem diem signant, nisi quod hoc includit, illud excludit ipsum Calendarum diem.nu.1. 293
Ante & post in testibus concordandis pro eodem die conuenire non possunt.nu.2. 293
Ante diem decimum, Post diem x.quid.nu.1. 293
Antestari, est in ius vocare.nu.1. 123
Antestati Gallicè recordz.*nu.2.* 123
Antiadet. 230
ἀντιγραφα *in omnibus verborum temporibus ex adiunctis venit intelligenda.nu.1.* 267
Antiquata Roma potentia, & propria ad eam publici significatio.nu.6. 46
ἀνθρωπος *& vnde dictus.* 314
Appellatio virilis ad singulas, & æquales partes pertinet, pro numero personarum.nu.1. 308
Appellatio reliquorum, sic & cæterorum omnes significat in optione rerum legatarum neglecta, id que absque, aliquo proprie ex toto vel vniuerso de eiusq; partem relictam significat.nu.1. 322
Appellatione venditionis comprehenditur donatio, maximè in odiosis cum aliqua precij fit mentio.nu.9. 169
ἀφορμὴ *est non acri studio, & attentione, sed quasi perfunctoriè aliquid facere.nu.7.* 424
Apotheca. 354
ἀπόκλησις *sunt litera ab eo vnde ad eum ad quem appellatur dimissoria.nu.2.* 246
Aqua salientes sunt fontium è terra vel petra erumpentium.nu.4. 189
Arbitrium & compromissum, propriè contractus non sunt.nu.17. 62
Arbitria sunt instar iudiciorum, nec longè differunt ab ordinariis.nu.1. 271
Arbustum est locus arboribus consitus; & arbustare arboribus conserere.nu.3. 187
Arguere quid significet.nu.5. 391
Argentis nota, As, Millia aris quid. 320
Argentaria taberna. 354
Argumentatio ab interpretatione verbi, in iure cessendo nonnunquam assumitur.nu.1. 343
Arma ea omnia dicuntur quibus & nocere, & offendere quis potest.nu.6. 128
Arma dicuntur instrumenta nautica, & rustica.nu.8. 129
Arma ab hæmis humeris, vel ab arcendo Varroni dicta.nu.2. 128
Arma sunt aut offensionis aut defensionis.nu.1. 127
Armentum, in dubio & ambiguo iure de maioribus tantùm pecudibus intelligendum.nu.5. 210
Armenta quasi aramenta, grandiora dicuntur pecora arationi apta: greges verò pecudes minores.nu.3. 209
Armenta sunt grandia animalia armis, aut faciundis, aut ferundis apta.nu.2. 209
Armentorum quàm iumentorum latior appellatio.nu.1. 209
Arteria quid, & vnde dicta.nu.4. 180
Artificum collegia, sublata sunt constitutione regia.nu.3. 197
Artis terminos & voces scirem vnaquaque scientia multum interest.nu.23. 4
Assignare est libertum liberámue alicui ex suis liberis stauere.nu.6. 122
Attilij Reguli bastoria.nu.7. 237
Augurum in captandis auspiciis modus.nu.4. 356
Aureus vnde dicantur.nu.4. 423
Aureus nummus, Aureus in iure, Solidus quare sic dictus. Nummus vnde dictus. 321
Aureus noster, Asis nostri nomen, Denarioluus noster, Quincunx, Semis. 321
Aurum & Argentum in genere legatum non continet pecuniam signatam.nu.3. 15
Aurus cõprehenditur patris appellatione.nu.7. 400
Augustinus quo tempore natus.nu.4. 359
Agos qui numero 1. pagina 276
Βαλανεῖον, *id est, balneum cur sic dictum à Græcis.nu 6.* 334
Balanus quid, et varia eius significatio. 334
Bartoli confuta ata sententia de cõcordandis testibus.nu.2. 294
Basilica.nu.4. 361
Bello vitetur populus, fundus fiebat Pop. Rom.nu.7. 58
Beneficium liberale quo accepit, de referenda gratia tenetur naturaliter, non ciuiliter.nu.10. 28
Bessis olim summa erat vsura.nu.9. 265
Biduũ bisextilis anni pro vno die supputatur, in actione redhibitoria.nu.5. 225
Biduum bisexti pro vno die supputatur in dinumeratione annorum ac mensium: pro duobus verò, in enumeratione dierum.nu.6. 225
Bonarius numerus cententia est, ternarius institia, pythagoricis.nu.11. 127
Bona sunt proprie quæ cùm prosint, nihil vnquam habent incommodi.nu.1. 192
Bona naturaliter ea dicuntur, quæ commodum, sine vllo aut parua admodũ nocumento adferunt sólo

*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rei respectu.nume.5. 143
Bona animi Theologis sunt charismata spiritussanti.nume.4. 143
Bona publicata ei debentur, ad quem fructus eorum pertinent.nu.5. 179
Bona similiter dicuntur quæ iure successionis obuenisse, quocũque periculo lucri vel damni.nu.6. 143
Bona ciuitatis abusiue publica dicuntur.nu.12. 44
Bona sunt animi, corporis, & fortunæ.nu.1. 142
Bona fides quæ in contractibus exigitur, summam æquitatem desiderat.nu.2. 249
Bonorum possessio est sui persequendi, retinendique Imperij.nume.5. 143
Bonorum possessio quid.nu.1. 301
Bonorum appellatio, aut similis est, aut naturalis.nume.3. 422
Bona pro vniuersa hæreditate aliquando accipi.nume.1. 422
Bonorum possessiones sunt vel ordinariæ, vel extraordinariæ.nu.2. 301
Bonorũ possessio est edictalis, & decretalis.nu.3. 301
In bonis non sunt habenda, quæ nullo vsui esse possunt, nume.2. 192
In bonis vxoris iura patronatus est viri.nu.6. 180
Bonum appetere est suapte natura ferri & procliuũ esse in bonum.nu.3. 143
Bonum est quod omnia appetunt.nu.2. 143
In bona fides iudicijs, iudicis officium transferri potest ad eq. qua ante cœptũ iudicium obuenerũt.nu.4.109
In bona fides dubia interpretatione pro possessore est respondendum.nu.9. 250
Bona fides possessor fundo cedere damnatus, impensas vtiles ac necessarias vel retentione consequitur.nume.14. 186
Bos pro nummismate accipitur.nu.3. 128
Bouem habere in lingua dicitur, qui precio vel metu tacet.nu.4. 128
Bubule.nu.6. 393
Bulla.nu.1. 324
Byzhini.nu.4. 358
Caduca bona, & caduci hereditates, sunt quæ cum à vero excidunt domino, in principem, vel fiscum, vel alium instituti incidunt.nu.1. pag.104
Calendarium quid.nu.1. 264
Calculus vel legalis æmula, 50
Cæsar quare sic dictus.nu.14. 283
Cæso matris vtero viuus natus, matri in bonis succedit.nu.14. 284
Cæterò pro Cæterùm, 322
Cano oblatio, indictio, quid. 54
Canonici sunt fratres episcopi, vt cardinales papæ.nume.36, 204
Canonico sacris non initiato, nec capitulo adesse, nec suffragium dicere fas est.nu.28. 202
Capere impropriè nisi cum effectu dicitur.nu.3. 174
Capere est rem ipsam τῶ ἰδίῳ, eiusque persequendæ actionem sine exceptione habere.nu.2. 174
Capitulis ex multis in eodem instrumẽto connexis, ac inuicem dependentibus vnum casum cæteris irritat facit.nu.24. 201
Capitulo de crimine pactio vel transactio ab Imp. cõcessa, de his quæ morte plecti debent intelligitur.nu.5. 244
Capere nõ dicitur, qui vt restituat necesse est. 174
Capitales homines qui pernicioso in bonorum capita incumbunt: & capitalia quæ ipsa capita, & vitam alterius petunt.nu.10. 244
Capitalter damnatus est qui morte, exilio, deportatione aut aqua & igni interdictione plectitur.numero 3. 244
Capite & fortunis canere, vulgo obligare se, sua bona, & corpus.nu.2. 243
De Capite & fortunis agi, de existimatione, fama, & facultatibus intelligitur est.nu.1. 243
Capitularij, seu capitulares sunt Magistratus publici, qui in ciuitate capitulata leges statuunt, aut emendant, & de capitalibus causis cum iudice regio pari sure quærunt.nu.26. 208
Capitulum nomen est collectiuum.nu.27. 202
Capitulum ea exequitur quæ iure communi episcopo cõpetunt, at iure speciali nequaquã.nu.47. 205
Capitulum est rerum summa, columna caput, parum capui, particula opusculi.nu.25. 208
Capitulum vnum est posito vnius facti cum suis quæstionibus, diuersa capitula sunt plura diuersis facta temporibus.nu.23. 201
Carbonum natura quæ.nu.6. 334
Carbones.nu.5. 333
Carcere clausus non dicitur esse in vinculis, neque vinctus.nu.4. 434
Cærybdis. 230
Castrati qui.nu.1. 275
Castratorum animalium nomina.nu.2. 275
Caturæ & suffusionis causa, & curatio.nu. 239
Cathedralis appellatio generalis est, et reliquæ omnes continet, episcopalis verò neutiquam, quæ sacerdotia, præbendas dignitates, & ecclesiarum cathedralium munera non continet.nu.21. 200
Cathedralis ecclesia sacerdotio sodalitio ecclesiæ collegiatæ annexis potest.nu.12. 199
Canere quid. nu.11, 369
Canere alicui.nu.12. 359
Canere ab aliquo.nu.13. 370
Canere est stipulare satisdationem.nu.11. 369
Canere alicui est satisdare. Canere ab aliquo, est satis accipere.nu.12. 369
Cauillari quid.nu.1. 341
Sophisma quid. nu.3, 341
Cauillari est sub dolo verborum aucupio implicitum aduersarium capiare.nu.2. 341
Cauillatio.nu.2. 342
Cauillationis exemplã.nu.2. 342
Cauillatio interdum necessaria ad fraudem fraude tollendam.nu.4. 341
Caupone nomen quid.nu.1. 354
Causa à negotio differt, ut res à circunstantia.numero 4. 150
Causæ omnis disceptatio consistit in cognitione, sententia & executione.nu.4. 217
Causæ naturales rerum sunt in occulto abditæ.nume.2. 299
Causæ diuortij quæ olim fuere: quæ item postea secũdum Imp. constitutiones, 380
Cautio damni infecti quæ.nu.3, 368

Cautio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Cautio prætoria quæ sit.nu.3. 368
Cautio idonea quæ dicatur.nu.3. 368
Cautio prætoria est, vel damni infecti, vel promissionis bonorum.nu.3. 368
Cautio idonea accipienda est secundum qualitatem conditionémque personarum, quæ obligari possint, & conuenirí, & exoluere.nu.4. 368
Cautio syngrapha est, qua concessa nomen, debitum, vtilésque actiones conceduntur.nu.1. 367
Cautio necessaria quæ.nu.6. 368
Cautio voluntaria.nu.6. 369
Cautiones deficiẽtes in prætorijs stipulationibus, æquitate reparantur.nu.10. 369
Cautum dicitur rebus vel personis pignore, vel fideiussore idoneo datorum.2. 368
Cautus quis dicitur.nu.2. 368
Celare emptori quod venditorem scire oportuit, fraus & dolus est.nu.3. 285
Cenotaphium quid.nu.24. 411
Censere, significat subere sententiã dicere, iudicare, succenseré, corrigere, & notare afficere, varíæ significationis.nu.1. 251
Censeri est pretiũ & æstimationẽ metri.nu.4. 252
Censores quos Romæ primum creati.nu.1. 413
Censores Romani, censum ciuium agebãt, ordinesq; lustro notabant, & magistri merũ erant.nu.2. 251
Censoria nota præiudicium erat non iudicium, et tamen ignominiosa.nu.3. 252
Ceramicus apud Athenienses.nu.7. 361
Ceriles fuere primi municipes.nu.6. 58
Cessio bonorum fideiussores non liberat.nu.5. 255
Cessionarius in statutis nomine creditoris censetur, si ei cessum est actione, & obligatione simul.nu.6. 29
Qui chirographum subscripserit libro rationum, eat censetur comprobare.nu.14. 122
In Chirographis ea tantum quæ gesta sunt scribi solent in syngraphis, etiam contra fidem veritatis pactio venit.nu.21. 122
Χρυσέραι verbum quid significet.nu.2. 344
& numero 2. 438
Clarigationes quid vocamus vulgo.nu.8. 372
Clauis iuris est verba ad sanum intellectum reducere.nu.3. 295
Clausula posterior, & diuersa prioris subiunctæ, in stipulando, a priori stipulantem recessisse arguit, nec ad eam obligatur.nu.1. 273
Clerici à sorte dicti sunt.nu.5. 71
Καρποῦ κατοχὴ ἐλευθέρου, est iusta hæreditas, propinquati iure.nu.1. 60
Κατηγορεῖν est antestari & denuntiare testimonium.nu.4. 124
Codex est rationalis liber expẽsis & accepti.nu.3. 18
Codomophori qui.nu.10. 405
Coemptionem facere est matrẽfamilias iungere Viro nu.6. 139
Cognationis triplex iure.nu.2. 150
Cognoscere proprium est præiudicium quibus imperium mandata iurisdictione transferitur.numero 11. 228
Cognoscere, est legitima potestate iurisdicendi officii exercere.nu.1. 226
Cognitio necessaria est vbicunque iudicis officiũ exigitur.nu.6. 226
Cognitio præfecti vigiliũ executionẽ habet.nu.9. 228
Cognitio a principe demandata sententiam excluat: ab lege verò concessa includit.nu.2. 226
Cognitionis verbis manus est, quam notionis.nu.7. 228
Cognitionem qui habet, non propterea iurisdictionẽ, numero 5. 227
Coheredis nomine quod quis præstitit, familiæ hereditatis iudicio repetere potest.nu.8. 372
Collatio colecta. 54
Colonus agri alieni suũ ἔκφυτον dicere potest.nu.3. 216
Colores oculis gratissimi qui.sub nu.7. 237
Collegium, corpus, vniuersitas, capitulum idem significant.nu.22. 200
Cõdexium ecclesiasticũ duo constituere possunt: prophanum tres.nu.9. 198
Collegia, à colligendo seu colligendo dicta.nu.1. 196
Collegium ex ecclesiasticis, & prophanis nusquam ab amplioris facultatis parte nomen, & authoritatem sumit.nu.10. 199
Ad collegium statuendũ, tres esse oportet, vt tertius dissentiam tollat, à maiori parte eius arbitrio statur.nu.48. 205
Collegia sine rectore legitimo coëuntia, conuenticula, & monopolia, iure sunt prohibita.nu.7. 198
Collegia illicita capitis pœna puniuntur.nu.8. 198
Collegiorum quædam licita, quædam non.nu.2. 196
Cœlum πῶς & Græcis quid, & vnde dictũ.nu.4. 355
Cœmeterium quid, & vnde derivatum.nu.7. 361
Cœmeterium quis primus condidit. 362
Cœmeterium templi pars est.nu.5. 361
Commendare quando significat deponere.nu.11. 365
Commendare pecuniam, est deponere, si actium est, vt eadem restituatur, sinautem vt eiusdem, deposita terminos excedat.nu.11. 365
Commendatarijs per totam vitam vti fruilicet fructibus, commendatorum sacerdotiorũ.nu.5. 364
Commodatum dicitur translato quantumuis dominio, si modo ita pactum sit vt eadem species reddaturur.nu.5. 39
Commodatis actio est cum res repetitur eadem. Sin vero pondus rei, & qualitatis valor, actio est præscriptis verbis.nu.4. 39
Commodatum ipsum, in promisso sub conditione commodi, intelligitur subdulcio ere alieno, & salua dignitate status persona promittitur.nu.1. 272
Commune mihi quod cum alio est, meum abusiuè dicitur.nu.12. 217
Communis ex omnium æstimatione apparet quanti res est.nu.3. 348
Cognitio ad extraordinaria iudicia vt plurimum referitur interdum ad alia.nu.3. 227
Conatur rapiendi signo violentia relicto, raptus habetur.nu.3. 25
Concessio generalis ea non comprehendit, quæ in speciem non concederentur.nu.2. 190
Concessio ad vitam dicitur perpetua.nu.32. 203
Conditio vera quæ dicatur.nu.7. 430
Conditio tacita legati transmissionem, aut actionis exercitium impedire non potest.nu.7. 96
Conditio vera quæ dicatur.nu.2. 430
Conditio sit negatiua nec nunquam refert.nu. 151

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Conditiones ad presens aut futurum relatæ propriè non sunt conditiones.nu.2. 151
Sub conditione omnino incerta creditor dici non debet.nu.7. 152
Conditiones in legatis non retrahuntur, non idem in contractibus.nu 9. 296
Conditionalis stipulatio ad heredes transmitti solet in contractibus non idem in legatis.nu.5. 152
Confessio reliqui soluti, totum solutum non arguit.nume.4. 221
Confiscatio bonorum de præsentibus, non de futuris intelligitur.nu.4. 112
Confiscatio est bonorum damnati in erarium publicum, aut principis fiscum redactio.nu.11. 51
Confiscatio bonorum obligationes continet.nu.5. 64
Confiscatione bonorum concessa quid venit. 64
Coniunctio aliquande pro disiunctione accipi solet.nu.1. 94
Coniūctio sæpius interpretationis loco ponitur.n.1.92 304
Coniunctiverbis.nu.2. 304
Coniūcti re sunt, quas res eadem utrique legata connectit.nu.1. 303
Coniunctis ex pluribus vel re, vel verbo legatum cōmune uno extinctō ad alterum deuoluitur,nō iure accrescendi,sed suo & proprio.nu.2. 304
Consignificare,est cum rerum actu circunstātia quoque temporis & locs significare. Alia quoque eiusdem verbi significationes.nu.26. 5
Consuetude loquendi attendenda. 292
Consuetudine Turcnum educatio liberorum ab altero coniugum præstanda,vestimenta,calciamenta, habitationem & institutionem in literis & artibus completitur.nu.6. 135
A vulgari consuetudine loquendi nō licet recedere, nisi aliud in sensu esse appareat.nu.1. 292
Consuetudine peruersa fetuerit non potest episcopus contra sanctiones patrum.nu.37. 204
Constantinus magnus.nu.4. 359
Constantini Imperat. erga Christianorum Ecclesias animus & propositum.nu.4. 359
Constitutio facti obligationē ad heredes transmittent, in his est,quæ per alium non minus cōmodè possint perfici.nu.20. 374
Continētia ciuitatis de eadem censentur,nu.1. 302
Continentia vrbis. 309
Contrahentium mentem magis quàm verba spectari oportere,in conuentionibus.nu.1. 436
Contractus nomine donatio non venit in statutis.nume.12. 62
Contractus hic dicitur obligatio quæ vtrinque inter partes contrahentes concipitur.nu.11. 61
Contractuū natura verba seruiunt,non natura verbis.nu.14 3
Contubernales.nu.3. 354
Contractuum ac pactorum verba distinctione adiuuanda.nu.13. 3
Contrahere verbum vel dictum.nu.9. 61
Ex contractu quis debitor efficitur, & inde creditor.nu.11. 28
Conuentualis ecclesia,pro collegiata non censetur in rescriptis ac mandatis.nu.15. 199
Conuētualis ecclesia,proprie est monachorum,& regularium, collegiata verò secularium,neque canonicorum alis,neque regularis.nu.19 200
Copiarij qui dicti sunt.nu.5. 459
Copulatiuæ propositionis ad veritatem vtranque partem oportet esse veram.nu.2. 269
Coram qualiter accipiendum.nu.1. 423
Corpus,σῶμα,quid. 278
Corpus nullū,sine spiritu animal dici potest.n.1. 178
Corporis vitium simplex, aut cum vitio animi conuinctum redhibetur.nu.3. 134
Cotyledones,acetabula.nu.4. 281
Credere vt Græcis χρῆσιν tam de commodato,quàm de mutuo dicitur.nu.1. 26
Credere & creditores verba sunt generalia.n.4. 26
Creditor dici potest per obligationem quæ ex delicto nascitur.nu.5. 26
Creditor rem creditam auctoritate propria rapiens, actionem perdit.non exceptionem.nu.16. 24
Creditor intra præstitutum pœnæ,& adiectis diem, parte sortis recepta,pœnam & vsuras remisisse censetur.nu.12. 265
Creditor in populari actione dicitur post litis contestationem non ante.nu.3. 30
Creditor dici non debet,sub conditione omnino incerta.nu.7. 152
Creditores censendi sunt,quibus actione ex delicto debetur.nu.1. 28
Creditores sunt qui ex quacunque causa pecuniam solem alijs erogare.nu.5. 26
Creditoribus nostris bona quæ iure suo licet inuadere, nostra censeri non debent,& sic qui debet,non habet.nu.3. 272
Cremium quid.nu.2. 332
Cremiales arbores.nu.2. 332
Crimen non capitale ex cuius pecuniaria multa, vel aliqua corporis sine morte coertio est.n.4 244
Τὸ προβλῆμα est disceptatio quæ ex rationis,& firmamenti concursu exoritur.nu.2. 110
Culpa lata quid.nu.1. 439
Culpa lata quæ.nu.1. 440
Cum,& postquam,dictiones,quid importent. numero 1.& 4. 435
Cum potero,qualiter intelligatur. 282
Curatores,idem & filij compellendi sunt,ad implendam defuncti voluntatem.nu.2. 403
Curia,Curiones,Curiales. 449
Curionatus.nu.4. 449
Custodia. 424



Damnati bona confiscata,& à primato aliquo empta,si damnatus postea restituatur in integrum, ab emptore non veniunt restituenda,sed à fisco.nu.4. 65
Dare verbum, intelligendum est, & de precio rei venditæ,& si quid emptionis causa est erogatum.nu.2. 177
Dare propriè est rei dominium in accipientem transferre,impropriè verò est solo vsu, aut possessione, aut emphyteusi, aut fundo, aut locato,aut alio quouis modo rem tradere.nu.3. 177
Dare censetur qui rem debitam alia re commutat, aut cui quoquomodo accepto latum sit.nu.1. 177

Debitor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Debitor cogendus qui actioni cedit.nu.7. 41
Debitoris discussio quando fieri debeat.nu.4. 312
Debitoris est soluere, creditoris liberare.nu.3. 141
Debitores naturales κατ' ἐξοχὴν debitores intelligi possunt.nu.13. 44
Debitum ob spem conditionis in conditionem deduci potest.nume.1. 151
Debitum natura non est propriè debitum.nu.9. 27
Debitum ob spem conditionis dem, in conditionem deduci potest.nume.1. 151
Debito amplius stipulatum obligationem constituit, etiam si nihil antea debebatur.nu.2. 191
Decedere, Decessio.nu.4. 345
Decessio est magistratus defunctio, atque etiam integri immutatio.nu.4. 345
Decoriare.nu.4. 361
Decussis, Denarius, Aes pro asse. 320
Decumanus dicitur ager, ex cuius fructibus par deanna soluitur.nu.8. 50
Deferre, pro accusare accipi.nu.2. 391
Defuncti manibus qui parentauit, non censetur heredi ait adusse, nec creditoribus astringitur.nu.35.75
Delibrare.nu.4. 361
Qui ex delicto obligatur, non dicitur propriè debitor, nec creditor propriè cui debitur ex delicto.nu.3.29
Ex delicto quod debetur propriè res credita, appellatione non comprehenditur.nu.5. 29
Ex delicto, ut ex contractu nascitur obligatio naturalis.nu. 2. 28
Delubrum quid, & quid à templo differat.nu.4.361
Delata hereditas quæ.nu.1. 312
Denicales feriæ.nu.4. 146
Dentes & ungues bruturū arma dicuntur.nu.7.129
Denūtiare testimonium, est alicui ad testimonium ferendum diem dicere.nu.4. 123
Derogare legem est quid ex veteri lege quominus fiat, lege nova sancire. nu.3.242
Desinere esse, est priuari habitu aut cessare incepto. nume.2. 37
Desisse non videtur quod nunquam cœpium fuit. nume.3. 40
Detestari est denuntiare absenti cum attestatione publici tabularij, & testium. 124
Detur batur vi de possessione eā non amisit.nu.6.41
Diarium quid.nu.9. 60
Diaria cibariaredditā, neque vestiarium, neque calcearium completūtur.nu.9. 136
Dieta, quid.nu.4. 400
Dictum à promisso eo differt, quòd hoc obligat, illud nequaquam.nu.14. 366
Dies cum ornatu cals maxime conueniunt.nu.5,18 9
Dies apud Græcos vnde.nu.3. 9
Dies apud antiquos duodecim horarum semper fuit. nume.15. 11
Dies est solis excursus ab oriente in occasum.nu.1. 9
Dies naturalis, & artificialis seu ciuilis.nu.13. 11
Diei varia etymologia & derinatio.nu.3. 9
Dies iusti, qui dicantur.nu.5. 400
Dies incerta pro conditione haberi solet.nu.6. 429
Dies certa quæ dicatur.nu.6. 429
Dies supremi seu longi.nu.21. 12
Ad diem qui non soluit, tenebitur ad damna, & interesse.nu.6. 31
Diem septem ordo, & ratio, à planetarum numero, & ordine.nume.4. 9
Diem varia appellationes secundum diuersa media.nu.9. 9
Diffundere diem.nume.3. 25
Dignitate salua quid.nu.1. 272
Dilatio instrumentorū conquirendorum gratia conceditur, in prouincia ad tres menses, in continentibus ad sex, an transmarina ad nouem.
Dilatoriæ seu temporales exceptiones dicuntur quæ non semper locum habent, sed euitari non possunt. nu.5. 154
Diocletiani impietas & odium in Christianos. nume.4. 359
Dimittere pro repudiare.nu.2. 377
Demissorsa intra dies triginta peti instanter debent, & denegata contestatur.nu.3. 246
Diœcesanus quis propriè.nu.7. 375
Diœcesanus iniure Pontificio propriè Episcopum significat, & latè etiam ordinarium, qui non sit Episcopus.nu.6. 375
Diœcesanus apud Canonistas quis propriè dictus.nume.6. 375
Diœcesani dicuntur qui in diœcesi domicilium habent etiam si non inde orti.nu.1. 374
Diœcesis appellatione ciuitas metropolis continetur, in qua sedem habet Episcopus.nu.9. 375
Dipsas.nu.1. 331
Dirruto edificio dominus materiæ potest eam vindicare.nu.3. 164
Disiunctio inter æquipollentia verba posita, synonymia est, & expositiuè accipitur.nu.5. 270
Disiunctio inter sita verbis diuersa significantibus, & ipsa verba, & sensum deiungit.nu.6. 270
Disiunctio inter personarum nomina pro copulatione sumitur, nisi ipsa copulatio eidem orationi simul adijciatur.nu.7. 270
Disiunctio ex contrariis quæ.nu.2. 269
Disiunctio quid.nu.2. 269
Disiunctio est quæ deiungit verba, & sensum, aut vno, aut vtroque eorum quæ dicuntur verè aut necessariè conclusa.nu.3. 269
Disiunctiuorum status.nu.1. 269
Disiunctiuæ oratio in coniunctiuā resoluitur præsumpta iuris suspicione, in obscura testatoris voluntate.nu.2. 95
Dispensator est qui res domesticas maximè ad victum spectantes, seu vrbanas, seu rusticas curat, administrat, & distribuit.nu.2. 327
Dispensator quis & vnde dictus.nu.22. 327
Dispensatoris munus & functio.nu.5. 330
Dispungere rationes, est quod vulgo dicunt examinare compotum.nu.2. 255
Dissidere pro diuortium facere.nu.2. 377
Dimaricare. 426
Diuertere pro diuortium facere.nu.2. 378
Diuortium primum apud Romanos quis fecit.nume.4. 379
Diuortium quæ forma fieri solitum erat.nu.5. 380
Diuortium olim fiebat septem ciuibus Romanis puberibus adhibitis, & diuortentis liberto.nu.5. 379

Diuor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Diuortium non esse proprium sed translatum vocabulum. 378
Diuortium vnde dictum.nu.2. 378
Diuortium quare de sponsis propriè non dicitur.nume.2. 379
Diuortium pro repudio aliquando accipi, sed abusiuè & improprie.nu.1. 377
Diuortionale, pro libello repudij.nu.2. 378
Dolia.nume 1. 420
Dolia nulla certa mensura constabant antiquitus.nume.2. 420
Dolus quid.nume.3. 285
Dolus in re apud heredes deposita, ab vno commissus ceteros non ligat.nu.4. 371
Dolus is tãtùm vindicatur, qui fraudi, hoc est, dãno coniunctus est.nu.5. 285
Dolum malum abesse stipulatio generalis. 373
Dolo malo, qui effecit, vt minus tribueretur, in eum competit actio tributoria.nu.2. 106
Domesticum testimonium est eorum quos paterfamilias in subiectionis vmbrae habet.nu.4. 326
Domicilium androlepsia qui in diœcesi habent, in clarigationibus, seu represalijs comprehendunturnume.2. 374
Dominicum pro templo.nu.4. 361
Dominium rerum quando primum fuit. 256
Dominus quando teneatur de facto & delicto familiæ.nu.10.& 11. 388.& 389
Dominus quis.nu.6. 257
Domini appellatione cõtinetur is qui proprietatem habet. Etsi vsufructus alienus sit.nu.20. 78
Domitiani Imper. Ro. diuortiũ cum vxore.nu.6. 381
Domus pro familia apud Iurisc. frequenter vsurpatur.nu.5. 126
Domus cœnacularia.nu.4. 328
Domus vel familia constat viro, vxore liberis, & seruis.nu.3. 126
Domus vsus cui relictus est, ei cum tota familia habitare licet.nu.7. 126
Donatio mortis causa fit ad multorum periculorum præcautionem.nu.12. 170
Donatio sub alienationis vocabulo continetur. numero 6. 169
Donatio simpliciter enũciata genus est ad speciales, inter viuos causa mortis, cõditionalem, causalem, & cæteras.nu.1. 169
Donatio mortis causa, à legato distat quòd hoc ex alieni arbitrij necessitate nõ depẽdet sed vero ad naturam contractuum accedit.nu.17. 170
Donatio & transactio contractuum sunt.nu.3. 62
Donatio mortis causa fieri nõ potest, à capitis reo iam peracto.nu.13. 170
Donatio κατ' ἀγχιστεῖα contractus dicitur.nu.13. 62
Donatio causa mortis inter coniuges facta, non valet.nume.15. 170
Donatio vera est inter viuos spontanea liberalisque largitio nec reuocari solet.nu.2. 169
Donatio mortis causa dicitur, quod incerti mortis euentus contemplatione fiat.nu.11. 169
Donatio mortis causa est, quam donator, si superstes donatario fuerit, sibi retinet.nu.10. 169
Donatione facta, compelli potest donator conditione ex lege.nume.5. 169
Donationes causa mortis ad exemplum legatorum reuocari solent.nu.16. 170
Donatum non censetur, si ignorans venditor dimidia plus parte deceptus fuerit.nu.2. 381
Dos, est ius vniuersale.nu.12. 40
Dotis incerta promissio valet, boni viri arbitrio æstimanda.nu.3. 175
Drachma.nume.5. 264
Dubia testatoris mens secundum id, quod verisimilius venit, accipienda.nu.4. 93
Duracina. 419
Δώωρον, & Ἐξωλα, quid differant.nu.4. 432



Ecclesia, pro templo.nu.4. pag.361
Ecclesia quõdam actu collegiata, nunc solo nomine, eadem nihilo minus censetur, nisi collegiũ superioris authoritate fuerit destructum.nu.14. 199
Ecclesia alienatur quando alteri ecclesiæ perpetuò cõceditur. Vtitur autẽ cum in sacra, & prophana potestate altera alteri, vt matri filia subijcitur.nume.40. 104
Ecclesia quid: & vnde dicta.nu.4. 360
Ecclesia collegiata est, qua multis sodalibus, & vno rectore constat.nu.13. 199
Ecclesia domus cathedralis, sodalitia vel collegiata dici potest, non contrà.nu.11. 199
Ecclesiæ appellatione, in vacatione beneficij cõprehẽduntur sacella contigua, & cœmeteria.nu.6. 361
Ecclesiæ nomine si contraxerint rectores, tenentur successores.nu.21. 75
Ecclesiæ prepingui annua pensio ab Episcopo imponi potest, ad alendos religiosos, modò reliquum sit, nume.29. 204
Ecclesiasterium, quid.nu.4. 360
Edictum edilitium nõ tantùm ad morbos perpetuos, sed ad temporarios etiam pertinet.nu.6. 236
Edere, est quod vulgò dicitur, dare per scriptum, vel per declarationem.nu.1. 212
Editus sine vita, aut abortiuus nõ impedit legatum matri sub conditione partus, nec heredes scriptos, quò minus hereditatem adeant.nu.4. 279
Editus per exectionem matris mortua agere potest querela inofficiosi testamenti.nu.2. 295
Ἔργα, verb. significatio, & etymon. Et qui dicantur Ergastulari.nu.2. 434
Elenchi.nume.1. 341
Emptor pretium rei vendita, & accepta denegans, aut moratus, ad vsuras tenetur.nu.9. 31
Emptor rei non tradita ad vsuras mora non tenetur.nume.8. 31
Emptor bonæ fidei fructus fundi empti quem coluit, suos fecit, etiã cum resciuerit alienũ esse.nu.3. 84
Emptor bonæ fidei fructus fundi empti sibi acquirit, quos suo labore, & industria paranit.nu.2. 84
Ἐνόρκοι ἀναβολαὶ dilationes, quæ ob iusiurandum, & legitimam causam cum iureiurando postulabantur.nume.4. 254
Emelechia, quid.nu.4. 280
Epilepsia triplex, & quæ sit eius causa. 235
Epilepsia an curari possit. 235

Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Et quæ nam incurabilis.
Episcopus vēditor de redhibitione teneturnu.5 236
Episcopatus, & alia opima sacerdotia in sex tantum menses commodari d. beni.nu.4. 364
Episcopalis sedes vacat, cum episcopus data prosiripsione subnotatus, aut suspitiosus est, aut cum episcopatum occupat ab alio, quam ab quo oportet collatum.numc.42. 205
Episcopus vbilibet in diœcesi iuris dicundi sedem habet, Ordinarius seu officialis in certo tribunalis loco nisi vbi adest Episcopus.nu.8. 375
Episcopo non licet personas ecclesiasticas de dignitate deijcere, nec etiam euehere, nec ecclesiastica negotia conficere, sine capitali consensu.nu.35. 204
Episcopores ecclesiasticas vendente, tacitur mitas capitulis pro cōsensu iudicatur in alienatione ad tempus facta, aut minimis momentis.nu.31. 203
Episcopo non exante potest capitulum per totā diœcesin visitationis pronunciam capessere.nu.46. 205
Episcopo non licet vnius ecclesiæ fructus alij concedere, etiam volente patrono, nisi authoritate summi pontificis.nu.38. 204
Ἐπιστολὴ, est litera, mittere: Ἀποστολὴ, nuntium cum mandatis dimittere.nu.2. 246
Equs publicis.nu.7. 43
Ergastula.nu.2. 434
Et, coniunctio, implicatiua est frequenter.nu.2. 93
Etymologia quid.nu.1. 349
Etymologia verbi quærenda deficiente iuris interpretatione.nu.18. 4
Eunuchi cur imberbes.nu.2. 277
Eunuchi qui, & vnde dicti. 276
Eunuchus nomen generale est ad castratos, spadones, exectos, attritos, & veneris impotentes.nu.2. 27
Exactus dies, quid.nu.2. 297
Exactus annus dicitur suis mensibus, diebus, horis & momentis integrè absolutus. Vide quot modis verbum, Exigere, accipiatur.nu.3. 297
Exactus qui est in clarigationibus seu repressalijs propter alium, ab eo repetere potest.nu.9. 372
Exagogica, & Ilagogica quid.nu.23. 53
Exceptio pecuniæ non numeratæ priuilegio speciali debitoribus concedatur, & ad biennium, non vltra durat.nu.4. 154
Exceptio est intentionis remotio, depulsio, transitus, & præscriptio.nu.5. 23
Exceptio perpetua actionem perimit.nu.6. 27
Exceptio propriè non est actoris.nu.19. 23
In exceptione reus fit actor, cum argumēt a factis probandæ edit.nu.12. 24
qui Exceptione perpetua summouerit potest, creditor non est dicendus.nu.7. 154
Exceptionum legitima causa, persona cui non conuenit, tempus, iudicum, res, & alia.nu.6. 23
Exceptionum quædam sunt perpetuæ, & peremptoriæ: quædam temporales, & dilatoriæ.nu.1. 153
Exemplum callidis tergiuersatoris.nu.5. 42
Exempla legum ad publica iudicia pertinentium. nume.6. 43
Exigere.nume.3. 297
Exhibere, est alicuius rei cognoscendæ potestatem in publico, aut apud prætorem facere.nu.1. 65
Eximere noxa.nu.14. 291
Aber quis dicatur.nu.1.pag. 444
Fabrica quid.nu.2. 445
Facere, generale est verbum ad omnem actum.nu.1. 339
Factum aut dictum coram testibus, quando quid dicatur. nume ro 2. 423
Factum sequitur potentiam.nu.5. 273
Factum debet sequi potentiam.nu.6. 273
Factum post mortem peti potest.nu.11. 372
Facti alieni promissio quatenus valeat.nu.16. 373
Facultates & seruitutes incorporales, desuetudine vtendi quantumuis longo tempore non alienantur.nu.13. 91
Familia, verbum vnde deriuatum. 385
Familiæ emptor quis dicebatur, & qualiter fiebat, nume.3. 386
Familia, in sacra scriptura quid.nu.5. 387
Familia, in res, & personas diuiditur.nu.1. 384
Familiæ verbi, varias significationes habet.nu.2. 385
Familia urbana qualiter à rustica distinguatur. nume.1. 327
Familia quando transferatur ad res, & quando ad personas, ex verbis testatoris, vel ex verbis & mēte legis colligi.nu.4. 386
Familiæ nomen, latissimè patet.nu.7. 387
In familiæ erciscundæ iudicio, & bonorum petitione, exceptionis intentio, vtrique parti communis est. nume.11. 23
Febris quid: & vnde dicta. 234
Febris quotidiana qualiter contrahatur.nu.2. 253
Feriæ denicales.nu.4. 146
Fermierius vulgo dicimus, quos venditores vel publicanos Latinè possumus dicere & vnde dicatur vectigal.nu.11. 47
Fictionem subindicat in iure verbum, Videtur. nume.2. 305
Fideiussor externus in cautione necessaria ad suum locum mittendus est: in voluntaria non.nu.6. 368
Fideiussore in pauperiatem delapso, debitor iterum satisfidare non cogitur.nu.7. 369
Fideiussorem pauperem à creditore semel acceptū, debitor nouare non tenetur.nu.8. 369
Fideiussor inutilis factus, ex noua causa, vt morte, aut fortuna, renouari debet.nu.9. 369
Fideiussor pro alio insolidum tenetur.nu.1. 254
Fideiussor à sponsore differt, quod & ante, & post obligationem accipiatur, sponsor non item.nu.17. 21
Fideiussor ex stipulatu pro alieno debito minus soluto, si nihil solutum fuerit, nihilque habeat debitor, de toto tenetur.nu.1. 312
Fideiussor non est compellendus, nisi excusso principali debitore.nu.2. 312
Fideiussor idoneus qui postea factus est non soluendo, quando renouari debet, & alius in eius locum dandus. sub nu.7. 369
Fideiussor non idoneus quis.nu.5. 368
Fideiussor qui de credito à debitore exigunda, creditorem maturè admonuit metu imminentis damni & fraudis, liberādus est, & creditor exceptione doli summouendus.nu.5. 312
Fideiuss

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Fideiussorũ & correorum differentia ratio.nu.3. 312
Fideiussorum singuli in solidum tenentur.nu.4. 255
Fideiussorum vnus qui solidum soluit, partes virriles ab aliis recuperat, beneficio epistolæ D. Hadriani.nume.6. 255
Fidei quid: & vnde dicta.nu.5. 358
Fidei certa non potest esse in dubijs.nu.1. 350
Fidem alienam quicunque secutus, & rem suam vendam credit, Creditor est.nu.2. 30
Filius, ἀπὸ τῆς φύσεως, vel à filo, id est, imagine patris, vel à Græca voce ὑιὸς, vel verbo ὕω, vel potius à verbo φύω, quod est nascor, deducitur.nu.1. 192
Filius dicitur heres mortui patris etiam nihil possidentis.nu.2. 260
Filij appellatio, ad omnes descendentes deducitur. nume.3. 194
Filij appellatione nepotem comprehendi: & id qualiter.nu.1. & nu.6. 400
Filiorum appellatione, filiæ continentur.nu.2. 258
Filiarum appellatione, postbuma continatur, non postbuma.nu.2. 325
Finium regundorum in quæstionibus, parietis, muri, macteriæ largo significato eadem est ratio, sicut viæ, itineris, & semitæ, in seruitutibus prædiorum. nume.5. 317
Fiscarij, & Vectigaliarij. 52
Fiscus principis est. Ærarium populi.nu.12. 51
Fiscus propriè est qualus vimineus.nu.10. 50
Fisci mala causa nunquam est nisi sub bono principe.nume.13. 51
Fisci procurator & Cæsaris procurator, idem, numero 17. 52
Fisco totum rei communis, & indiuisa licet vendere & suæ tantùm partis pretium accipere nu.39. 82
Ad Fiscum spectant, quæ in principis patrimonio esse censentur.nu.15. 52
Fiscalis procurator est, cui curæ eorum quæ ad principis iura pertinent, demandata est.nu.16. 52
Fiscella.nu.10. 51
Flamines.nu.4. 449
Forum. 44
Forma substantialis est, quæ rei ipsi essentiã præstat. nu.7. 35
Forma rei mutata, rem quæ fuerat, abesse facit. nume.4. 33
Fœmina caput familiæ esse non possunt, nec liberos in potestate habere. & quid ita.nu.1. 390
Fœminiminum non comprehendere masculinum.nume.2. 325
Fœnus quid, & vnde.nu.4. 263
Fontes aquæ salientis. 189
Francorũ res publica, & summa potestas penes vnum est Regem.nu.7. 46
In Francorum monarchia omnia fiscalia, & publica regis sunt, nec ciuitates quidquam, nisi ex principis priuilegio habent.nume.27. 54
Fratres qui simul perierunt, vtrique supremi censentur.nu.5. 218
Fraus, dicto, multa habet significationes.nu.1. 284
Fraus non ab euentu, sed ex consilio consideratur, nume.2. 284
Fraus rei magis quàm personæ accipitur.nu.6. 285
Fraus pro crimine & pœna accipitur.nu.7. 285
Fraus omnis damnosa quidem est, non pœnalis. At omnis pœna fraudi est communis.nu.8. 285
Fraus pro damno ex propria significatione sæpè accipitur.nu.4. 285
Fraus ab auferendo.nu 3. 286
Fraus pro damno.nu.4. 286
Fructus quid.nu.2. 263
Fructus nomen generalius est, quàm frugis.nu.3. 179
Fructus omnis satorum, aut spicis continetur, aut siliquis.nu.1. 181
Fructibus non petitis, Iudex non pronuntiet.nu.7. 66
Fructus sequuntur risulosum possessorem.nu.7. 365
Fructus est omne emolumentum perceptum ex re, quam vtendam fruendam habemus.nu.3. 263
Fructus sporanei percepti ab emptore bonæ fidei, ante euincendi fundi litem consistant, non repetuntur vendicatione, sed conditione quatenus fructus est distior.nu.6. 84
Fructuarius qui arbores intẽpestiuè cæcidit, de damno forciendo tenetur: nec fructus suos facit: nisi forsan interfit, immaturas succidi, aut decerpi.n.5.99
Frugis appellatione, omnis terræ fructus hominis esculentus significatur.nu.1. 178
Frugi homo dicitur, quòd à frugalitate maximos bonorum fructus percipimus.nu.2. 179
Fruimur nostris, vtimur alienis.nu.13. 80
Frumenta sunt omnes fructus, qui emuntur aristas, legumina, quæ manu leguntur.nu.1. 190
Fundus quid, & vnde dictus.nu.1. 215
Fundus pleno iure est cuius habetur dominium, possessio, & vtendi commoditas.nu 22. 79
Fundus absolutè stipulatus, non habet seruitutis stipulationem.nu.25. 79
Fundus est quicquid solo tenetur, & fundamentũ rei, solo insistentis.nu.1. 215
Fundus optimus maximè est, qui liber & bonitate naturali integer, non alia accessione contractus hominum pretiosior factus.nu.1. 316
Fundi legati vsufr. quoq; legati intelligitur.n.2. 76
Fundi appellatione omne ædificiũ atque omnis ager continetur.nu.3. 162
Fundum pleno iure stipulans, proprietatẽ & vsum fructum fundi stipulatur.nu.7. 77
Fundo clientelari prehenso, omnes ipsius accessiones, & res, tam corporalis, quam incorporalis, sub rei appellatione in hãc prehensionẽ veniũt.n.5. 68
Fundo non accedit naturaliter seruitus, quæ suis naturalis contraria est.nu.26. 79
Fundo prædiuo vrbano vendito sine hac verborũ determinatione, Vti optimus maximus est, liberum non tenetur præstare venditor, sed talem qualis est.nu.4. 214
In fundo prædiuo empto simpliciter, oneris vitiũ silẽtio præteriti, & improuisi ratio habenda, facieddque compensatio.nume.5. 215
Funus quid. Quid exequiæ, Quid reliquiæ, Quid inhumatum.nu.13. 408
Funeris pompæ & ceremoniæ apud antiquos.n.4. 404
Funeris efferendi ratio apud antiquos.nu.12. 405
Funeris pompa sublata, et sumptus hodie imminuti. numero 14. 405

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Furtiua res à domino redempta ignorante, etiam si postea resciuerit, abesse tamen nõ desinit, quia illi pretium obest. nu. 7. 39
Futurum pro præsente & præterito. nu. 1. 267

G
Ener quid. nu. 1. pag 300
Generi appellatio quousque protendatur. nu. 2. 300
Genti diff. à familia. nu. 6. 387
Gentiles dicuntur, qui Romano non subijciuntur imperio, sed uereguẽ tium agunt non ciuilis. nu. 7. 150
Genus est in obligatione, non in diuiduum. nu. 5. 96
Genus est suauum speciorum principium diffinitum. nu. 12. 78
Generis indefiniti legatum orationis compendio singulas continet species. nu. 4. 96
Genere nullo existente, nulle sunt species. nu. 13. 78
Γλῶσσα qui, & unde dicta Græcis. nu. 9. 418
Germanales arbores, & cremiales in fructu sunt. nume. 2. 332
Germinatio arborum qui fiat. sub nu. 1. 332
Gestum in iure dicitur, quicquid factum est ex subiectorei, argumento, siue ex contractu, siue alterius. nu. 8. 61
Grauari nemo debet alterius odio. nu. 7. 371
Grauidam mortuam non nisi excisso, utero humari iubet lex regia. nu. 10. 282
Græca βλῶσσα quid. nu. 2. 442
Grege legato, armẽta quoq; legata cẽsentur. n. 4. 210

H
Abere dicitur, qui de re habita liberam statuendi facultatem habet, cum effectu, deductõq; omni ere alieno. nu. 1. 326
Habere, verbum generale est ad dominiũ, possessionem, & detentionem. nu. 1. 367
Habere licere, est sine motu controuersiæ obtinere. nu. 2. 377
Habere verbum, cum effectu accipiendum est, sicus pertinere. nu. 3. 367
Habere quas significationes habeat. nu. 1. 367
Habere licere stipulatio. nu. 13. 373
Haberi pro iam nato eum, qui in utero est, quomodo accipiendum. nu. 1. 441
Habitus æqualis est optimus nu. 1. 206
Hara. nu. 6. 393
Hæreditas, pars, ac lix funiculi distributionis, tropicõ in sacris pro sorte hæreditaria accipiũtur. nu. 4. 71
Hæreditas diuiditur in duodecim partes, aut plures si commodum videtur. nu. 2. 70
Hæreditas iusta quid. nu. 2. 284
Hæreditas mortui intestati, lege duodecim tabularum, legitimè ad proximos heredes deferitur. nume. 1. 283
Hæreditas nomen est iuris. nu. 1. 260
Hæreditas est ius directum, bonorum possessio, ius utile. nu. 4. 302
Hæreditas augmentum & imminutionem suscipit. nu. 5. 345
Hæreditas iuris, non res nomen. nu. 1. 345
Hæreditas est ius directum, bonorum possessio utilis. nu. 2. 345
Hæreditas adita dicitur, cùm successor animo, re ipsa, & facto heredem se prodit: bonisque prædialibus suo quodammodo iure utitur, fruitur, & illis immiscet. nu. 32. 74
Hæreditas delata est, quam quis iure, & sine impedimento adire potest. nu. 1. 313
Hæreditatis appellatione bonorum possessionem comprehendi, abusiuè dicitur. nu. 5. 302
Hæreditatis appellatione neque legata, neque fideicommissa continentur. nu. 36. 75
Hæreditatem qui adit, omnia onera hæreditaria subire censetur. nu. 31. 74
Hæreditates olim, vt etiammum hodie, frequenter sorte diuidebantur, unde κληρονομίαι sunt appellata Græcis. nu. 3. 70
Hæres adiens hæreditatem, censetur contrahere cum legatariis, & creditoribus. nu. 4. 261
Hæres est successor in universum ius quod defunctus habuit, siue ex testamento, siue ab intestato. numero 25. 73
Hæres suus inuenta bona hæreditaria qua venerint, repetere non potest, nisi minoris ætatis beneficio. nume. 5. 65
Hæredis hæres, testatoris censetur hæres. nu. 1. 166
Hæredis masculi appellatio, ad descendentes pertinet, non ad externos. nu. 1. 316
Hæredi suo publiciana nõ competit, quia in vitio nunc defuncti fuit esse est. nu. 10. 65
Hæredem se verbo esse qui interrogatus respondit nec bonorum possessionem agnouit, hæreditatem non dicitur adisse. nu. 3. 304
Hæredem se esse ratus, impensas quibus insulam hæreditariam fulsit, per retentionem seruare potest. nu. 10. 185
Hærede nullo extante, testamentum pro nullo habetur. nu. 26 163
Hæredes inter disiunctes priuatos, si est quæstio de legato, iuri accrescendi locus est, inter milites non item. nu. 4. 304
Hæredes suis domestici appellantur. nu. 6. 120
Hæredes tenentur de deposito pro parte hæreditaria. nu. 5. 371
Heterophus usura. nu. 5. 263
Historia ex Attilij Regulij occeccati. nu. 7. 237
Homo marinus 314
Homo apud Hebræos, Enos, & Adam. 313
Hominis appellatio, utrumque sexum complectitur, nisi aliud expressius detexi minetur. nu. 1. 313
Hominem qui accepit, cibariorum & valetudinis impensas debet. nu. 8. 236
Homines deorũ immortali ũ Gentiles sunt. nu. 6. 150
Hora mortis Do. N. Iesu Christi, & tempus. nume. 17. 11
Hora unde dicta, & varia earum significatio. numero 11. 10
Hora suprema non sunt, quæ à meridie ad vesperum trahuntur. nu. 25 13
Hora à gentibus pro Deabus culta. nu. 10. 10
Hora Iouis, & Themidis nata, & portarum cœli præsidet. nu. 9. 10
Horarum inuentores primi. nu. 7. 10
Horologiorum vana nomina. nu. 8. 10

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Horti quinam urbani, & qui rustici dicantur. numme. 18. 396
Hostire. 259
Hostimentum. 259
Hostis quis dicatur. Quis perduellio. Et eius criminis pœna. nu.1, & 2. 443, & 444
Hostis est peregrinus & publicus, inimicus vero priuatus. nu.2. 259
Hostiuum, 259
Idolatria & hæresis est quædam fornicatio & adulterium. sub numero 6. pagina. 380
Immobilia inuaduntur, mobilia rapiuntur. nu.6. 25
Impensa triplex est in fundis. nu-mme. 1. 183
Impensæ necessariæ est, sine qua res deterior futura aut peritura sit. nu.2. 184
Impensæ bona fide factæ in ædificio, repetuntur, numme.9. 185
Impensæ modicæ in rem commodatam factæ petiri debent. nu.4. 184
Impensæ vtiles sunt, quæ rei cõmodũ & vtilitatẽ afferunt, prouinciæque auctores reddunt. nu. 2. 187
Impensæ vtiles ad boni & æqui rationem referri oportet. nu. 5. 187
Impensæ in re ab vsufructuario conducta necessariæ factæ præstare non tenetur vsufructuarius, nec eius hæres, nisi se pro domino gesserit. nu.8. 185
Impensæ repetere non potest, qui primum bona fidei, mox mala fide factus, in alieno fundo ædificat, nisi de damno sollicito. nu.12. 185
Impensarum necessariarum vsufructuarius petitionem habet, impendij verò fructum percipiendorum causa facti, petitionem non habet. nu.3. 184
Impensarum necessariarum & vtilium triplex ratio. nu.17. 185
Impensarum in rem depositam necessariò factarum iure retentionis fieri potest repetitio. nu.6. 184
Impensarum necessariarum in re pignori accepta factarum competit petitio, sed & res ipsa petiri pignoratitia actio. nu. 5. 184
Impositionis octauæ nemo immunis. nu.32. 54
Imperatores quandam principes appellati. nu.3. 64
In, pro intra. sub nu. 2. 295
Incepum opus pro consummato plerunque tenetur. nu.4. 17
Incolæ quis. nu.1, & 2. 449
Incorporalia partisiuem admittunt intellectu iuris, non re. nu.43 83
Incorporalia non possidentur, nec proinde vsucapiuntur. nu.15. 91
Incorporeum non potest in partes diuidi. nu.19. 78
Indicare verb. quid significet, & quam varie accipiatur. nu.1, & 3. 391
Indicare, & indicatura, accipi pro æstimatione & pretio operis. nu.4. 391
Infans quando fari incipiat. nu. 2. 435
Infans, natus ex alto ventre, an natus dicatur. sub nu. 4. 290
Ingenui, posteri & successores intelliguntur tam fœmina quam mares, sic & spectosa persona. nu-mme. 1. 233
Infamia & furor unde. sub nu.7. 243
Infamia unde contrahi solet. nu. 4. 425
Instrumentum cognoscere & recognoscere, est quod vulgò dicitur collationare. nu.1. 155
In instrumento propriè manu notarij publici descripto, subscriptione opus non est. nu.16. 122
Instrumentorum appellatione, tabulæ, & hominum testimonia intelliguntur. nu.1. 231
Insula quid, & vnde dicta. 328
Insula est domus ab alijs sejuncta omni ex parte. nu-mu. 4. 328
Insularius est, qui insulæ custodiendæ præfectus est. nu. 5. 329
Et quis insularis. ibid.
Intercalare, est diem mensi, vel mensem anno interserere. nu. 7. 225
Interdicto locus est aduersus eum qui possidet, ab eo in cuius locum successit. nu.12 72
Interesse quid. nu.2 347
Interesse, & communem rei æstimationem conferri, aut ad primam affectionem, aut ad conuenti deductionem. nu.1. 347
Interpolatores qui. nu.2. 422
Interpretatio iusta quid. nu. 2. 400
Interpretatio § item si in facto l. ij. de verb. oblig. numme. 3. 371
Interpretationis discordia ex definito verbo, & indefinito nascitur. nu. 3. 134
Interrogationes literis inclusæ & obsignatæ, vulgò, Informations closes & seelées. nu.5. 120
Interrogatus, si hæredem se esse respondat, nec bonorum possessionem agnoscat, hæredem non dicitur adisse. nu.14. 75
Intestatus dicitur vel facto, vt qui testamentum non fecit, vel iure, vt quod factum cum fuerit, irritum abijt. nu. 1. 165
Intra, & In, spatium præfinitum loci, sicut temporis includunt. nu. 4. 296
Intra, includit numerum & spatium designatum. nu. 2, 295
In itinere faciendo viginti mille passus, æstimandi sunt secundum circumstantias sexus, ætatis, consuetudinis, & valetudinis. nu.1. 13
Iudex ecclesiasticus non prophanus cognoscit de fœnoris iniquitate. Quinetiam Regius in Gallia constitutione Basilica. nu.13. 265
Iudex propter contumaciæ peccatum, vltra pretium rei in iudicium deductæ litem potest æstimare. numme. 1. 112
Iudicandi potestas penes Pop. Rom. fuit. nu.4. 42
Iudicia publica quadicantur. nu.7. 43
Iudicia principum, cognitiones dicuntur. nu.10. 228
In iudicijs publicis, causis paradigmaticis, & iuris ambigui, plures patroni solebant adhiberi, quorum minimus omnium primus dicebat. nu.2. 148
Iumentum, à iungendo, vel iuuando dictum, est animal laborem hominis subleuans. nu. 6. 310
Iumenta, familia censentur. nu. 9. 127
Iurisconsultum oportet esse medicum, & omniscium. nu.5. 280
Iuramentum non inducit similem obligationem. 62
Ius publicum ad populum Romanũ spectat. nu. 1. 42
Ius quod persona tantum cohæret, ad successorem non transit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

transit. nu.15. 73
Ius actionis est quædam ratio seu formula iuris, qua edita futura lites precet demonstratur. nu.3. 107
Ius annuli aurei gestandi concessum tantum ingenuis à parte, & ano, quadragenta sestertia in censu habentibus, & equitibus Rom. nu.4. 176
Ius usufructus, personale est, & cum defuncta persona extinguitur. nu.28. 74
Ius versatur circa res, personas, & actiones. nu.1. 1
Ius remittens quis, quod habet, vel se habituum sperat, censetur renasisse in quod præsens habet. numero.9. 153
Ius patricioruin in genere est positum, plebeiorum, in stirpe. nu.3. 150
Iuris error nemineiu excusat. nu.6. 250
Iuris fictione rem habere dicitur, qui pro ea re pedita actionem habet. nu.1. 304
Iuris error in vitiis aquiliis non prodest. nu.7. 250
Ex iure manu consertum. nu.17. 291
Iura prædij summota, in venditione tacitè suppressa, tenetur præstare venditor. nu.3. 256
Iura prædij sunt qualitates prædio inherentes pro ratione loci, vbi situm est. nu.5. 207
Iurisdictio ad iudicia priuata & publica spectat. numero 8. 228
Iusiurandum in pactis ciuilem obligationem non parit: secus in iudicij. nu.14. 62
Iusiurum quid significet. nu.3. 400
Iuuenis est, qui xxv. annos excedit, adolescens qui accedit. nu.14. 44
Iuuenis appellatione adolescens etiam continetur. numero 15. 44

Abeo iurisconsultus quis. 59
Latio quis, & vnde dictus. 354
Lapicidina, metallorum appellatione veniunt. nu.42. 56
Latinis quæ stipulatio Græcis est κάλαμος, non culmus Latinis, aut calamus. numero 3. 108
Latrones à latendo, vel potius à latere eius, & latrabusi sunt appellati. nu.3. 260
A Latronibus capetur, nec seruus est, nec postliminio ad statum redit secus si ab hostibus. nu.2. 260
Legare, est mandare, & decernere. nu.2. 262
Legare vltra trientem hodie non licet. nu.3. 262
Legatarius, donatarius, & qui ex commutatione aliquid accepit, successor dicitur, sed rei, non iuris. numero 9. 72
Legatarij generali appellatione nomine, ad omnes extrinsecum præsumuntur tenentur pro parte virili. numero 4. 309
Legatarijs & fisco, nihil competit, nisi ex eo quod superest deducto ære alieno. nu 1. 122
Legatum factum sub his verbis: Postquam fari potest, quando incipiet deberi. nu.3. 435
Legatum omne suum, id quod in credito est, nõ comprehendit. nu.7. 216
Legatum vltra facultates matrimonij, non valet. numero 5. 273
Legatum bonorum Romæ existentium, etiam ea quæ extra mœnium sunt ambitum, complectitur, in vrbe verò tantum, quæ intra. nu.1. 207
Legatum rei in parte indiuisa, communiter possessa, partem non totum continet. nu.11. 217
Legata nomine, aut conditionis implendæ gratia, aut aliealiem, aut hereditatij onerisi prestitisnon vsuetus peremisse. numero 3. 337
Legata mouentia de animatis tantum, quæ seipsa mouere intelliguntur. nu.2. 219
Legato lignorum non comprehenduntur Carbones, Tesores, Tuisones, & sulphura ex ligna, atque ad lumina noctuina parata, nec glandes & strobyli. numero 6. 333
Legitima hereditas quid sub me. nu.2. 253
Legitima & iusta hereditas propriè est, quæ ab intestato obuenire solet, in questione suris ambigua, aliàs etiam quæ ex testamento. nu.me.2. 283
Lex naturalis diuina est. nu.2. 130
Lex ÆLIA SENTIA quæ, & à quibus lata. nu.me.1. 433
Lex Canilis suadente æquitate interdum id fingit, quod natura aliter negat. nu.2. 315
L. Scius. exemplis gratia videtur gratia. nu.1. 30
L. Cum quæreretur. de legat. 1.13. declaratur. sub nu.me.2. 292
L. de positi. cum l. seq. ff. de posi. explicatur. sub numero 4. 371
Legis sententia in ambiguis & obscuris verbis est spectanda. nu.1. 19
Lege duodecim tabularum, licebat vnicuique testatiuis de rebus suis suo arbitrio disponere. numero 1. 261
Leges omnes reuocandæ sunt ad vulgarem loquendi consuetudinem, & constitutiones vulgari sermone scriptæ. nu.1. 297
In legibus abrogandis, idem quod in rogandis solemne. nu.1. 242
Λοξίας χωλὴ. nume.7. 71
Λοξὸς, est hereditaria possessio ab vno desinens, & in alterum transiens. nu.6. 72
Liberi quinam accipiendi, quando agitur de liberis inter virum & vxorem. nu.5. 195
Liberorum appellatio, ad inferiores & descendentes etiam virusque sexus in infinitum extenditur. nu.1. 437
Liberorum plurali appellatione, vnus filius, vnaue filia duci possunt. item & nepos, neptisue. & infra. nu.1. 310
Liberis naturalibus, aut naturalibus legitimis quod legatum est, ad monstrosos partus non pertinet. numero 6. 116
Liberis apud hostes mortuis, hereditas stat lege Cornelia. 14
Liberti meiefilius. libertus meus non est. nu.2. 245
Libitina de. nu.8. 405
Libitinarij qui, & vnde dicti. nu.7. 405
Licet verbum, est permissiuũ, non necessitatis. numero 6. 112
Lignatio quid. nu.1. 332
Lignum propriè dicitur quod comburendi causa paratum est. nu.1. 331
Lignum mortuum & mortuum lignum τὸ ξύλον νεκρὸν, καὶ ἀνόνητον. nume.4. 164
Ligni appellatione virgulæ, sarmenta, germina su-

**

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

peramenta materiarum, vitium stirpes atque radices continentur.nu.5. 332
Lappus quis.sub nu.6. 257
Latitationes l.verbum.per quas indefinitum nomen Quis.non comprehendit vtrumque sexum in criminalibus, & odiosis.nu.5. 6
Lis, à litute dicta.nu.3. 110
Lis est causa in iudicio controuersa.nu.6. 110
Lis post incepitum iudicium lite potest.nu.7. 110
Lis non rem de qua agitur, sed actionem continet. numero 11. 111
Lis cum ex prescriptione pendet, de ipsa re queri non est necesse.nu.7. 23
Littus est quatenus hybernus fluctus maximè excurrit.nu.1. 221
Littus nullius, sed vniuersitatis. 252
Locus, a locando dictus, est area, vel spacium, quo aliquid vel reponere, vel in quo edificare licet. numero 1. 161
Per Loca insigniora eorum quoque appendices intelliguntur.nu.6. 8
Loricationes sunt tectoria, quæ parietes à pluuia defendunt. nu. 5. 189

Aiales.nume.2. pag.277
Maiorum imagines in annulis olim sculptæ.nu.3. 176
Magister nauis est, cui nauis anchora demandata est.nu.2. 156
Magistri à libellis, & scriniorum, dicuntur magistri requestarum.nu.3. 156
Magistri legum, sunt dictores iuris.nu.6.. 130
Magistri libellorum, supplicum formula, seu alia causa cassas, verbis principalibus restituit. numero 6. 198
Magistri, & magistratus à magistrando, hoc est, moderando dicti.nu.1 156
Magistratus propriè ad iudiciorum rationem, & potestatem spectat. nu. 4. 156
Malefides posse sibi ex apud eum editur est, partum tenetur restituere.nu.3. 84
In mancipiorum venditione, sicut prediorum, fraudis & malitia vindicatio est.nu.1. 232
Manipulus. 63
Mandatum vel rescriptum in dubio non extenditur ad improprium significatum.nu.17. 200
Mandatum de beneficio simpliciter & absolutè, sacerdotium curæ animarum non comitet. numero 18. 200
Mandatum factum iudici vt certam sententiam ferat, an valeat.nu.7. 382
In mandatis supremis verba presentis temporis ad futurum producuntur, quando à mente testatoris dependent.nu.4. 22
Mandante aliquo quod factum est, ad ipsum pertinere dicitur.nu.2. 352
Mandatoris consensu, & mandatorij requiritur in obligatione mandati.nu.3. 364
Marito vxorem in adulterio deprehensam interficere licet.nu.2. 379
Masculus fœmineo vocabulo appellare, turpissimum.nu.6. 7
Masculorum nomen fœminas comprehendit, non contrarnam turpe est masculis fœmineo vocabulo comprehendi.nu.2. 126
Materfamilias dicitur, quæ castè pudicèque in domosua vitam agit.nu.9. 140
Materfamilias est, quæ in matrimonio esset mancipio. numero 5. 13
Materia & substantia idem.nu.8. 35
Materia, est grandior arborum silua, ad edificationem aut fabricam idoneæ. nume.4. 332
Materia, carie aut vetustate inutilis, ligno combustibilis annumeratur.nu.2. 335
Materiarij & lignarij fabri sunt, quos carpentarios vulgò appellamus.nu.5. 164
Mathematica propositio elegans de causa & ratione visus.sub nu.7. 237
Medicari.nu.2. 446
Μελάντατος.nu.5. 417
Memoria vnde nascatur.nu.3. 423
Mense septimo natus, perfectus habetur.nu.3. 299
Mensurarum nomina.nu.1. 315
Metallorum redditus maximi. 56
Meum propriè non dicitur, quod à me reuocari potest.nu.4. 216
Meum & tuum, ex rerum naturali communitate violata dici cœpere.nu.1. 215
Meum, Tuum, & Suum, dominij ius significant. nume.8. 216
Meum dicitur, quod à me sine iniuria auferri non potest.nu.2. 216
Meorum & tuorum appellatione, iura & actiones comprehenduntur.nu.10. 217
Milites, & qui in castris merent, neque suam neque aliorum causam in foro agere possunt, sed cognitorem dare debent.nu.1. 88
Minor xxv. annis censetur, dumòd lapsum fuerit vltimum natalis horæ momentum. nu.2. 225
Minores magistratus actione iniuriarum conuenire licebat.nu.5. 157
Minus soluisse non dicitur is, qui partem, qua tenebatur, non solidum soluit.nu.1. 258
Miraculum.nu.4. 358
Modicum censendum est, quod septuagesimæ partem totius excurrit.nu.4. 382
Mobile inanimatum est, mouens animatum, confundunturtamen.nu.1. 219
Modus certus piscandi prescriptus per Regias constitutiones.nu.43. 56
Morbus puerilis. 238
Mulctam dicere, non iudicis est, sed postulantis, vulgò concludere ad amendam.nu.2. 288
Mulctam irrogare.nu.2. 288
Mulier moriens quæ ex iso vero viuum fœtum parere potuit, non videtur sine liberis decessisse.numero 9. 282
Mulier moriens filium viuum enixa, filium habuisse dicitur, item & postliminio reducem. numero 1. 303
Mulier à mollicie dicta, & corruptam fœminam, & virginem grandem complectitur.nu.1. 32
Mulieris appellatione in statutis, nupta aut corrupta proprie intelligitur.nu.3. 33
Municipes dicuntur qui ex eodem municipio nati. nume-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

numero 5. 58
Munifices milites sunt, qui propter munera militia facere cogunturCandidati, & principales, qui privilegijs muniuntur.nu.3. 53
Munificum prædium dicitur publicè functioni, & vectigalia collectionis obnoxium. nu.4. 58
Munus & donum quid differant.nu.1. 431
Munus tria significat, donum, onus, & officium.numero 1. 17
Munus tribuit, qui nihil omnino tribuit.nu.5. 106
Muneribus publicis, qui funguntur, immunitatis gratia pecunia autoramento impetrare nequeunt.nume.2. 58
Mutiana cautio legatis tantum non in contractibus interponi solet.nu.4. 152
Mutuum quo ex meo tuum fiat, improprie dicitur.nume.5. 216
Mutus morbosus non est ideòque non redhibetur.numero 6. 236
Momenta non solum in usucapionibus, sed dies computantur, aliter in actionibus temporalibus.numero 4. 297
Monachi simili conditione seruorum, arbitrium ferre, & iudices esse non possunt.nu.4. 171
Monasterium vnius monachi habitatio esse potest: Coenobium non nisi pluriumum.nu.20 200
Monumentorum inscriptiones, & tituli quales apud antiquos.nu.23. 410
Monumentum quid, & vnde dictum.nu.20. 408
Monumentis quid differat à Sepulchro.nu.21. 409
Monstrum propriè & sæpiùs de hominibus & de pecudibus, & brutis dicitur.nu.5. 115
Monstrum pro terribili re inopinata vsurpatur. numero 3. 115
Monstri, sive partus matris obesse non debet.nu.1. 299
Mores hominum francorum patrij matres familias consortes sunt thori & bonorum, non autem sunt scripto.numero 7. 140
Morbus est mala totius corporis adfectio non perpetua, vitium partis est perpetuum.nu.4. 234
Morbi recidiui qua sit causa.nu.1. 253
Mors quid.nu.4. 281
Mortua non censetur peperisse fœtum exectum, qui tubiliminus pro filio habetur.nu.1. 294
Mulctari pœna.nu.3. 288
Multa vnde dicta.nu.3. 288
Multa suprema apud veteres & minima quæ fuit.nume.3. 288
Multa ferè semper pecuniaria est.nu.12. 290
Multa de pœna etiam capitali dicitur.nu 5 289
Multa est pœna seu arbitraria, seu legitima, quæ pro cuiuscunque delicti ratione à iudice imponitur.nu.1. 288
Multa iniuriæ factæ nomine dicta, priuato quari solet.nu.5. 30
Nasci qualiter.nume.2.pag. 273
Natura vis in generatione. sub numero 2. 279
Quæ contra naturam creantur, statim pereunt.nu.11. 117
Naturales & sponte nascentes fructus emptor bonafides suos non facit.nu.5. 84
Nauticam vsuram non fuisse menstruam. sub numero 5. 264
Negantia verba geminata magis permittunt apud Iureconsultos quam prohibeant.nu.3. 447
Negatio geminata frequens apud Atticos. numero 2. 447
Negationes duæ quando vnam affirmatiuam faciunt.nu.1. 447
Negligentia, aut eiuratio adeundæ hæreditatis alienatio esse non censetur.nu.10. 92
Negligentia magna quæ, & quid lata, Quid item levis culpa.nu.1. 440
Negotium, causam, & eius circunstantias continet.nu.3. 110
Negatiuæ concepta disiunctiua.nu.3. 269
Nemo amisit quod non habuit.nu.2. 40
Natus quid, & vnde dictæ.nu.5. 404
Nepotes dicuntur in infinitum posteri.nu.4. 194
Nero.nu.4. 359
Nicena Synodus quo tempore.nu.4. 349
Nihil soluere, & minus soluere idem.nu.7. 31
Ninis candore læsi oculis.nu.7. 238
Noctis ratio.nu.14.
Nomen est titulus qualitatis in re, vel persona.nume.1. 18
Nomen est actio quæ competit in debitorem. numero 4. 18
Nomen significat debitum.nu.2 18
Nomina debitorum legata, omnes debitores ex quocunque contractu complectuntur. & huc antinomia.nume.5. 18
Nomina debitorum, & calenderia negotiatorum, in mercibus non habentur.nu.1. 166
Nostrum nihil dici potest, ante eius agnitionem.numero 21. 92
Nothus matrem sequitur, non patrem.nu.2. 390
Nothus intellectus est, qui vulgi auribus, & captui non conuenit.nu.6. 2
Nonale in iure pontificio dicitur ager, qui cum nusquam, nullique hominum memoria cultus, & proscissus fuerit: nuper ad culturam reuocatus est.numero 1. 105
Notatio.nu.1. 34
Noxa est ipsum corpus quod nocuit, Noxia malefitium, & noxa pro noxia dicitur.nu.13 290
Noxia eximere, est culpam remittere.nu.14. 291
Noxa dedere.nu.13. 290
Noxia culpa.nu.13. 290
Numisma Persicum, Sagittarius, Tenedinus nummus. 320
Nummus quid & vnde.nu.3. 344
Nummi monetam significantis strictior est quàm pecuniæ significatio.nu.3. 344
Nummi ferres. Numia. 320
Nuptiæ cum filiafamilias volenti contractæ iniuriis parentibus, pro raptu habentur.nu.2. 25
Nuptialis currus solemnitas apud Græcos. numero 5. 449
Nuxus pronurum etiam significat, non propriè ἐλλιμενάρχα.nu.1. 144
Nyctalopes, qui.nu.6. 236

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Obligare se immodicè nemo vult. numero 1. pagina 381
Obligatio simul & actio in quibus stipulationibus statim nascatur; & quatenus. nu. 4. 429
Obligationis dies quando propriè cedere dicatur. nume. 5. 429
Obligatio vt effugiatur in stipulatione per disiunctionem negatiuam, vtramque partem esse veram oportet, alteram autem tantum sufficit esse veram, vt concipiatur obligatio. nu. 4. 270
Obligatio sicut est ius propter quod agimus dominiumq; cõsequimur, & actio est ius quo agimus & pro sequimur: ita hereditas est ius propter quod agimus, vt eius dominium & possessionem consequamur. nu. 1. 301
Obligatio fundi stipulati si de pleno iure fundi agatur, indiuiduum est. nu 8. 77
Obligatio disiunctiua à generali in hoc differt, quòd in hac sunt numerè propemodum species, in illa verò pauciores ad quas maiorem affectionem habuisse videntur contrahentes. nu. 10. 97
Obligatio generis & disiunctiua, solutione diuisionem non admittit. nume. 5. 77
Obligatio disiunctiua sicut obligatio generis, in solutione diuisionem non recipit: nam vtriusque eadem est ratio. nu. 3. 95
Obligationis generalis, & disiunctiua eadem est ratio. nu. 6. 77
Obligatione principali in personis hæredum per moram multiplicata, non continuò tamen obligatio pœna multiplicatur. nu. 12. 372
In obligatione generis, quod soluitur indiuiduum censetur perpetuò fuisse sub genere in obligatione, numero 6. 96
Obligationes fiduciarum ad heredes transeunt. numero 18. 273
Obligatus sub conditione, esse non videtur obligatus ante conditionis euentum. nume. 8. 27
Obuentiones pro re vendita nec tradita, patrono clientelari non debentur. nu. 2. 167
Obligationi alterius subscribens, pariter si obligat. numero 12. 121
Occupatio, & habitatio prædij vel domus iusta alia causa, non arguit additionem hæreditatis. nu. 33. 75
Octauarij qui. 49
Officina. 353
Officij iudicia ante inceptum iudicium in contractibus stricti iuris nulla est commoditas. nu. 3. 109
Officinæ in qua opificia exercentur, & taberne in qua opera, & merces venales præstant, differentia confunditur. nu. 1. 354
Olera quæ dicantur, & vnde deducãtur. nu. 18. 396
Ὁμοιοτελευτα, & ὁμοιόπτωτα, in familia numerantur. numero 8. 126
Onere intrinseco in præstando, nulla inter legatarios & heredes est differentia. nume. 5. 309
Operas non nisi diurnas nemo præstare tenetur. numero 24. 12
Operas liberti patrono debitas exigere potest eius hæres proximus tantum, non longa successione remotus. nu. 3. 172
Opifices. 353
Opimo sola simplex ad bonã fidem minime sufficit: sed certa exploratáque fides requiritur, à qua fraus omnis & simulatio intellligentiæ abest. nu. 1. 249
Oppsdũvnde dictum, Macteria, seu macteries quid. 317
Ophthalmia quid. nu. 6. 236
Optio legata ad præstitutum tempus, & non amplexa, tamen alienatio non est. nu. 22. 92
Opus perfectum censetur. nu. 1. 17
Oratio sine coniunctione aut disiunctione, secundum captum intentionémque loquentis interpretanda est. nu. 3. 93
Orchestra. nu. 4. 355
Ordinarius quantum ab Diœcesano differat. numero 6. 375
Ordinarius quis dicatur. nume. 6. 375
Ordinarius ordinariam iurisdictionem habet: Diœcesanus, qui Episcopus est, Diœcesi præest. nu. 7. 375
Ordinarij serui. nume. 5. 329
Ordinaria bonorum possess. nu. 2. 301
Extraordinaria. nu. 2. 301
Ordinarij serui sunt, qui ordinem suum in re familiari domini tenent: vicarij qui in peculio sunt ordinariorum. Mediastini qui in media domo vilia obeunt ministeria. nume. 6. 329
Ornamentorum appellatio. nume. 4. 275
Ornamenta senatoria sunt quæ senatum ab equite distingunt. nu. 2. 231
Ornamentorum legatorum appellatione, non comprehenduntur vestimenta. nu. 4. 375
Ortus & oriundus qualiter differant. nu. 3. 375
Ortus ad natiuitatis locum, oriundus ad parentũ & maiorum natalem locum respicit. nu. 4. 375
Ostentum est quod præter naturam euenit: signum seu miraculum quod præter communem consuetudinem accidit. nu. 2. 113
Ostentum, portentum, & prodigium, nihil differunt. nume. 4. 115
Ouile. nu. 6. 393
Οὐσιῶδες καὶ ὑποστατικὸν differentia. nu. 9. 35
Acta sub spe cernendæ hereditatis aliena, non valent: quia spes ea incerta est. nu. 10. 15
In pactis etiam si nulla heredis fiat mentio, tamen qui paciscitur sã sibi quàm suis hæredibus cauere intelligitur. nume. 3. 163
Pagi quid Aristoteli. nu. 6. 387
Pali, Ridica, Pertica, Pedamenta, non ligni, sed materia appellatione continentur. nu. 1. 338
Pallaca. nu. 1. 305
Palæ est corã pluribus, sed & aliquãdo manifestè, quia non semper publicũ significat. nu. 1. 107
Πάλλαξ βόνατος, seortum masculinum exoletum significat. nu. 2. 305
Παῖς, quid Graecis. nu. 3. 417
Pallium proprie vestis est Greca. nu. 3. 137
Πανδοχεῖον, cur sic dictum. nu. 4. 393
Papa Iuppiter. nu. 4. 358
Parere quid. nu. 2. 294
Partus imperfectus modo viuus, pro nato habetur, & testam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

testamentum rumpit.nu.11. 282
Partus mostrosus, prodigiosissus, nec natus, nec filius est reputandus.nu.12. 282
Partus, qui humanorum membrorũ officia ampliauit, aliquatenus videtur effectus, & ideo inter liberos connumerabitur.nu.13. 281
Partus in quo natura membrorum humanorum officia ampliauit inter liberos censetur, & qui etiam integer non fit editus.nu.7. 116
Partus editus non est amplius matris pars, sed ipsum totum.nu.1. 83
Partus editus contra naturam, legitimus non est.nume.8. 116
Partus furtiuus ancillæ vsucapitur ab herede furiu. nume.11. 85
Partum furtiuæ ancillæ, emptor etiam bonefidei in fructu reponere non potest, nisi eam ipse grauidam effecerit.nu.14. 85
Partu vno plures tribus nasci portentosum est. numero 4. 299
Partus septimestres.nu.3. 299
Partus quoto mense à conceptione sint vitales. numero 3. 299
Partus monstrosi qui.nu.3. 300
Partus infirmi sed aliquantisper viuis præteritio rupium testamentum non resistuit.nu.8. 282
Parentare est defunctis vitæ parentibus iusta persoluere.nu.2. 146
Παραφωνεν, est cõferre legem legi, ἀντιφωνεν legi latæ contrariam ferre.nu.4. 243
Parentalia sesta quibus iusta fiebant mortuis, mense Februario.nu.3. 146
Parentis appellatione pater, auus, & omnes superiores vsque ad tritauum significantur, qui supra sunt maiores vocantur.nu.5. 147
Parentis nomine, pater, mater, patria, & terra significantur.nu.1. 145
Parentes qui dicantur, Maiores qui, Liberi vnde dicti. 310
Parentes dicuntur omnes superiores in infinitum.numero 6. 147
Patronus est qui alterũ defendit in iudicio.nu.1. 148
Paries quid, Murus, Mœnia. 317
Parochus quis.nu.4. 449
Παροικια, qui.nu.3. 449
Parochiæ publicæ.nu.6. 450
Parœcia, Parœci.nu.3. 449
Parochiæ & parochiani ineptè appellantur à Iuris Canonici doctoribus.nu.4. 449
Pars fundi, fundus appellari potest.nu.5. 162
Pars totius fundi diuisa, & singularis demini facta seorsum propria, desinit esse pars, & efficitur totum sui domini.nu.36. 81
Pars pecuniæ pro pœna mora soluta, totum cessare facit.nume.11. 265
Pars iusta & æqualis totius est dimidia.nu.2. 326
Partis appellatione nonnunquam totum concipitur. nume.3. 326
Partes complexæ suum totum perficiunt, nec tamen totius nomen sortiuntur.nu.10. 77
Passus quid, & passuum varietas.nu.1. 315
Passuum dinumeratio locum non habet in pacto expresso.nu.2. 14
Passuum sex sunt discrimina.nu.1. 315
Pascua in tabulis censorijs sunt omnia ex quibus P. R. reditum habet, quia diu hoc solum vectigal fuit. nume.1. 105
Pastinatio, & repastinatio vilis est impensa. numero 4. 187
Pater & materfamilias personæ sui iuris.numero 8. 140
Paterfamilias quis dicatur: qualiter efficiatur: & qualiter eo mortuo familia diuidatur.nu.9. 388
Patrem qui sepelit cum protestatione pietatis, non eum adeundæ hereditatis, legatarijs, & creditoribus non tenetur.nu.6. 125
Patientia vsurpatæ seruitutis, præsertim continuæ, & quotidianæ pro traditione possessionis habetur. numero.12. 91
Patronum qui in ius vocare prohibetur: idem & patronam, cum hac sub illo continetur.nu.4. 148
Patrimonium quid, & qualiter à peculio differat. nume.1. 352
Patrimonium, est patris familias substantia, de cuius testamento inofficioso querela esse potest.nu.1. 352
Patrimonium est quicquid in bonis nostris censetur. nume.8. 144
Patronus dicitur qui seruum libertate donauit. numero 3. 148
Pauli Iureconsulti dubia sententia explicatur. numero 16. 11
Peculiares serui.nu.7. 329
Peculium quid proprie. 352
Peculium est filiofamilias, de quo testamentum condi sine querela potest.nu.1. 352
Peccatum non dicitur sine delo.nu.2. 440
Pecunia à pecore dicta.nu.2. 187
Pecuniæ definitio, & etymon.nu.5. 15
Pecunia ex precio rei furtiuæ redacta, furtiua non est.nume.10. 40
Pecunia Latinè, κατὰ τὸ χρῆμα Græcè, eodem genere significato conueniunt.nu.2. 344
Pecunia comprehendit res solas, & mobiles, corpora, iura, & actiones, & fructus.nu.1. 343
Pecunia Ecclesiastica personæ commendata, Ecclesiam non obligat.nu.10. 365
Pecunia exactatam soluta, quàm delegatam pecuniam significat.nu.1. 366
Pecunia cum metrichus improfessis, aut prohibitis reperta confiscatur.nu.3. 167
Pecunia vnde sic dicta.nu.5. 344
Pecunia deposita summa sponsionibus pro pœna remerè litigantis.nu.4. 20
Pecuniæ pari pro pœna mora soluta, totã cessare facit.nume.11. 265
Pecuniæ appellatione quid cõprehẽdatur.nu.1. 438
Pecuniæ varia significatio.nu.7. 16
Pecuniæ vocabulo exactæ & propriè ea significantur, quæ pondere, numero, & mensura cõstant.4. nu.344
Pecuniæ post inuentam rerum emptionem & vendationẽ certo precio, per metalepsin cœpit significare eaures, quæ functionem in hoc genere recipiunt. nume.5. 344
Pecuniæ alienæ administrator, purgatis necessarijs de vsura reliqua tenetur, maximè pupillis, & tutoribus, & fœneratoribus.nu.8. 265

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Pecunia verbum generale ad res & actiones. nume.1. 343
Ex pecunia donationis causa promissa, usura non debetur ob moram. nume.15. 62
Pecuniosus quid. nu.5. 344
Pedamenta. 335
Pellex unde dicta. nu.2. 305
Pellex est viri mariti amica, Pallaca cælibis. nume.1. 305
Pallicatus. nume.1. 306
Penes, rei dominium & possessatem, Apud, locum, & personæ vel rei constitutionem significat. numero.1. 165
Ad pensionem emphyteuticam præteritam, & non exolutam successor per transmissionem non tenetur. nume.16. 72
Perduellij. 259
Perduelles quare dicebantur hostes. nu.1. 444
Peremptoriæ exceptiones ideo dicuntur, quia negotium quo de agitur perimunt. nu.2. 153
Peremptoriæ exceptiones post sententiam latam opponi non possunt, nisi ætatis minoris fauore, conditionêne personæ. nu.3. 154
Perfectum dicitur opus quod in vsu iam esse potest. nume.2. 17
Permutatio pretium non habet, & species est ab empione, & venditione separata. nu.6. 15
Persequi, est rem suam mero iudicis officio postulare. nume.2. 158
Persequi, in bonam malámque partem accipitur. nume.1. 158
Persecutio tam ad rem, quàm ad personam traducitur. nume.10. 108
Persecutio propriè est imploratio officij iudicis, quod mixti est imperij. nu. 108
Persecutio quid. nu.5. 347
Persecutio est tam in rem, quàm in personam persecutoria actio. nu.3. 347
Persæ. nume.4. 358
Persona fallum quòd coheret, ad hæredes non transmittitur. nu.19. 374
In præscriptione non est habenda ratio temporis quo scripta est, sed quo subscripta. nu.20. 121
Perscriptiones seu minutæ à notario subsignatæ, vel subscriptæ testimonij publica authoritatis habent. nume.15. 122
Personaliter citandi domicilium est, vbi maiorem anni partem elegit. nu.1. 317
Pertinere quàm latè patet. 351
Pertinere, dicitur quod quis quoquomodo possidet, sibique acquirere, & habere si velit, potest. nu.2. 351
Peruenire, verbum est commune in substitutione. numero 4. 337
Peruenire, verbum, ad fideicommissa accommodatum. nume.1, 337
Peruenire dicitur quod est remansurum penes eum qui habet. nu.2. 337
Pes quid, & unde. nu.1. 315
Petitio quid proprè, & unde. nu.4. 346
Petitio est in rem actio propriè. nu.4. 346
Petitione generali legatorum datæ, libertates cõpetunt: nisi aliud ex mente testatoris deprehendatur. nume.11. 190
Φαρμακεύειν. nu.2. 446
Φαρμακεία. quid. nu.3. 446
Φάρμακον quid Græcis. nu.2. 446
Φάσμα τερατῶδες est visum monstrosum. nu.13. 117
Pictura est imago eius quod est, aut esse potest. numero 6. 189
Piscaria. quid. 56
Piscina. 56
Planeta diebus & horis dominantur. nu.20. 12
Plancæ. 353
Plebs quid, & quid à populo differat. nu.1. 447
Plerunque, est idem quod non semper. nu.4. 6
Plus, verb. quomodo sit accipiendum: Et quid significat. nu.5. & 6. 382
Plus, munus, verba, nihil adiicunt, neque detrahunt orationi. nu.9. 383
Pluriuæ, si hæc adiciantur in pactis & conuentionibus, quid importent. 391
Plus qualiter & quomodo significetur. nu.5. 382
Pomum, quid. 419
Pollinctores qui, & quid item pollincere. nu.6. 404
Polyandrum à Græcis, à Latinis Sepulchretum dictum, à Christianis Cœmeterium. nu.7. 362
Pœna deserta accusationis. 52
Pœna pro hæreditaria parte committitur. nu.5. 371
Pœna metalli. 56
Pœna deserta accusationis à procuratore Cæsaris exigi non potest. nu.19. 52
Pœna vsuram significat interdum, & id quod interest, sed improprè. nu.6. 289
Pœna seruus vel ancilla quicquam obscœnum deiecitue è fenestra domus in transeuntem. nu.12. 389
Pœna metalli erat damnari in sulphurariam, vel calcariam. nu.41. 56
Pœna ex euentu conditionis, vsura ex pecunia vsu debitur. no.8. 290
Pœna pro molestia, & nocumento aliquando sumitur. nu.9. 290
Pœna absque delicto non potest esse. nu.10. 290
Pœna potiùs ad sanciendum crimen, quàm ad consumandam transfertur. nu.11. 290
Pœnæ plures significationes. nu.6. 289
Pœnæ nomen generalius quàm mulctæ. nu.4. 289
Ponere in manum regiam. quid. 44
Populus decem personis vt minimum constat. nume.49. 205
Portentum quod à porrò tendo dicitur, est signũ quod contra naturam aliquid portendit. nu.1. 183
Portio demidium interpretatur, in re ambiguo, nisi spiritualiter determinetur. nu.1. 326
Portus ἀπὸ τῆς πορθμοῦ, id est à sinu maris pernio, & inde πορθμεῖα naues quæ ad milites portandos, traiiciendíque sunt comparatæ. nu.2. 160
Portus sunt, aut naturales, aut manufacti. nu.4. 160
Possessio quid, & unde dicta. nu.2. 256
Possessio est res retinendi patrimonij. nu.2. 256
Possessio incerta dupliciter dicitur, vel natura, vel facto hominis. nu.1. 124
Possessio respectu primæ occupationis ad vsum vitæ, est facti: respectu deminij ad hæredes transferendi, iuris est. nu.3. 256

Posse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Possessio pro dominio simpliciter ponitur.nu.4. 256
Possessio à ponendis pedibus,vel sedibus.nu.7. 257
Possessio & usufructus in ratione facti,à dominio discerni solent.nu.21. 79
Possessio & usufructus partes sunt fundi nũ disiunctæ, sed continuæ & coëssentiales.nu.15. 78
Possessiones pro rerũ dominijs,& propriis atribus, tam latinis quam celtis dicuntur.nu.1. 182
Possessor quis.nu.6. 257
Possessor proprie dominus non est.nu.6. 257
Posthumus quis.nu.8. 282.& 325
Posthumus quandiu in vtero gestatur, pars censetur vteri, nec pupillus est, nec in potestate patris. nume.2. 324
Posthumus mortis paternæ tempore,etiam septimestri minor in vitiu fuisse fauorabilis iuris fictione cẽsetur.nu.1. 315
Posthumus in vtero pro iamnato habetur, cùm de commodis eius agitur.nu.1. 325
Posthumi præteritio, qui sine vitæ editu est, non facit irritum testamentum.nu.3. 279
Postliminium quid.nu.3. 349
Potestas quid,quot modis dicatur & accipiatur. nume.1.& 3. 411.& 432
Potestas magistratus,est eiusdẖ iuris dictio.nu.3. 432
Pratum quasi paratum dicitur.nu.1. 105
Pratum etiam dicitur,quod intra decem annos sectum est.nu.2. 106
Præceptis iniustis non esse parendum.nu.17. 407
Prædium quid , & qualiter à possessione differt. nume.5. 257
Prædium est quo dominus iure suo vtitur fruitur. nume.5. 257
Prædium tam vrbanum est , quàm rusticum. nume.4. 262
Prædium quid,& vnde dictum.nu.1. 393
Prædium rusticum & vrbanum quid, & quare sic dictum.nume.2. 393
Prædia rustica quænam dicantur.nu.12. 395
Prædia rustica & vrbana,& mancipia non loco, sed ministerij genere distinguntur.nu.1. 327
Prædia æqualiter se habentia,sunt omnibus suis partibus ac iuribus prædiæ , vt itinere , actu , vsu,& aquæductu.nu.2. 206
Prædiorum vicesima pars olim fisco pendebatur. nume.5. 49
Præscribi sine possessione non solet.nu.14. 91
Prælati qui suo non ecclesiæ nomine cõtraxerint,successores suos non obligant.nu.20. 73
Præpositio pro,in censendis nominibus excurrere,& vltra extendere significat.nu.2. 144
Præsens quis proprie.nu.5. 424
Præsens pro præterito.nu.1. 267
Præsentes aduersus absentes,& qualiter & quando restituantur.nu.6. 398
Prætor quisnam olim diceretur, & vnde nomen sortitus.nu.16. 395
Prætori non licet directo heredem facere.nu.3. 345
Prætorij nomen quàm multas significationes habeat. nume.16. 395
Præcones feriales qui.nu.11. 405
Præterium quid.nu.15,& nu.17. 395.& 396
Præuaricatores qui,& vnde dicti.nu.2. Quid item præuaricari.nu.3.& 4. 426
Πρεσβύτερος qui dicantur Hippocrati.nu.5. 417
Pretium in suis vniuersalibus locores succedit. nume.11. 40
Pretium rei in particularibus loco rei non succedit. nume.9. 39
Pretium rei pro re habetur , vnde exolutũ pro furtiua redempta pretium furti conditionem, & vendicationem habet.nu 8. 39
Pretio iniusto,emptor ad vsuras non tenetur, & venditor iniusti pretij inops emptor suspicione fœnerationis non vacat.nu 10. 31
Princeps est summa deiratio, & lex animata in terris.nume.2. 64
Princeps senatus erat apud Romanos.nu.4. 64
Princeps dicitur,qui primas,& principatum in rep. tenet.nume.1. 63
Princeps miles qui. 63
Principalia castrorum,& principalis porta. 63
Principalium,& fiscalium bonorũ distinctio:ex Hæmenopulo.nume.26. 53
Probrum est vitium factum , opprobrium vitij ignominia & vituperio.nu.1. 129
Procurator Cæsaris procuratore fisci est dignitate superior,at hodie confundunturnu.21. 52
Procurator Cæsaris qui in exequendis principis negotijs ipsum Cæsarem refert.nu.18. 52
Procurator fallsus quis.nu.1. 437
Procurator Cæsaris. 52
Procurator fisci. 52
Procurator Cæsaris cognoscit inter fiscum, & priuatum,aut inter duos priuatos,quorum alter Cæsaris res conduxerit acceperit.nu.20. 52
Quis promissis nec statim dominium trãsfert,promisso non liberatur.nu.4. 169
Promittens quãti interest , censetur promittere quãti eam rem esse apparebit,vel quanti res erit. nume.1. 383
Promittens aliquid . solumdo partem,nec in parte quidem soluta liberatur.nu.4. 77
Promissio facta ad diem aliquo euentu limitatum, ex ipsa die,non ex hypothetico euentu percensetur. nume 1. 295
Promissoris industria considerantur in stipulatione. nume.6. 152
Promus, Oeconomus, Oeconomia.nu.2. 327
Prohibuo vno ex heredibus,in factis seruiæ cautis, stipulatio in id quod sua interest pro parte hæreditaria committitur.nu.10. 372
Pronunciare est omnium iudicum , statuere summi magistratus merum habentis imperium.numero.2. 139
Pronunciat iudex , dum sententiam dicit. numero 1. 139
Pronomina Meus,Tuus,Suus,in fundo stipulãdo plenum ius domini arguunt , plenique iure stipulari faciunt.nume.9. 77
Pronunciatum dialecticum quid.nu.4. 139
Propolæ.qui. 54
Proprietas & vsusfructus , quia iura sunt incorporalia,partes fundi fictè dicuntur.nu.16. 78

Proteſ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Protestari, propriè est animi sententiam declarare: eáque protestatione iuris sui rationibus in futurum consulere.nu.4. 125
Protestari, est testato reclamare, & intercedere, quominus aliquid, aut testatur rem se iudicio executurum.nu.1. 125
Protestari, Iurisconsultis pontificijs, est vehementer affirmare.nu.3. 124
Protestatio causæ de negotio gesto audienda est. nume.5. 125
Protestatio metus iudicis, ius exercendæ appellationis in futurum conseruat.nu.7. 125
Proscenium.sub nu.4. 355
Prospicere, & prænidere debemus, quæ euenire possunt.nu.7. 185
Prouinciæ dicuntur procul euictæ extra Italiam gentes, Romanoque addit & imperio.nu.2. 219
Prouinciæ nullo mari ab Italia secunctæ, dicebantur continentes.nu.7. 229
Prouinciales qui, & unde dicti.nu.2. 374
Prouincialem esse, & de prouincia quid differant. nume.4. 375
Prouinciales erant omnes adiuncti imperio Romano, præter Italicos.nu.3. 374
Prouocatio ad populum erat tantùm intra urbem & extra ad 1000.passu.nu.2. 315
Proximus & primus dici potest, etiam quem nemo sequitur.nu.1. 316
Proximus accipitur qui primus hæres extat, quo tempore bonorum possessio deferitur.nu.2. 218
Proximus est, quem nemo antecit succedendi iure, quique in repudianda hæreditate primus est. nume.3. 218
Proximus in positiuo gradu. 316
Proximus locus, pro adiacenti.nu.6. 218
Proximus etiam dicitur, qui solus est hæres.nu.3. 218
Quando incipit primum. 417
Pubertas quando incipiat, & quando finiatur. nume.6. 417
Puer, quàm variè accipiatur, & unde dicatur. nume.1. 416
Puer, accipitur pro turpiter amato.nu.2. 415
Puer, quis dicatur.nu.10. 418
Puer nec impubes iuramentum subire cogitur, nec matrimonium contrahere possunt.nu.11. 418
Pueri pro seruis.nu.1. 416
Puer pro filio.nu.2. 416
Puerum decem annorum mulierem impregnasse, nu.10. 418
Publicum pro vectigali accipitur: & Decumani secundùm Ciceronem tanquam principes & senatores dicebantur.nu.2. 45
Publicum & commune non differunt, nisi vsu iuris gentium & iuris naturalis.nu.2. 49
Publicum, pro carcere.nu.1. 141
Publica pœnitentia. 44
Publica vectigalia sunt ex quibus fiscus fructum capit.nu.4. 49
Publica sunt, quibus populus suo iure vti potest. nume.1. 49
Publica iudicia sunt, quibus id quod fisco, vel reipub. debetur, persequimur accusationis viam.nu.5. 43
Publica bona propriè sunt ciuitatis Romanæ.nu.8. 43
Publicanus est, qui publico fruitur, aut qui quid à fisco conducit.nu.1. 45
Publicani mancipes dicuntur, qui quæstus sui causa decumas, portoria, & pascua redimunt: & eorũ olim ratio scriptura dicebatur.nu.5. 46
Publicanorum ordo, olim fuit honestus.nu.3. 46
Publicanorum nomen odiosum.nu.4. 46
Pallaca.nu.2. 306
Pulpitum.sub nu.4. 355
Pupillus est puer ætate minor post mortem patris sub tutore agens.nu.1. 324
Pupillo non licet hereditatem adire sine authoritate tutoris.nu.3. 261
Puppa & puppus quid.nu.1. 324
Pyra.sub nu.19. 408
Pythagoræ symbolum, stragula conuoluta habeto, corporeo sensus significat ad animi rationem conuertendos.nu.4. pag.138



Vadriplatores quinam dicti. nume.6. 392
Qualitas rei ipsam rem sequitur. nu.4. 8
Qualitas prædij est qua asseritur, quale sit perpetuo.nu.4. 206
Quanti res ea erit, vel quanti esse apparebit, idem significant.nu.4. 348
Quærere extra ordinem, est summariè, & sine indicij figura procedere.nu.7. 27
Quæstio notanda & quotidie practicata. 41
Quæstio vbi de stirpe & gente sit, testimonio opus est. nu.4. 150
Quæstio de mercibus nec ad mancipes operarios, nec ad tributariam actionem porrigitur.nu.2. 166
Quæstione orta in disiunctis inter legatarios, iuris accrescẽdi locus non est secus inter hæredes.nu.3. 304
Quirstare, & quiritari est deos hominésque implorãdo contestari.nu.2. 125
QVISQVIS, dictio, cum verbo futuri temporis, vim habet substitutionis sub condtione facta. nume.3. 258
QVISQVIS, dictio, in hæredum institutione ad fœminam non porrigitur.nu.1. 257



Apere & furari, differunt vi & clam.nu.4. pag.25
Raptores virginum, maximè sacrarum, cum suis fautoribus capite sunt plectendi.nu.7. 244
Ratio priuata quid. 53
Rationes qui reddit, reliqua tenetur reddere. numero 3. 213
Recipere, quid.nu.3. 420
Recessus.nu.3. 350
Reddere, etiam simpliciter dare significat.nu.1. 219
Redemptores nonnunquam dicuntur, qui alienas lites persequendas pretio redimunt: & aliorum iuris subeunt.nu.12. 47
Redemptores publicorum, aut priuatorum operum sunt, qui ea facienda suo suscipiunt periculo. nume.9. 47
Redemptores operum suas materias faciunt eorum esse, in quorum solo ædificant: nihilominus impensas tametsi operis pretium excedentes, modo vtiles repetere possunt.nu.13. 186

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Reditus & redditus, nomen est generale ad fructus & fruges, fruges verò species fructuum. numero 7. 180
Reditus porteriorum in ciuitatibus Francia, sunt ipsarum ciuitatum peculiares, & denarij communes vocantur. nu. 28. 54
Religionis Christiana persecutores primi. nu. 4. 319
Regio carens lignis & arboribus. nu. 1. 332
Reliqua sunt ex maiori summa restantia. numero 1. 220
Reliquatores sunt, qui ex reliquis rationum ad alienum contraxerunt. nu. 3. 220
Repudiare verbum generale. sub nu. 3. 377
Repudium, & Diuortium, qualiter inter sese differant. 376
Repudium propriè est sponsi & sponsæ: Diuortium viri & vxoris, impropriè verò confunduntur. numero 1. 376
Repudij libellus quibus verbis concipiebatur. numero 2. 377
Repræsalia. nu. 2. 374
Repromissio cum dolo, & fraude commissa, satisdationis vim non habet. nu. 3. 163
Repromissio acceptata pro satisdatione est. numero 1. 163
Repromissionem pro satisdatione cogitur accipere nemo. nu. 2. 163
Res in his qua manente materia, sed vitiata forma deteriora reddùntur, abesse dicitur. nu. 1. 38
Res pecunia est æstimabilis, non pecunia rebus. numero 5. 208
Res furtiua à domino inscienti empta, non videtur abesse, cùm pretium repetere potest. nu. 13. 40
Res vendita, dein emptori euicta, ipsi abesse censetur, in cōtractibus bonæ fidei, stricti iuris, do dolo, & ad id quod interest. nu. 3. 38
Res pignori data, non videtur alienata, maximè si per moram debitoris, in proprium patrimonium non sit redacta. nu. 8. 90
Rei appellatione continentur, quæ extra computationem patrimonij sunt. nu. 9. 16
Res ecclesiæ alienare inconsulto capitulo episcopus non potest, nec episcopo capitulum, nisi sint minimi momenti. nu. 30. 20
Res cum alio communis, ad vtrunque, & singulos pertinet. nu. 3. 352
Res alienata minor credito, aut vsuris sortem excedentibus alienata censetur. nu. 9. 90
Res abesse desinit, cùm in dominium suū potestatē rediit, conditione furti sublata. nu. 1. 37
Res est in bonis, quam possidētes exceptionem amittentes, actionem ad eam recuperandam habemus. nume. 9. 217
Res pro diuiso possessa, aliquando pars dicitur. numero 37. 81
Res furtiua ignorāter à domino empta, abesse dicitur, & furti alligata est. nu. 6. 39
Res in bonis esse dicitur, quæ bona fide possidetur. numero 9. 144
Res alio quouis modo, quàm bello amissa, & post domino recuperata, etiam postliminio redijsse dicitur. nu. 3. 349
Res possidemus vt his vtamur, fruamur. nu. 35. 81
Res mancipi, alienari res fas non erat. nu. 1. 89
Res prohibita alienari, prohibetur vsucapi. nu. 5. 90
Res legata, à sua forma dissoluta, dissuluam testatoris mentem arguit, nec legatario est exhibenda. numero 5. 33
Rei vocabulum multiplicis significationis, ad causas secundas protendit, atque etiam ad iura. numero 1. 67
Res legata proprietas quoque legata intelligitur. numero 4. 15
Res nomen est generalius quàm pecunia. nu. 1. 15
Rem qui penes se habet alienam, eius pretium offerēdo, non restituit. nu. 3. 67
Re conducta in dubio intelligenda est proprietas tantùm. nume. 3. 67
Res & verbis obligationes contrahuntur. nu. 22. 4
Rerum quarum dominus nescitur, sumptio, est vsurpatio, non possessio. nu. 8. 250
Res commodata, & deterior reddita, non reddita cēsetur. nume. 6. 33
In rei vendicatione, rei vocabulum non extenditur ad causas, & iura, nec obscurior sit petitio. nu. 2. 67
Rei ecclesiasticæ alienatione facta, capitulum intercedere, aut cōfirmare potest in alienatione ad tempus, non in perpetua. nu. 33. 203
Res appellatio absolutæ, quæcunque insunt, & accedunt, completitur, etiam in contractibus extremis mandatis, & concessionibus principum. nu. 6. 68
Rei appellatio generalis, iura, & causas secundas, id est, fructus res continet. nu. 1. 174
Res significatio multiplex. nu. 8. 16
In re fauorabili exceptio actionem non tollit, in odiosa maximè. nu. 17. 24
Res clisemelares, & feuda in bonis censentur. numero 10. 144
Res fiscales. 25
In rebus alienari lege permissis vsucapiōi locus est. nume. 10. 90
Rerum in translatione dicitur agere, nō ex propria verbi significatione, sed per interpretationem. numero 13. 24
Rerum duorum stipulandi vterque in solidum teneatur. nume. 3. 312
Rerum duorum stipulandi vterque pro virili tantùm parte teneatur, non in solidum, nisi ex pactio ita conuenerit. nume. 3. 254
Respub. sine familijs non potest consistere. nu. 5. 386
Respublica nomen, ad ciuitatem, imprimisque Romanum pertinet. nu. 9. 43
In restitutione damni dati, lucri quoque cessantis actio competit. nu. 1. 190
In rescriptis beneficialibus exactissima fieri debet interpretatio. nu. 16. 199
Rescriptū principis obscurum, ad alterius principis rescriptum est conformandum. nu. 13. 4
Respectus generis nulla est conditio, sed singularum partium. nume. 8. 96
Restituere, est rem domino tradere, quam possidere ei rursus liceat. nu. 2. 65
Restituere, verbum generalius est quàm rem exhibere, eámque possidēdā cū fructibus tradere. nu. 8. 66

***

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Restituendi verbum continet & rem de qua quæstio est, & rei causas atque accessiones, in actione stricti Iuris, non item bonæ fideinnu. 1. 108
Rhegium vnde dictum. 229
Ridicæ. 335
Ripa est quæ flumen tenet, naturalem cursum sui rigorem tenens nu. 2. 228
Rite significat causæ ordinationem, & iustæ solennitatem, ut ro, res alicuius rationem, & æquitatem. nume. 14. 175
Rogus. nume. 19. 408
Romuli Lege vxori diuertere non licebat: viro maximè, nisi ob quatuor causas, veneficii, adulterium, furtum, & fœtus suppositionem. nu. 4. 379
Romuli lex de diuortijs. nu. 31 379
Rumpi. 335

Acra non habentur inter publicas: quia in nullius bonis sunt, & possideri non possunt. nu. 3. 49
In sacerdotijs promiscue collationis altera parte vacanti, ad alterũ ius deuoluitur. nu. 45. 205
Sacerdotes pro sepultura nihil omnino exigere debent nume. 16. 406
Sacrificia prima ex herbis vsitis. nu. 2. 101
Salaria Regaliorum iure censentur. nu. 39. 56
Salina Bisuntina. 55
Salinarum ius vsurpare impune non licet. nu. 38. 56
Salinæ primus institui *Ancus Martius* Rex Romanorum tertius. nu. 35. 54
Sagena, quid. 57
Sandapilarij & *Vespilones*, quinam dicantur. numero 9. 405
Satisfacere. nu. 1. 340
Satisfactio acceptata pro solutione est. nu. 1. 340
Saxonia saline. 55
Scandale quid. 353
Scheda descripta sine subscriptione aut signo, nihilominus scriptorem suum obligat. nu. 18. 122
Scheda publica qui nomen aut chirographum subscripserit, aut etiam subsignauerit, eam comprobare videtur. nu. 10. 121
Scriptura plus valet, quàm quod actum est. nu. 3. 76
Sede vacante ne aliquid innouetur. nu. 43. 205
Sede vacante sacerdotia ad episcopi collationem spectantia: nec à capitulo nec archiepiscopo conferri debent, sed à papa. nu. 44. 205
Sermo simpliciter & absolutè enuntiatus, de primo tantum actu est intelligendum. nu. 7. 212
Scriptura, vectigal appellata. 55
Semis, *Spithame*, *Dodrans*, *Palmus*, *Quadrans*. numero 1. 315
Sensum & motum quæ habent, nascuntur. nu. 2. 279
Sensus qualiter falli solent, & quæ causæ. 423
Sectores qui. nu. 7. 392
Senectus. nu. 9. 418
Senectutis partes tres. ibidem
Seria quid. nu. 3. 421
Sententia de restituẽdo simpliciter lata, fructus quoque importat, si de iure restituendi veniunt, alias non. nume. 8. 66
Sepulchrum quid, & vnde dictum. nu. 25. 411
Sepulchrum quid. nu. 22. 409
Sepultura genus antiquum. nu. 15. 405
Sepulchretum. nu. 19. 409
Sequester non potest abuno committi, nisi sit Iudex. nume. 22. 248
Sequester nonnũquam dicitur interpres ambitus, & corrupendarum tribuum conductor. nu. 3. 248
Sequester dicitur, cuius fidem sequitur vterque litigatorum. nu. 1. 248
Sequestres ἐρυθάβοι dicuntur sycophantæ, qui ex aliemis calamitatibus & dispendijs sua rapiant cõmoda. nu. 4. 243
Sestertius noster Centussis, Decussis noster. 324
Seruitus in obligatione vsus in partem fundi venit, propter vsumfructum, qui seruitutis pars censetur. nume. 27. 79
Seruitus est aut realis aut personalis, personalis est vsusfructus, vnde vsusfructus seruitutis species est. nume. 29. 79
Seruitutem sibi debitam negligens, eam alienare videtur. nu. 11. 91
Seruitutis pars in contractum deduci non potest. numero 41. 82
Seruitutes & natura, & iuris dispositione sunt indiuiduæ. nume. 40. 81
Seruitutes fundorum sunt à iure externo à natura fundi. nume. 24. 79
Seruus fugitiuus quis propriè dicatur. nu. 1. 440
Seruus pro tota familia reputatur in deiectionis facto. nume. 12 127
Seruus alienus bona fide emptus, tãdiu emptori operis suis acquirit, quandiu euictus non fuerit. numero 4. 84
Seruus iudicantis personam vbire non potest, & pro nullo habetur. nu. 2. 171
Seruum vrbanum censeri eum, qui ex vrbanorum seruorum familia natus est, etiamsi dimissus in villam fuerit, vt ibidem nutriretur. nu. 1. 425
Seruis legatis ancillæ debẽtur, non autem ancillarum appellatione serui comprehenduntur. nu. 1. 126
Seruos adesse iudicio lex prohibet. nu. 3. 171
Seruorum genera. nu. 9. 330
Seruorum nulla est hæreditas. nu. 1. 14
Sicilia descriptio. 229
Sigilla sunt parua simulacra in adiculis collocata. numero 6. 177
Signare, est sigillo obsirmare. nu. 4. 120
Signũ est in solido corpore, simulacrum exculptum aut exaratum: Tabella verò lineis, vmbris, & picturis constat. nu. 5. 177
Signum & subscriptio ad perfectionẽ syngraphæ requiritur. nu. 17. 122
Significare, Σημαίνειν, κατὰ συγκατάθεσιν, est rei essentiam exprimere. nu. 24. 5
Signum generale, si additum sit vel indefinitum, omnibus vel quibuscunque, aut simile, singularis successorem tenetur. nu. 19. 73
Significatio apud iurisconsultos propria intelligitur. nume. 25. 5
Silicernium quid. nu. 13. 405
Si quis apud iureconsultos masculum, & fœmellam complectitur. nu. 5. 6

Singul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Singularis numerus pro plurali. 319
Singularis pro pluralis in rebus eiusdem generis, à Iurisconsultis vsurpari solet. nu. 1. 318
Socer ἰωφὴς proprie est maritus pater sponsæ, vsurpatur etiam ἰωφὴς vxoris pater genero, iisdem socrus in suo sexu. nu. 1. 309
Soceri & socrus vocabula ad ipsorum maiores extendunturnume. 2. 309
Socer, Socrus. nu. 1. 309
Societas fraudandi causa inita, ipso iure nulla est. nume. 3. 249
Sol vnde, & eius vis ac dignitas. nu. 12. 10
Soluere. nu. 1. 340
Soluere est debito liberare. nu. 1. 140
Sontire quid sit. 253
Solutio res quæ ecclesiæ debetur, fieri debet capitulo & episcopo vero, non intruso. nu. 34. 203
Solutio lata & naturali significatione, est debiti liberatio quoquo modo facta, stricta verò ad pecuniæ representationem spectat. nu. 2. 340
Solutio, & liberatio sunt correlatiua. nu. 4. 141
Solutionis vocabulum magis ab substantiam obligationis refertur, quam nummorum. nu. 2. 140
Σφοῦστε quis olim. nu. 1. 341
Sophisma est captiosum molimen ad aduersarii fallacia ratione vincendum. nu. 2. 341
Solum est quod soliditate sua ædificium sustinet, & quod ædificatum in eo extat superficiet. numero 5. 162
Sonticus morbus, est noxius ad rerum confectionem. nume. 1. 253
Sontici morbi sunt vecidini. nu. 1. 253
Sontico morbo laborans, ad iudicium stare compellis, non potest: sed dies diffunditur. nu. 3. 254
Sorbona collegium non à sorbendo, sed à sorte bona dictum. nu. 4. 198
Sorita. nume. 1. 341
Sortem qui accepit, pœnam remisit. nu. 7. 289
Spadones qui. 275
Spadones reges fuisse. nu. 1. 276
Spadones natura castrati, nec mariti esse, nec adoptare possunt: excepti autem vel attrito (quos θλαστοὺς, καὶ θλιβίας dicunt) maximè. nu. 1. 275
Speciale est, vt personalis actio successorem rei sequatur. nam regulariter contrario dicendum est. nume. 13. 72
Specibus generis peremptis, peritgenus, nisi mentis conceptione. nu. 14. 78
Speculorum ratio. nu. 7. 239
Spes proprie dicitur quæ causam à presenti semper dependentem habet. nu. 3. 152
Spiritus vitalis quis, & vnde. nu. 4. 280
Spondere à sponte promittendo dicitur. nu. 12. 21
Spondere nuptiali verbo dicitur pater filiæ, desponderè verò pater adolescentis. nu. 8. 20
Sponsio esse potest sine interrogatione promissio. numero 15. 21
Sponsio iudicra est quæ sit depositis pignoribus. numero 2. 20
Sponsio actionis genus apud Atheniensis, cum pecunia depositaue. nu. 3. 20
Sponsio de non faciendo, obligat ad abstinentiam facti, & ad curam ne fiat. nu. 1. 370
Sponsionem vno hærede de non faciendo violante, cæteri præstare tenentur, saluo tamen hercisciundæ iure, ad repetendum quod præstiterunt. numero 2. 371
Sponsio est & stipulatio, & quæcuque alia promissio. nume. 1. 20
Sponsio interdicti appendicula. nu. 7. 20
Sponsio quibuscunque verbis fiat non refert. numero 15. 21
Sponsio in interdictis, est actio in controuersia possessionis, non proprietatis. nu. 6. 20
Sponsionis depositum, non totum reditum, minus reditum censetur, pari quæ actionem præscriptis verbis. nume. 1. 106
Sponsione lacessere, aut sponsionem facere, est aliquid sub pœna promittere. nu. 5. 29
Sponsalia, contractus est sponsionum, & stipulationum ad nuptias spectantium. nu. 9. 20
Sponsor qui sponte nullòque rogante pro alio intercedit, aut se debitorem constituit. nu. 16. 21
Stabula elephantorum & equorum Carthaginiensis. numero 9. 394
Stabularij quinam dicantur. nu. 6. 393
Stabulari quid. nu. 5. & nu. 8. & 10. 393. & 394
Stabulum quid, & vnde dictum. nu. 3. 393
Stabulationes ferarum quæ sint. nu. 7. 394
Stadiorum genera duo. nu. 1. 315
Statuta proprie sunt interpretanda. nu. 15. 24
Statuta iuis nouum inuehentia: maximè pœnalia de contractibus ad testamenta non extendunturnumero 2. 62
Stipatores qui. nu. 3. 260
Statio locus est, quo naues tuò stare possunt. numero 3. 160
Statuta stricti iuris sunt, & propriè interpretanda. nume. 4. 29
Statuta de armis non portandis, fustes, & saxa non comprehendunt. nu. 5. 128
Statuta municipalia appellantur mores patrij, quod principis placito legis vim obtineant. numero 3. 139
Stipendiarij reditus sunt, qui ad ærarium P. R. spectant. nu. 15. 53
Stipes quid. 53
Stipulla illecta est spica, quam legere messores neglexere. nume. 4. 102
Stipula à stipa seue stupa dicta est, propter similitudinem facilis exarsionis. nu. 1. 101
Stipulatio in diem vel intra diem promissa, peti non potest antequam ipsa dies præterierit. numero 3. 295
Stipulatio est generale enunciatum ad stipulationem & nudam promissionem. nu. 11. 21
Stipulatio de re sua inutilis est. nu. 11. 97
Stipulatio facti alieni inutilis, nisi quid alium iudicia sitit. nume. 17. 373
Stipulatio de re sua inutilis est. nu. 11. 93
Stipulatio de dolo malo generalis est, & heredes astringit. nu. 15. 373
Stipulatio facta sibi suisque heredibus, & causam habentibus omnes heredes, quamtumuis longa successione continet. nu. 7. 173
Stipulatio simpliciter enuntiata, est promissio, quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sit per interrogationem.nu.14. 21
Contra Stipulationem quomodo aliquid directò fiat. 373
Stipulationum facti exempla in genere tria. NON FIERI, HABERE LICERE, DOLVM MALVM ABESSE. 373
In stipulatione indicatum solui, & dolum adfuturum, ad præsens non retro trahitur futurum. numero 2. 22
Stipulationes facti qualiter promissorem & eius heredes obligent.nu.3. 371
Stipulationes, Non fieri, & Habere licere, heredes non tenent nisi nominatos: & per has in dubio ius personale stipulari intelligitur.nu.16. 373
Stipulationes facti vel non faciendi promissorem & heredes in solidum obligant: Stipulatorem verò & suis in partem deficientis, aut detrectantis.numero 3. 371
In stipulationibus verbũ oportet, de eo tantùm quod præsentis est dari dicitur, non futuri, nisi adijciatur futurum oportebit.nu.2. 112
Stipulator, vel qui eum exprimit, cùm offenditur, contra stipulationem aliquid directò fit. numero 13. 373
Stola. 348
Structura quid.nu.5. 333
Stuprum est virginis corruptio.nu.2. 232
Subtilitas omnis a præscripto boni, & æqui abesse debet.numo.3. 341
Subscribens nulla obligationis proposito, sed testimonij gratia alterius causæ, nexum non imitnume.13. 121
Substitutio facta per verbum commune, vulgaris habetur.nu.5. 337
Substitutio vulgaris expirat per mortem. numero 6. 357
Succedendi modus, duplex per priuationem, & per transmissionem.nu.14. 72
Substitutio quid importat.nu.4. 337
Substitutio facta per verbum commune. numero 5. 337
Subscriptores sunt qui à pragmaticis adiuncti vocãtur, & subscriptiones adiunctiones.nu.9. 121
Superlatiuus & comparatiuus pro positiuo in rebus vnicis sumuntur.nu.1. 323
Successor absolutè, pro vniuersali hærede intelligendus est, secundum propriam interpretationem.numme.24. 73
In successione repræsentationi locus est.nu.2. 166
Successores rei, personalium actionum iura non subeunt.nume.10. 72
Successio, est aditio, vel ius adeundæ hæreditatis & successoris atque heredis eadem est causa. numero 8. 72
Successor in vitio reali, vti potest, & debet autoris successione, cum sua causa & vitijs. numero 23. 73
Suprema hora, & non suprema.nu.22. 12
Supremus, & proximus etiam de vnico dici possunt. nume.1. 324
Supplicium cùm de sumptibus sumitur, maiestatem publicè vindicatur.nu.16. 291
Supremus est vltimus, quem nemo ordine sequitur. numo.4. 218
Suffusio curabilis & incurabilis qua. sub numero 7. 240
Suffusionis morbus vt dignoscitur. sub numero 7. 240
Suffusionis curandæ methodus sub nu.7. 246
Sylua seu glandaria sit, siue non, cædua non dicitur, nisi cædi consueuerit.nu.6. 201
Sylua genus est ad nemus, lucum, saltum. numero 2. 99
Sylua, ἀπὸ τῆς ὕλης dicta, & varia significatio. numero 1. 99
Sylua cædua ramos, & pedamenta fructuarius potest in vsus suos insumere.nu.4. 200
In sylua cædua glandifera arbores esse possunt. numero 5. 101
Συνάλλαγμα, omnis est contractus emptionis, & venditionis.numme.10. 62

.I

Aberna est ædificium quodcunque ex tabulis, ad habitationem aptum.nu.3.pagina 354
Taberna quid, & vnde est derivata. 353
Taberna instrumẽtum legatum, & Taberna cauponæ, plurimum differt.nu.2. 354
Tabernarij. 353
Tabernaculum quid, & quàm sit eius verbi significatio varia.nu.3. 354
Taberna legata aut vendita, si de locotantùm agatur, instrumenta comprehendit, si de negotiatione etiam ministrores.nu.1. 363
Tabernaculum, est taberna seu casula loco mobilis, & transtatitia.nu.4. 354
Tabula, Tabulata, Tabulatio. 353
Tacere aliud est, aliud celare.nu.3. 285
Talea. 54
Ταμιεῖον, quid Græcis, & vnde dicatur.nu.2. 444
Telum pro ense & gladio vsurpari.nu.3. 442
Telum pro gladio.nu.1. 443
Telum quid, & quotupliciter accipiatur. numero 1. 442
Templum qui primi omnium summo Deo fecerunt. nume.4. 357
Templum quo tempore Hierosolymis à Salomone fuit constructum.nu.4. 357
Templa gentilium.nu.4. 357
Templum Iouis Olympij.nu.4. 357
Templum Iouis Capitolini.nu.4. 358
Templum Delphicum, & eius oraculum. numero 4. 358
Templum Iouis Tarpeij.nu.4. 358
Templum Romæ primum.nu.4. 358
Templum Cæsaris Parium.nu.4. 358
Templum quid, & quàm varias significationes habeat.nume.4. 356
Templum vnde dictum.nu.4. 356
Templo pollusto, pollutum censetur cœmeterium, non contrà.nu.9. 361
Templa quæ gentes nulla habent.nu.4. 358
Templa primùm à sepulchris orta.nu.4. 357

Templa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Templa qui primi post CHRISTVM *passum in honorem Dei & Sanctorum edificarunt. numero 4.* 359
Temporales exceptiones ante litem cõtestatam proponi debent.nu.6. 154
Tempus vbi incertum est, relinquitur arbitrio iudicis.nume.2. 428
Tempus non obstat prescriptioni, in contractibus, quibus vel in diem, vel sub conditione aliquid debetur.nume.3. 429
In temporis spatio lege præstituto ad actionem certe diei annua prefinire vltima dies incepta non habetur pro impleta.nu.4. 225
Tergeminorum partus, imbertrium est partium.numero 1. 301
Testamentum non est contractus.nu.1. 62
In testamentis, in annuis legatis, & fideicommissis heredibus præstandis, omnes tam proximi quam remoti heredes sum admittendi.nu.2. 173
Testatoris latiss. potestas legibus XII.Tabul. numero 1. 261
Testatoris mens in dubio, potius quàm verba attendi debet.nume.3. 2
Testatoris voluntas diligenter, exactè & ad vnguem obseruanda.nu.1. 403
Testatorum vltimæ voluntates qualiter & quatenus debeant adimplerinu.3. 403
Testimonium denuntiare tantum licuit in publicis iudicijs.nume.6. 124
Thalamus oculi quid.nu.7. 236
Thlasia.nu.1. 176
Thlibia.nu.1. 176
Tignum à tegendo dictum, est cui tectum superponitur.nume.1. 163
Tigni appellatio omnem ligni materiam ad edificandum aptam significat.nu.5. 332
Tigni appellatione in hac lege significatur omne genus materiæ, ex qua ædificia constant: item quæ vinea necessaria.nu.2. 164
Tiriones, Torres.nu.6. 333
Toga virilis, Prætexta. 308
Torquatorum equitum collegium apud Francos regalis est ordo.nu.5. 198
Totum est aut numeri, aut generis.nu.11. 77
Totum qui debet in rationibus, debere reliquum nihilominus censetur.nu.2. 220
Traduces. 335
Transcriptio iure fit ad creditoribus aduersus turbatorem possessionis experiri.nu.8. 41
Translatiua constitutio, est quæ per emptoria, & dilatoria exceptiones hodie proponuntur.nu.9. 111
Tria vt quid nostrum dicatur necessaria, dominium, possessio, & fruendi commoditas. numero 1. 76
Tribus, pro familia accipitur.nu.8. 387
Tributum ex salinis nouum non est.nu.34. 54
Tributa & vectigalia populi Romani erant in decimis, portorijs, & pascuorum scriptura. numero 23. 53
Triumviri capitales criminalibus causis exequendis præerant.nume.9. 244
Tugurium quid, & vnde. 348
Turonensis ciuitatis fontes eximij. 189
Turonica vrbis laus ab artificum excellentia, qui plurimi sibidem & varij generis sunt.nu.24. 410
Tutor falsus quis dicatur. Quis item falsus procurator.nume.1. 437
Tutor filio singulariter à patre testante datus, ceteris quoque filijs & filiabus, atque adeò posthumis datus censetur.nume.1. 266
Τύρβη & quid.nu.19. 408

Varicare.numero 2.pag. 426
Varix quid, & vnde proueniat. nume.1. 426
Vectigal stipẽdiarium ist certum tributum.nu.7. 49
Vectigal est, quod pro importatis & exportatis penditur.nu.8. 46
Vectigal non solum quod ex publico, sed etiam quod ex bonis priuatorum penditur.vulgo rentæ annua. nume.10. 47
In vectigali tributaridue pensione non exoluta tenetur singularis successor.nu.17. 73
Vectigalia ex rebus in portum inuectis, regalia vocatur.nume.31. 54
Vectigalia, & tributa annua in Gallia sunt principia. nume.37. 56
Vectigalia corporibus virorum & mulierum imposita à Romanis.nu.9. 50
Vectigalia exigebant Romani ex metalis maxima. nume.40. 56
Venalitarij sub nu.2. 422
Venditio perfecta ante rei vendita traditionem minimè censetur.nu.1. 167
Venditio ad ius donationis non perrinetur. numero 7. 169
Venditio omnem contractum quo rei dominium auferi possit, latè complectitur.nu.4. 168
Venditionis verbum, modo latiorem modo strictiorem habet significationem.nu.7. 168
Venditionis verbum, cum effectu est accipiendum. nume.3. 167
Venditionum natura est indiuidua.nu.14. 373
Venditor rei vitiosæ si vitium tacuit, præstare debet, nec temere non vitiosam asseuerare.nu.1. 339
Venditor fugitiui præstare tenetur: non item furti nisi talem non esse promiserit.nu.2. 339
Venditor quod in persona, vel re vendita esse, aut fore, abesse, aut defore promisit, præstare tenetur. numero 3. 339
Venditor qui rei venditæ vitium consulto tacuit, quod rei pretium minuat, id tanti præstare debet, quãti minus qui emit emptum erat.nu.1. 214
Venditor non tenetur de eo, quod incommodat. numero 3. 214
Venenum, quid, & vnde dictum.nu.1. 445
Venenum, ἀπὸ τοῦ ἐνὸς ἐστι.nu.4. 446
Venia dignus est, qui aliena culpa tenetur. numero 4. 312
Verbum oportet ad personæ facultatem, licet ad iuris legumque authoritatem referatur.nu.5. 112

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Verbum plerunque, regulariter interpretatur. numero 3. 6
Verbum hoc rectè, hanc habet in stipulationibus efficaciam, vt indefinita rei promissionem subijcias arbitrio boni viri. nu. 2. 174
Verbum præsentis tẽporis non trahitur ad futurum. nume. 3. 112
Verbum à testatore prolatum, intelligi debet secundum communem loquendi formam. nu. 7. 2
Verba de frequentatis actibus in statutis sumenda. nume. 20. 4
Verba legis nonnunquam negligere licet sententiam observando. nu. 2. 19
Verba quæ non intelliguntur in aliqua ciuitate, debent vt in alij ciuitatibus exprimi. nu. 16. 4
Verba statutorum, & dispositionis ciuilis ut intelligenda. nume. 12. 3
Verba sequentia restringunt præcedentia, item è diuersa. nume. 2. 273
Verba sequentia restringere præcedentia. numemero 2. 273
Verba in hac lege expressa ad communem vtriusque res æstimationem, aut ad singularem affectionem traducenda sunt. nu. 2. 347
Verba secundum communem vsum loquendi intelliguntur propriè. nu. 5. 2
Verba contractus bene sunt attendenda. nu. 15. 3
Verba hæc in tabulis, aut instrumentis, pro se & suis successoribus, aut causam ab eo habentibus, nõ obligant successorem singularem. nu. 18. 73
Verba concepta libelli repudij, & renuntiationis. numero 2. 376
Verba secundum materiam subiectam sunt accipienda. nume. 3. 274
Verba futuri temporis ad præsens trahuntur, nisi pactum stipulatio, vel natura actus aliter suadeat. nume. 1. 22
Verba hæc, in solidum pro partibus hæreditarijs aliquando significant. nu. 6. 371
Verba contractus ad ipsum contractum tempus referri debent. nu. 3. 222
Verba secundum loci consuetudinem interpretanda. nume. 19. 4
Verba ad animi conceptus præferendos inuenta. numero 2. 1
Verborum propriæ significationi quando adherendũ. nume. 4. 2
Veriloquium. nu. 1. 349
Vestis nomen, est generale ad omnis formæ, & vsus, & sexus vtriusque indumenta. nu. 1. 274
Vestis vnde dicta. nu. 1. 274
Vestimentorum genera. nu. 1. 274
Vestimenti appellatio generalis est. nu. 2. 38
Vicarius est, qui eãdem debitam pro alio præstat operam. nume. 7. 329
Vicarij seruii. nu. 6. 329
Et qui Mediastini. ibidem
Vicarius quis. nu. 6. 329
Victus simpliciter pro cibo accipitur, vnde conuiuia. nume. 11. 136
Vir vnde dictus. 313
Virilis pars totum ac reliquum quandoque significat. nume. 2. 308
Virilis fortuna. 308
Virgo pro muliere corrupta vsurpatur. nu. 2. 32
Virtus naturalis triplex. nu. 1. 278
Vita animalis quibus consistit. nu. 4. 280
Vita quando dicatur τριφυλή. ep. nu. 2. 420
Vitium animi redhuberi non solet: sed exempto actionem admittit. nu. 8. 236
Vitium autoris, si reale sit, successori inhæret. numemero 22. 73
Vitio rei vendita quod ipsam incommodes consulto suppresso, tenetur venditor emptori de dolo replicatione ad id quod interest. nu. 2. 214
Vitia oculorum & visus. sub nu 7. 238
Viuendi verbo vestimenta, & stramenta continentur. nume. 2. 134
Visus & oculorum debilitatis cause. sub nu. 37. 237
Vmo ecclesiarum ob bonam causam facta, si postea fuerit damnosa, dissolui potest. nu. 4. 205
Vocatio in ius domi tantum denuntiata, nihil est, nisi vocatus extra terrorij continentia fuerit. numero 3. 230
Voluntatis eius, in cuius est potestate, qui paret & obsequitur, in potestate quis esse dicitur. nu. 2. 432
Voluptaria impensa dicuntur, quæ voluptatis ergo, nullo inde redeunte fructu factæ sunt. nu. 1. 188
Voluntas pro facto reputatur, si animo & consilio faciendi, conatus & molimen accesserit. nu. 1. 25
Vox non tam consideranda in argumentis ab etymologia, quam vocis significatio. nu. 2. 349
Vrbis & Romæ diuersa est appellatio. nu. 1. 7
Vrbi pro ipso tantum loco mœnibus concluso accipitur, quando rei in vrbe designatæ qualitas extra porrigi non patitur. nu. 3. 8
Vrbis quam Romæ latior est appellatio. nu. 2. 8
Quod do vrbe dicitur, locum habet in castro, & villa. nume. 5. 8
Vrbana familia non loco, sed genere distinguitur. numero 5. 150
Vsque, dictio, vt accipiatur. nu. 8. 383
Vsucapio alienationis verbo propriè non continetur. nume. 16. 91
Vsura vsum rei significat. nu. 4. 263
Vsura est pecunia vsu. nu. 7. 264
Vsura ei debetur, cuius est pecunia fœnori data, non ei cuius est fructus. nu. 1. 262
Vsura pecuniæ ex fundo natæ in fructu est. numero 2. 263
Vsura centesima quæ. nu. 5. 264
Vsura multiplex est, Nautica, Heteroplus, Amphoteroplus. Item Terrestris, Menstrua, Centesima, seu drachmalis, Semis, Vnciaria. numero 5. 263
Vsura centesima cur drachmalis dicta. nu. 5. 264
Vsura pœnam complectitur, & id quod interest. numero 10. 265
Vsura semis. sub nu. 5. 264
Vsura vnciaria. nu. 5. 264
Vsurariorum execranda improbitas, & in Vsurarios. nume. 6. 264

Vsurar

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Vsurariorum fraudulenta ars in mercibus pro pecunia carè vendendis, & vilis pertertium subornatum redimendis.nu.6. 264
Vsus perpetuò gratiâ, alicui rei destinata, ea censeri debent ad rem eandem pertinere.nu.2. 425
Vsus loquendi omni regula & constitutioni derogat. nume.8. 3
Victus legati nomine viaticum non significatur.numero 2. 133
Victus appellatione continentur omnia ad tuitionem corporis bonæ, valetudinis necessaria.nu.1. 134
Victus appellatio, vestes non etiam stragulas continet. nume.1. 137
Victus præter cibũ, potum & cetera quoque ad vsum necessaria continet.nu.2. 131
Victu & alimento specialiter legato, vestimentum & habitatio non continetur.nu.4. 135
Villa vnde dicta. 328
Vella pro villa. 329
Villa pseudourbana quæ dicatur.nu.14. 395
Villæ tres sunt partes.nu.13. 395
Villicus quis. 328
Villicus est, qui agricolationi, & pecori pascendo præficitur.nume.3. 328
Vinaria vasa quæ dicantur.nu.1. 420
Vinculorum duplex genus.nu.3. 434
Vindicare est ab iniusto possessore ad suum ius ac potestatem asserere.nu.17. 291
Et quid præterea significet. ibidem
Vindicta, virga est, quâ Prætor caput manumissi feriens, ipsum libertate donat.nu.18. 291
Viridaria, seu virida, loca sunt amœna viretibus arboribus consita.nu.2. 188
Viridarij sunt præfecti, & custodes viridariorum.numero 3. 182
Virilis quid. 308
Virtus vnde dicta. 308.& 314
Vsus domus cui relictus est, ei cum tota familia habitare licet.nu.7. 126
Vsus veriè multifariámque accipitur. Et quid de verbo, vti.nume.3. 413
Vsus quid, quatenus, & quantum differat à fructu. nume.4. 413
Vsus loquendi est facti non iuris.nu.9. 3
Vsusfructus seruitutis est species diuisiua sui generis. nume.28. 79
Vsusfructus legato omnes res legatæ fructus, tam rei solis, quàm rei mobilis ad vsufructuarium pertinẽt. nume.4. 179
Vsusfructus diuiso in formalem, & causalem in eptæ est.nume.31. 80
Vsusfructus in re nostra, & propria abusiuè dicitur. Nam res propria cuiquam seruire potest. numero 32. 80
Vsusfructus est ius vtendi, fruendi rebus alienis. numero.30. 80
Vsusfructus naturæ vel tempore non constituitur. numero 34. 8
Vsusfructus dicitur proprium fundi rectiuti quâ pars. nume.17. 78
Vsusfructus, & proprietas partes sunt legales fundi. nume.18. 78
Vsusfructus à fundo separatur extrinseco iure præter ipsius fundi naturam.nu.23. 79
Vis pro viuere.nu.4. 415
Vxorem moriens qui reliquit pregnantem viuo fœtu, non censetur decessisse sine liberis.nu.1. 311

FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours